nunc Ierusalem, olim Iebus vocabatur. Alii Salem alteram in agro Sicimitico esse putant, quae Neapolim ex adverso respicit. Sed sive hinc, sive illinc venisse dicatur, non longe ambo haec loca a se invicem distant. Ac nihilominus quid ab eo gestum sit ipsa historiae expositio declarat. *Protulit* enim, inquit, *Abrahamo panes* Gen. 14, 18. *et vinum: Et erat sacerdos altissimi per illud tempus.* Qui Abrahamo benedixit, et ab eo decumam accepit. Ita enim fieri decebat, ut a dei famulo altissimi sacerdos honoraretur, utque primus Abraamus praeputiato sacerdoti sacra celebranti munus offerret, quandoquidem futurum erat aliquando ut circumcisionis proprium sacerdotium originem ab illo ipso duceret, quo sublimitas omnis adversus dei cognitionem elata cognitione deprimeretur, ac ne circumcisio gloriosius sese iactitans de sacerdotio posset cum ecclesiae sanctae sacerdotio contendere. Cum enim Abrahamus Melchisedeco decumam obtulerit, illiusque posteri Levi et Aaroni deinceps offerrent, ac nihilominus postea, cum attributum circumcisioni sacerdotium adhuc penes Aaronem eiusque stirpem maneret, divina per Davidem scri- Ps. 109, 4. ptura, duodecim ab origine Levi generationibus evolutis, ab Aaronis vero successione septem, oraculum illud ediderit, argumento illud fuit sacerdotii dignitatem in testamento vetere perpetuo non esse mansuram, sed in eum ordinem esse transferendum qui Levi et Aaronem antecessit. Quod ipsum a Christo ad hodiernum usque diem in ecclesia factum et administratum cernimus, ubi sacerdotalis generis non ex ipsa stirpe, sed ex virtutis forma ac ratione delectus instituitur.

Etenim primum in praeputio sacerdotium per Abelem perfectum Cap. III. est, inde per Noëmum, ac tertio demum per Melchisedecum [, dei sacerdotem, non in circumcisione, sed quamquam in iustitia, in perfectione atque virtute, tamen in praeputio]. Quod autem Melchisedec homo fuerit, sanctus apostolus in eadem epistola declarat his verbis: *Cuius vero genealogia narratur ex illis, decimavit patriar-* Hebr. 7, 6. *cham.* Apparet itaque generationem eius non illis adnumerari [, sed aliis]. Verum quam multi sunt quorum origines aperte non produntur, puta Daniel, Sidrac, Misac, Abdenago, Elias Thesbites, quorum qui parentes fuerint, nusquam in scripturis commemoratum legimus. Sed ne cuiquam erroris ex ea re occasio praebeatur, non gravabor ea hoc loco referre, quae nonnullorum traditione didicimus. Igitur Danielis patrem Sabaam fuisse quendam accepimus.

tatem cod. Venet. Vulgo extat ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἐν τῇ Ἐπιστολῇ φάσκει οὕτως.

4. μὴ *desideratur in editis.*

5. οὖν ὅτι *desideratur in cod. Veneto.*

6. *Pro* ἐξ αὐτῶν οὐ *Petavius volebat* ἐξ ἑτέρων.

7. *Verba* ἐξ ἄλλων γενεαλογεῖται *vulgo non extant. Restitui ea ex auctoritate cod. Veneti.*

φύσει καὶ τὴν πατριαρχίαν ὡςαύτως εὕρομεν· ἥντινα καθ' εἱρμὸν ὑφηγήσομαι οὕτως. Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ἀδελφὸς γέγονεν Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ἐξ ἱερέων δῆλον καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, υἱὸς δὲ τοῦ Ἀχιμαὰμ, Ἀχιμαὰμ δὲ υἱὸς τοῦ [8] Σαδὼκ, Σαδὼκ δὲ τοῦ Ἀχιτὼβ, τοῦ Ἀμωρία, Ἀμωρίας υἱὸς τοῦ [9] Μωρία, Μωρίας τοῦ Ζαρᾶ, τοῦ Ἀζία, Ἀζίας τοῦ Φινεὲς, Φινεὲς υἱὸς τοῦ Ἐλεάζαρ, Ἐλεάζαρ υἱὸς τοῦ Ἀαρὼν, τοῦ ἱερέως δηλονότι, Ἀαρὼν υἱὸς τοῦ Ἀμρὰμ, Ἀμρὰμ τοῦ Καὰθ, Καὰθ τοῦ Λευὶ, Λευὶ τρίτος υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ, Ἰακὼβ δὲ ἀδελφὸς μὲν Ἠσαῦ, παῖς δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ υἱὸς τοῦ Ἀβραάμ. Ἐν δὲ ταῖς [10] ῥηταῖς βίβλοις οὐ πάνυ σαφῶς αἱ τούτων γενεαλογίαι ἐμφέρονται, ἢ μόνον ἐν ταῖς Παραλειπομέναις τῆς κατὰ τὸν Ἠλίαν ὑποθέσεως μέρη. Φύσει δὲ τῶν
pag. 471. τριῶν παίδων Σεδρὰχ, Μισὰκ, Ἀβδεναγὼ οὔτε ἐν ἀποκρύφοις, οὔτε ἐν παραδόσεσιν εὕρομέν [11] τι. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἆρα κἀκεῖνοι, οἱ περὶ Σεδρὰχ λέγω, φαντασιάσουσιν ἡμᾶς λογίζεσθαι ἃ μὴ χρὴ, καὶ ὑπερόγκως θαυμάζειν ὑπὲρ τὸ μέτρον τὰ ἑκάστης ὑποθέσεως; Ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Καὶ ὅροι γὰρ ἐτέθησαν ἡμῖν, καὶ θεμέλιοι, καὶ οἰκοδομὴ τῆς πίστεως, καὶ ἀποστόλων παραδόσεις, καὶ γραφαὶ ἅγιαι, καὶ διαδοχαὶ διδασκαλίας, καὶ ἐκ πανταχόθεν ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἠσφάλισται, καὶ μηδεὶς ἀπατάσθω καινοῖς μύθοις.

Κεφ. δ'. Ἐπανελεύσομαι δὲ πάλιν εἰς τὰ προκείμενα, ὡς οὗτοι φαντάζονται περὶ τοῦ Μελχισεδέκ. [1] Ὅτι μὲν γὰρ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ, καὶ βασιλεὺς τῆς Σαλὴμ, ἀλλ' οὐκ ἐν οὐρανῷ ὑπάρχων καὶ ἀπ' οὐρανοῦ καταβεβηκώς. Οὐδεὶς γὰρ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν ὁ ἅγιος καὶ ἀψευδὴς θεὸς λόγος. Τὴν δὲ τάξιν τοῦ Μελχισεδὲκ κρατύνουσα ἡ θεία γραφὴ καὶ τὸ πνεῦμα ῥητῶς διδάσκον τὴν μετάθεσιν ἔδειξε τῆς ἱερωσύνης ἀπὸ τῆς παλαιᾶς συναγωγῆς καὶ τοῦ ἔθους εἰς ἔθος κάλλιστον καὶ ὑπέρτατον, καὶ οὐ μέτοχον σαρκικῆς διαδοχῆς [2] ᾗ ἡνωμένον. Ὁ γὰρ Μελχισεδὲκ ὁ ἅγιος οὗτος οὐκέτι μετ' αὐτὸν διαδοχὴν ἔσχηκεν, ἀλλ' οὔτε ἀφαίρεσιν τῆς ἱερωσύνης. Ἔμεινε γὰρ αὐτὸς ἱερεὺς τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ ἔτι ἐν τῇ γραφῇ ᾄδεται ἱερεὺς, μηδενὸς [3] αὐτῶν διαδεξαμένου, ἢ ἀνατρέψαντος τὴν κατὰ τὸν χρόνον αὐτοῦ ὑπηρεσίαν τῆς ἱερωσύνης. Οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν οὐκ ὢν ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἐκ θεοῦ ἅγιος θεὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ἀεὶ σὺν πατρὶ ὢν, γενόμενος δι' ἡμᾶς ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός. Τὴν δὲ

8. σαδοὺκ *edit. princ.*
9. Μορία *editi libri.*
10. ῥητοῖς *editi libri.*
11. τι *abest a libris.*
Cap. IV. — 1. „Deest verbum" *Petavius annotavit.*

Quod ad Eliam attinet, eiusmodi illius stemma ac prosapiam reperimus, quam ordine hunc in modum percenseo. Fuit Elias Thesbites Iodaae sacerdotis frater, proindeque ex sacerdotali stirpe, filius Achimaami, Achimaamus Sadoci, Sadocus Achitobi, hic Amoriae, Amorias Moriae, Morias Zazae, iste Aziae, Azias Phineesi, Phineesus Eleazari, hic Aaronis sacerdotis, Aaron Amrami, hic Caathi, Caathus Levi, qui tertius Iacobi filius fuit. At Iacobus Esau frater, Isaaci filius, Isaacus Abrahami. At vero in sacris literis non omnino perspicue istorum origines indicantur; nisi forte quod in libris Paralipomenon nonnulla quae ad Eliam pertinent comprehensa sunt. Quod autem ad tres pueros spectat Sidrach, Misach, et Abdenago, nihil de iis neque in apocryphis, neque in traditionibus invenimus. Quidnam ergo dicemus? An et illi tres pueri nos in eum errorem coniicient, ut quod nefas est de illis cogitemus, et unamquamque rem supra quam par est et impensius admiremur? Absit ut id unquam in animum inducamus. Nam et termini praescripti nobis sunt, et fundamenta posita, et fidei structura, et apostolorum traditiones, et sacrae literae, et coelestis doctrinae propagata successio, ac denique divina veritas ex omni parte munita est, et constituta. Proinde nemo se inanibus fabulis in errorem abduci patiatur.

Redeo iam ad id quod mihi proposueram, ea videlicet, quae de Melchisedeco ineptissime confingunt. Fuit enim iustus ille quidem ac dei sacerdos et rex Salem, sed neque in coelo fuit, nec e coelo descendit. *Nemo enim ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, filius hominis,* ait sanctissimus verissimusque deus idem et verbum. Illum vero Melchisedecis ordinem cum scriptura sacra confirmat ac sanctus spiritus expressis verbis asserit, sacerdotii translationem ostendit, quod ab vetere synagoga rituque egregium ac praestantissimum in ritum, neque carnali successione devinctum, postea transiit. Etenim sanctus ille Melchisedec nullum neque post se successorem habuit, nec ei sacerdotium est abrogatum, sed sacerdos toto vitae suae tempore mansit. Quare adhuc in sacris literis eadem sacerdotii dignitate celebratur, cum nemo ei successerit, aut illam sacerdotii functionem, quam suo tempore nactus est, everterit. Eodem plane modo dominus noster non nudus homo, sed ex deo deus verbum deique filius, ab eodem nullo initio aut tempore genitus, qui est cum patre perpetuo, sed homo tamen de Maria nostra caussa factus est, nec ex virili semine procreatus. Qui quidem

Cap. IV.

Ioann. 3, 13.

2. ἢ *ut adiceretur sententia postulavit.* 3. *Repono* αὐτόν. *Desideratur autem in libris omnibus.*

ἱερωσύνην τῷ πατρὶ προςφέρει, ἐξ ἀνθρωπότητος τὸ φύραμα λαβὼν, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεὺς καταστῇ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τὴν μὴ ἔχουσαν διαδοχήν. Μένει γὰρ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὸ διηνεκὲς δῶρα προςφέρων, πρῶτον μὲν ἑαυτὸν προςενέγκας, ἵνα λύσῃ θυσίαν παλαιᾶς διαθήκης, τὴν ἐντελεστέραν ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας, αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστή-
pag. 472. ριον, αὐτὸς θεὸς, αὐτὸς ἄνθρωπος, αὐτὸς βασιλεὺς, αὐτὸς ἀρχιερεὺς, αὐτὸς πρόβατον, αὐτὸς ἀρνίον, τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος, ἵνα ἡμῖν ζωὴ κατὰ πάντα τρόπον γένηται, καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὸ ἀμετάστατον ἑδραίωμα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπεργάσηται, οὐκέτι κατὰ σπέρμα τὰς διαδοχὰς μερίζων, ἀλλὰ κατὰ τὸ δικαίωμα φυλάττεσθαι ἐν πνεύματι ἁγίῳ δωρούμενος.

Κεφ. ε΄. Φαντάζουσι δὲ [1] ἄλλοι περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ λέγοντες. Σαρκικῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀνεκρίθησαν, πνευματικῶς μὴ νενοηκότες τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἑβραίους εἰρημένα. Καὶ ὁ μὲν Ἱέραξ τοῦτον νομίζει Μελχισεδὲκ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ ἀφομοιούμενον, φησὶ, τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένει γὰρ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές· ὡς ἀπὸ τῆς λέξεως ἧς εἶπεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Τὸ δὲ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Ὁ δὲ ἐπιστάμενος τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος οἶδεν ὅτι ὑπὲρ ἐκλεκτῶν ἐντυγχάνει τῷ θεῷ. Ἐξέπεσε δὲ καὶ οὗτος παντελῶς τοῦ προκειμένου. Οὐ γὰρ σάρκα ἐνεδύσατο τὸ πνεῦμά ποτε, σάρκα δὲ μὴ ἐνδυσάμενον, οὐκ εἶχεν εἶναι βασιλεὺς τῆς Σαλὴμ, καὶ ἱερεὺς τόπου τινός. Καιρῷ δὲ ὅτε περὶ τούτου τοῦ Ἱέρακος καὶ τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως τὴν ἀνατροπὴν ποιήσομαι, τότε ἐν πλάτει περὶ τούτων διηγήσομαι, τῆς δὲ ἀκολουθίας τὰ νῦν ἐπιλήψομαι. Πόσα δὲ περὶ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἄλλοι φαντάζονται;

Κεφ. ϛ΄. Σαμαρεῖται μὲν γὰρ τοῦτον νομίζουσιν εἶναι τὸν [1] υἱὸν τοῦ Νῶε Σήμ. Καταγέλαστοι δὲ καὶ αὐτοὶ εὑρεθήσονται. Ἀσφαλιζομένη γὰρ ἡ θεία γραφὴ πάντα μετὰ εὐταξίας κατὰ πάντα ἀλήθειαν ὠχύρωσεν, οὐκ εἰς μάτην τοὺς χρόνους τάξασα καὶ τὰ ἔτη. Ὅτε γὰρ Ἀβραὰμ ὑπῆρχεν ὀγδοηκονταοκτὼ ἐτῶν, ἢ καὶ ἐνενήκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, ὁ Μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀπήντα τότε καὶ [2] ἐξέβαλεν αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον, προτυπῶν τῶν μυστηρίων τὰ αἰνίγματα ἀντίτυπα τοῦ κυρίου ἡμῶν, λέγοντος ὅτι, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, καὶ ἀντίτυπα τοῦ αἵματος τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ νυχθέντος [3] καταρρεύσαντος εἰς κάθαρσιν τῶν κεκοινωμένων καὶ ῥαντισμὸν καὶ σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Ὁ

Cap. V. — 1. *Rescribendum videtur* ἄλλα. *scripsi Cornarium secutus, qui vertit:* Samaritae equidem hunc putant esse
Cap. VI. — 1. υἱὸν τοῦ Νῶε Σὴμ filium Noë ipsum Sem. *Desideratur*

sacerdotale patri suo munus offert, accepta ex natura hominum massa, ut pro nobis sacerdos secundum ordinem Melchisedec successione omni carentem constituatur. Manet enim, et assidue dona pro nobis offert. Inprimis quippe semetipsum obtulit, ut perfectiore vivaque pro totius mundi salute mactata hostia veteris testamenti sacrificium aboleret. In quo idem ipse victima fuit, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse deus, ipse homo, ipse rex, ipse pontifex, ipse ovis, ipse agnus, adeoque omnia in omnibus propter nos est factus, ut modis omnibus nobis vita suppeteret ac sacerdotii sui constantem et immutabilem firmitatem in sempiternum statueret, ut non iam stirpis habita ratione successiones distribueret, sed ex iustificatione conservari propagarique in spiritu sancto singulari beneficio vellet.

Aliud praeterea nonnulli de eodem Melchisedeco somniant. Cap. V.
Eiusmodi enim homines carnaliter examinati sunt, cum spiritaliter I.Cor.2,14.
ea quae ab apostolo in epistola ad Hebraeos dicta sunt nequaquam intellexerint. Quamobrem Hierax Melchisedecum spiritum esse sanctum existimat; quod ita de eo scriptum sit, *Assimilatus filio dei:* Hebr. 7,3.
manet enim sacerdos in perpetuum. Quod et aliis apostoli verbis illustratur, cum dicit: *Spiritus vero pro nobis postulat gemitibus in-* Rom. 8, 26.
enarrabilibus. At qui spiritus sancti interiores sensus novit, non ignorat illum deo pro electis supplicare. Sed et iste nihilominus a proposito penitus aberravit. Non enim unquam spiritus sanctus carnem induit. Qua quidem si caruit, rex esse Salem, aut illius loci sacerdos non potuit. Verum opportuniori tempore, cum Hieracis illius haeresin refellam, de iis ipsis uberius disputabo. Nunc ut ordine cetera pertexam, quas de Melchisedeco alii fabulas serant, hoc loco proponam.

Igitur Samaritani Sem esse illum arbitrantur. In quo ridiculi Cap. VI.
plane sunt. Siquidem divina scriptura consentanee cuncta ac congrue stabiliens corroborandae in omnibus veritati studuit, neque frustra temporum annorumque seriem expressit. Cum itaque Abrahamus octuagesimum octavum, vel nonagesimum plus minus, aetatis annum ageret, ei Melchisedecus occurrit, ac panem ipsi vinumque Gen. 14, 18.
protulit. Quo facto mysteriorum significationes adumbravit, quae domini figuram exprimebant, qui dixit, *Ego sum panis vivus.* Sed Ioann. 6, 51.
et sanguinis illius figuram, qui e perforato ipsius latere ad eorum qui inquinati erant expiationem aspersionemque manavit. Iam vero

enim in libris vetustis vocabulum Νῶε. *Aliter placuit Petavio, qui verba* υἱὸν τοῦ *expungenda censebat.*

2. *Reposuerim* ἐξέφερεν *vel* ἐξήνεγκεν. *Sed etiam infra cap.* 9. *reperitur* ἐξέβαλεν.

3. καταρρεύσαντος *ego correxi. Libri habent* καὶ ῥεύσαντος.

δὲ τοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ Θάρρα ἑβδομηκοστὸν κατάγων ἔτος τὸν Ἀβραὰμ
pag. 473. ἐγέννησε, καὶ γέγονεν ἔτη ρξ΄ πλείω ἢ ἐλάσσω. Ναχὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν
Θάρρα ἑβδομηκονταεννέα ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γέγονε σλθ΄ ἔτη. Σερούχ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναχὼρ, ρλ΄ ἐτῶν ὑπάρχων, καὶ γεγόνασιν ἔτη τξθ΄. Ῥαγαὺ δὲ ἐγέννησε τὸν Σερούχ, ὑπάρχων ρλβ΄ ἐτῶν, καὶ γέγονε πεντακοσιοστὸν πρῶτον ἔτος. Φαλὲκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥαγαὺ, ὢν ἐτῶν ρλ΄, καὶ γέγονεν χλα΄ ἔτος. Ἔβερ δὲ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, ἐν ἔτει [4] ρλδ΄ τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ γεγόνασι ψξε΄ ἔτη. Σάλα δὲ γεννᾷ τὸν Ἔβερ, ρλ΄ ἔτος κατάγων τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ γέγονεν ωϛε΄ ἔτη. Ἀρφαξὰδ δὲ ρλε΄ ἐτῶν ὢν ἐγέννησε τὸν [5] Σαλὰ, καὶ γέγονε αλ΄ ἔτη. Σὴμ δὲ ἑκατοστῷ ἔτει ὁ προειρημένος, ὁ καὶ φαντασιαζόμενος παρὰ τοῖς Σαμαρείταις εἶναι Μελχισεδὲκ, ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, καὶ ὁμοῦ γέγονεν ἔτη αρλ΄, ἕως τοῦ χρόνου τοῦ Ἀβραὰμ καθ᾽ ὃν συνήντησε τῷ Μελχισεδὲκ, ἐπανιὼν ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν περὶ Χοδολλογομὸρ καὶ Βάρσα καὶ Συμοβὸρ καὶ Ἀμαρφὰλ τῶν βασιλέων. Οὐκ ἔζησε δὲ Σὴμ τοσαῦτα ἔτη, κατὰ τὴν τούτων ληρώδη φαντασίαν, ἀλλὰ ρε΄ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξὰδ, ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει μετὰ τὸν κατακλυσμόν. Καὶ ἔζησε μετὰ ταῦτα φ΄ ἔτη, ὥς φησιν ἡ θεία γραφὴ, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. Τοίνυν αὐτοῦ ζήσαντος ἑξακόσια πέντε ἔτη, καὶ τελευτήσαντος, πῶς ἠδύνατο φθάσαι εἰς αρλ΄ ἔτη, ἵνα ὁ Σὴμ ὁ υἱὸς τοῦ Νῶε πρὸ δέκα γενεῶν καλούμενος Μελχισεδὲκ παρὰ τούτοις μετέπειτα μετὰ δέκα γενεᾶς καὶ αρλ΄ ἔτη νομισθείη; Καὶ ὢ τῆς πολλῆς τῶν ἀνθρώπων πλάνης. Κατὰ δὲ ψῆφον ἄλλων ἀντιγράφων ἀπὸ τῆς τοῦ Σὴμ ἡλικίας, ἐξότε γεγέννηται ὁ αὐτὸς Σὴμ, ἕως τοῦ προδεδηλωμένου χρόνου τῆς τε τοῦ Ἀβραὰμ συναντήσεως [6] τῷ Μελχισεδὲκ, ἥτις ἦν ἐν ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἢ ἐνενηκοστῷ, γίνεται χκη΄ ἔτη πλείω ἢ ἐλάσσω, ὥςτε ἐξάπαντος μὴ δύνασθαι εἰς τὸν προδεδηλωμένον τοῦ Ἀβραὰμ χρόνον τὸν Σὴμ φθάνειν, ἵνα καὶ Μελχισεδὲκ νομισθείη. Καὶ διέπεσε πανταχόθεν ἡ τῶν Σαμαρειτῶν χυδαιολογία.

Κεφ. ζ. Ἰουδαῖοι πάλιν φάσκουσι τὸν τοιοῦτον δίκαιον μὲν εἶναι καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἱερέα τοῦ ὑψίστου, ὡς ἔχει ἡ θεία γραφὴ, διὰ δὲ τὸν υἱὸν
pag. 474. εἶναι πόρνης, φασὶ, τὴν μητέρα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μηδὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι. Ἐξέπεσε δὲ καὶ τούτων ὁ ληρώδης λόγος. Καὶ Ῥαὰβ πόρνη ὑπῆρχε καί ἐστι γεγραμμένη, καὶ [1] Ζαμβρὴ πορνεύσας γέγραπται καὶ [2] Χασβιθὴ μετ᾽ αὐτοῦ, καίπερ ἀλλοτρία οὖσα, καὶ οὐκ ἀπὸ γένους Ἰσραὴλ ἀναγομένη. Καὶ πᾶς ὁ μὴ διὰ θύρας εἰςερχόμενος, ὡς ἔφη τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, λῃστὴς, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν ὑπάρχει. Ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ φύσει τινὲς διαφόρως τοῦτον τὸν Μελχισεδὲκ ὁρίζονται. Οἱ μὲν γὰρ [3] αὐτὸν νομίζουσι φύσει τὸν υἱὸν τοῦ

4. *Libri vulgo corrupte* ρδ΄.
5. Σαλὰχ *edit. princ.*
6. *Libri habent* τοῦ *pro* τῷ.
Cap. VII. — 1. *H. e.* Ζαμβρί.

Tharre septuagesimo aetatis anno Abrahamum genuit. Colliguntur Gen. 11. anni fere centum sexaginta. Nagor vero Tharre genuit annum agens septuagesimum nonum. Ita fiunt anni CCXXXIX. Seruch Nachor genuit anno aetatis CXXX. Colliguntur anni CCCLXIX. Rhagau genuit Seruch anno vitae suae CXXXII. Consurgunt anni DI. Phalec Rhagau genuit anno aetatis CXXX. Fiunt anni DCXXXI. Heber porro genuit Phalec anno vitae suae CXXXIV. Fiunt anni DCCLXV. Sale genuit Heber, cum aetatis annum ageret CXXX. Efficiuntur anni DCCCXCV. Arphaxad anno CXXXV genuit Sale. Fiunt anni MXXX. Porro Sem, quem antea diximus a Samaritanis pro Melchisedeco haberi, genuit Arphaxad, aetatis anno centesimo. Summa annorum MCXXX ad Abrahami tempus quo Melchisedeco obviam venit reversus a caede Chodollogomor et Barsa et Symobor et Hamarphal regum. Verum tot annos, quot illorum somnia ferunt, Sem minime vixit, sed centesimo quinto Arphaxad genuit, altero post diluvium anno. Secundum quod, ut scriptura testatur, quingentos insuper vixit, *Genuitque filios et filias et mortuus est.* Gen. 11, 11. Qui igitur post sexcentos et quinque aetatis annos mortuus est, quomodo ad MCXXX usque pervenit, ut qui ante generationes decem Sem Noemi filius vocaretur, iis demum exactis, hoc est MCXXX annorum intervallo, Melchisedecus illorum opinione censeretur? O singularem hominum amentiam! Ceterum ex aliorum exemplarium supputatione ab ortu Sem ad illud tempus quo Abrahamo Melchisedecus occurrit, id quod octuagesimo vel nonagesimo vitae illius anno contigit, consurgunt anni plus minus DCXXVIII. Adeo ut quocumque se demum convertant, ad Abrahami tempus illud, quod diximus, pervenire Sem non potuerit, ut Melchisedecus habeatur. Eoque modo Samaritanorum undique vanitas convincitur.

Cap. VII. Sed Iudaei iustum eundem ac probum fuisse, et sacerdotem altissimi, fatentur, ut est in sacris literis proditum, quod autem meretricis filius esset, neque matris nomen esse scriptum, neque patris ullo modo cognitum. Atqui nec illorum ineptissimus sermo procedit. Nam et Rahab meretrix fuit, et eius nihilominus scriptura meminit. Ios. 2, 1. Num. 25, 15. Sed et Zambri et Chasbithae adulterium ibidem expressum, tametsi alienae stirpis haec esset, nec Israelitarum ex genere originem traheret. Enimvero *Omnis qui per ostium non intrat, fur est, non pastor,* Ioann. 10, 1. ut in evangelio scriptum est. Quod ad catholicos attinet, non uno modo de Melchisedeco statuitur. Quidam enim dei

2. *H. e.* Χασβί.

3. *Ita correxerunt Cornarius atque Petavius. Libri habent* αὐτοῦ.

θεοῦ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου τότε τῷ Ἀβραὰμ πεφηνέναι· ἐκπίπτουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ προκειμένου. Οὐ γάρ τις ἑαυτῷ ὅμοιος γεννήσεταί ποτε· ὡς ἔχει ἡ θεία γραφὴ ὅτι, Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Τῷ ὄντι δὲ ὁ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν τὸν Ἀβραὰμ δεδεκάτωκεν, ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰραηλιτῶν γενεαλογεῖται, γενεαλογεῖται δὲ ἐξ ἄλλων ἀνθρώπων. Τούτων [4] ἕνεκα πάντων τὴν ὑπόμνησιν ποιησάμενοι διὰ τὴν αἵρεσιν ταύτην ὑπεμνήσθημεν, καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει περὶ τούτων διηγησάμεθα.

Κεφ. η'. Εἰς ὄνομα δὲ τούτου τοῦ Μελχισεδὲκ ἡ προειρημένη αἵρεσις καὶ τὰς προσφορὰς ἀναφέρει, καὶ αὐτὸν εἶναι εἰςαγωγέα πρὸς τὸν θεὸν καὶ δι' αὐτοῦ, φησὶ, δεῖ τῷ θεῷ προσφέρειν, ὅτι ἄρχων ἐστὶ δικαιοσύνης, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ, πνευματικός τις ὤν, καὶ υἱὸς θεοῦ τεταγμένος. Καὶ [1] δεῖ ἡμᾶς αὐτῷ προσφέρειν, φασὶν, ἵνα δι' αὐτοῦ προσενεχθῇ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εὕρωμεν δι' αὐτοῦ ζωήν. Καὶ Χριστὸς μὲν, [2] φασὶν, ἐξελέγη ἵνα ἡμᾶς καλέσῃ ἐκ πολλῶν ὁδῶν εἰς μίαν ταύτην τὴν γνῶσιν, ὑπὸ θεοῦ κεχρισμένος καὶ ἐκλεκτὸς γενόμενος, ἐπειδὴ ἀπέστρεψεν ἡμᾶς ἀπὸ εἰδώλων καὶ ὑπέδειξεν ἡμῖν τὴν ὁδόν. Ἐξ οὗπερ ὁ ἀπόστολος ἀποσταλεὶς ἀπεκάλυψεν ἡμῖν ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἱερεὺς μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ, Θεωρεῖτε πηλίκος οὗτος· καὶ ὅτι τὸ ἔλασσον ἐκ τοῦ μείζονος εὐλογεῖται, διὰ τοῦτο, φησὶ, Καὶ τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην εὐλόγησεν, ὡς μείζων ὤν· οὗ ἡμεῖς ἐσμεν μύσται, ὅπως τύχωμεν παρ' αὐτοῦ τῆς εὐλογίας.

Κεφ. θ'. pag. 475. Καὶ ὡς μάταιος πᾶσα αἱρέσεων ἡ διάνοια. Ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἠρνήσαντο τὸν αὐτῶν δεσπότην, τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ αἵματι, τὸν οὐκ ἀπὸ Μαρίας ἐναρξάμενον, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα πρὸς τὸν πατέρα θεὸν λόγον, γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως, ὡς πᾶσα γραφὴ διηγεῖται. Φησὶ γὰρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ οὐ τῷ Μελχισεδέκ. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ἐστιν τοῦ ὑψίστου ἐν τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ, καὶ οὐκ ἔσχε διάδοχον μετ' αὐτὸν, ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ἄνωθεν ἀπ' οὐρανοῦ καταβάς. Οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ ὅτι, Κατήνεγκε τῷ Ἀβραὰμ ἄρτον καὶ οἶνον, ἀλλὰ, Ἐξέβαλεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν βασιλέων ὑποδεξάμενος τὸν ἐρχόμενον πατριάρχην, καὶ ηὐλόγησεν αὐτὸν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δικαιοσύνην, καὶ τὸ πιστὸν καὶ τὸ εὐλαβὲς τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι ἐν ἅπασι δοκιμασθεὶς ἐν οὐδενὶ ἐξέπεσε τῆς δικαιοσύνης ὁ πατριάρχης. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ συνεργὸν

4. *Rescribendum arbitror* ἀνέκαθεν *pro* ἕνεκεν. — *Cornarius vertit:* horum sane gratia, omnium aliorum propter hanc haeresin mentionem fecimus, et velut in digressione de his narravimus.

filium hunc existimant Abrahamo tum humana specie sese videndum obtulisse. Verum illi penitus aberrasse videntur. Neque enim sibi ipsi similis appellari quispiam potest, cum de Melchisedeco scriptura hunc in modum loquatur: *Qui assimilatus filio dei manet sacerdos in aeternum.* Hebr. 7, 3. Ceterum verum illud est, eum, cuius ex ipsis origo minime duceretur, decumas ab Abrahamo cepisse, quoniam ex aliis hominibus quam Israelitis genus illius pertexitur. Haec omnia propter haeresin istam a nobis commemorata sunt, ac velut digressione quadam instituta narratio.

Cap. VIII. Iam vero in eiusdem Melchisedecis nomine etiam oblationes suas eadem secta celebrat, quem apud deum internuntium esse praedicat. Quamobrem huius, aiunt, interventu offerre deo par est, eo quod iustitiae sit princeps, et ad id ipsum a deo in coelo constitutus, utpote spiritalis ac dei filius. Itaque primum ei debemus offerre, ut per eundem pro nobis repraesententur, ac vitam per eum consequamur. Etenim Christus, aiunt, ob id electus est, ut nos ad unam hanc scientiam ac multiplici viarum divortio revocaret, et idcirco a deo unctus et selectus est, quoniam nos a cultu simulacrorum avertit et iter ostendit. Unde et apostolus a deo missus istud ipsum nobis aperuit: *Magnum esse Melchisedecum, et sacerdotem in aeternum manere.* Hebr. 7, 4. *Intuemini,* inquit, *quantum est ille.* Tum, quoniam quod minus est a maiore benedicitur. Ob id, inquiunt, Abrahamo patriarchae benedixit, utpote eo maior. Cuius nos mystae sumus, ut ab illo benedictionem impetremus.

Cap. IX. Sed quam inanis est haereseon omnium sensus! Nam et isti dominum suum abnegarunt, qui illos suo sanguine redemit, quique non a Maria, ut illi putant, initium traxit, sed apud patrem semper extitit, deus verbum, a patre sine ullo initio aut tempore genitum, ut universa scriptura declarat. Sic enim loquitur: *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram.* Gen. 1, 26. Non Melchisedeco dixit; qui tametsi dei altissimi sacerdos aetate sua fuerit, nec ullum post se successorem habuerit, minime tamen e supremis est, neque e coelo descendit. Proinde scriptura non dixit, *Demisit Abrahamo panem et vinum,* Gen. 14, 18. sed *Protulit,* tam ipsi quam iis qui cum eo erant, ut a regum profligatione venientem patriarcham exciperet. Huic igitur pro ea qua praeditus erat iustitia ac fide et religione benedixit. Quoniam in omnibus probatus nulla officii sui parte ab iustitia patriarcha deciderat. Quinetiam deum in illa expeditione opitulatorem

Cap. VIII. — 1. δεῖ *restituerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* δι' ἡμᾶς.
2. *Libri habent* φησὶν.

ἔσχε τὸν θεὸν, κατὰ τῶν ἀληθῶς ἐπελθόντων τῇ τῶν Σοδομιτῶν χώρᾳ, καὶ ἀφελομένων καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ τὸν ἅγιον Λὼτ, ὃν καὶ ἀπέστρεψε μὲν μετὰ πάσης τῆς σκυλεύσεως καὶ λαφυραγωγίας. Καὶ πόθεν γὰρ οὐ δείξωμεν ὅτι ἦν ἀεὶ υἱὸς σὺν πατρί; Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ Μελχισεδὲκ ἐν ἀρχῇ ἦν. Καὶ πάλιν, Ἦλθεν οὖν κύριος πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου πῦρ καὶ θεῖον ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα. Καὶ ἅγιος ἀπόστολός φησιν, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ, Οὐκοῦν ποῦ ἐστι τὸ πνεῦμα, ἐπειδὴ περὶ ἑνὸς καὶ ἑνὸς διηγεῖται; οὐκ ἔδει τὸ πνεῦμα αὐτοσύστατον αὐτὸ γενέσθαι ἑαυτοῦ. Ἀεὶ γὰρ φυλάττεται ἡ θεία γραφὴ ὑπογραμμὸς ἡμῖν γίνεσθαι. Ἐφθέγγετο οὖν ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὁ ἀπόστολος καὶ ἔλεγεν, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Ἦν δὲ σὺν πνεύματι ἁγίῳ λέγων τοῦτο· οὐ γὰρ ἵνα λείψῃ ἡ τριάς. Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος σαφῶς λέγει ὅτι, Ἀπελθόντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Καὶ πάλιν ὁ ἀπόστο-
pag. 476. λος λέγει, Ἓν δέ ἐστιν τὸ πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται πρὸς τὸ συμφέρον. Ἰδοὺ τοίνυν πατὴρ, ἰδοὺ υἱὸς, ἰδοὺ πνεῦμα ἅγιον, καὶ οὐδαμοῦ Μελχισεδέκ. Οὔτε ἐν τοῖς χαρίσμασιν εἶπεν ὅτι δωρεῖται, οὔτε ἐν τοῖς ὑψώμασι. Καὶ μάτην παρὰ τούτοις ᾄδεται τὰ ψευδῆ καὶ ἐπινενοημένα τῶν προςκομμάτων, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ συρίγματος τοῦ δράκοντος, ὡς ἑκάστην ἠδυνήθη ἀπατῆσαί τε καὶ πλανῆσαι.

Καὶ περὶ τούτων δὲ ἱκανῶς διαλεχθέντες καταλείψωμεν, ὥςπερ μυογαλλίδιον λίθῳ πεπαικότες διὰ τῆς στερεᾶς πίστεως καὶ ἑδραιώματος, καὶ φυγόντες τὸ ἰοβόλον δηλητήριον. Τὸ γὰρ [1] μυογαλλίδιόν φασι πρὸς μὲν τὴν ὥραν μηδὲν ἀδικεῖν τὸν δακνόμενον, χρόνῳ δέ τινι τὸ σῶμα ἀφανίζειν, καὶ εἰς λώβησιν [2] κελεφίας ἕως ὅλων τῶν μελῶν ἄγειν τὸν ἐπιβουλευθέντα. Οὕτω καὶ αὕτη ἡ διάνοια τοῖς εὐθὺς περὶ τού-

Cap. IX. — 1. *De muris aranei veneno v. Schneid. ad Colum. de Re Rust. VI*, 17, 1.

2. *Non piget huc ea transcribere quae Cl. Salmasius sub nomine Francisci Franci in Confutatione Animadversorum Antonii Cercoetii adversus Petavii ad h v. dictata disputavit p.* 80: „Fatetur se diu ignorasse quid esset λώβησις κελεφίας, tandem tamen a Graecis ipsis edoctum esse vulgari Graecorum idiotismo κελεφὸν appellari τὸν λεπρὸν, et κελεφίαν λέπραν, qua in significatione vocis acquiescendum arbitratur. Narro tibi, Cercoeti, quod male ab illis Graecis didicisti, tibi nunc esse dediscendum. Apud Achmetis Onirocritica cap. CVII. titulus ita concipitur in manuscripto codice quem vidi: Περὶ λωβώσεως καὶ κελεφίας. Nam vulgo legitur: Περὶ λωβῶν καὶ κελυφῶν. At caput CX. est Περὶ λέπρας. Quo uno argumento satis revincitur aliud esse κελεφίαν, aliud λέπραν. Κελεφία est quum to-

adversus hostes habuit, qui in Sodomitarum agrum eruperant, indeque fratris filium sanctum Lot abduxerant, quem cum omni praeda ac spoliis incolumem reduxit. At illud quam copiose demonstrari potest, filium cum patre perpetuo fuisse? *In principio,* inquit, *erat* Ioann. 1, 1.
verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Non dixit, *In principio erat Melchisedec.* Item: *Venit igitur dominus ad Abraham, et pluit dominus a domino ignem et sulphur super Sodoma et Gomorrha.* Praeterea, *Unus deus,* ait apostolus, *ex quo omnia, et* 1. Cor. 8, 6.
unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Ac ne quis obiiceret, Ubi est igitur spiritus sanctus, cum unius atque unius duntaxat mentionem faciat? Sed spiritum sanctum suimet ipsius commendatorem ac praedicatorem esse minime congruebat. Illud enim scriptura sacra perpetuo servat, ut se nobis exemplaris instar proponat. Quocirca haec in spiritu sancto loquebatur apostolus: *Unus deus ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Atqui cum spiritu sancto ista dicebat, neque mancam esse triadem volebat. Ad haec dominus ipse perspicue dicit: *Euntes baptizate omnes gentes* Matth. 28, 19.
in nomine patris et filii et spiritus sancti. Apostolus quoque: *Unus* 1. Cor. 12, 11.
vero est spiritus, inquit, *dividens unicuique prout vult, ad eius utilitatem.* En igitur pater, en filius, en spiritus sanctus. Nusquam Melchisedec. Neque cum de coelestibus donis mentio fit, impertiri haec ab illo dixit, neque cum de sublimibus disseruit. Proindeque frustra eiusmodi ab illis mendacia ad animorum offensionem conficta praedicantur. Quae quidem non ex veritate, sed draconis sibilo profecta sunt, pro eo ac quamlibet sectam decipere atque in errorem abducere potuit.

Cum autem abunde iam de illis disputatum sit, missos demum faciamus, quos muris aranei instar solida ac stabili fide velut lapide percussimus, ac letiferum virus evasimus. Hanc enim muris aranei naturam esse ferunt, ut e vestigio quidem nullam ei qui morsus est perniciem inferat, verum paulatim corpus extinguat, ac membra eius omnia labe illa quam *κελεφίαν* vocant inficiat. Sic haeresis illius dogma primo statim auditu levissimi esse momenti videtur, sed ubi

tum corpus in bullas sive pustulas surgit sanguinolentas et saniosas, in modum siliquae folliculorum extumidas. Φλυκτίδας vocat Aëtius in eodem morbo describendo. Κελεφίαν vocarunt recentiores quasi κελυφίαν. Nam κέλυφος est folliculus, pro quo κέλεφος infima dicit Graecia. Λόβωσιν etiam dixerunt, ἀπὸ τῶν λοβῶν, a folliculis. Λόβωσις autem scribendum, non λώβωσις aut λώβησις. Nam aliud λωβᾶσθαι, aliud λοβοῦσθαι. Hinc σὰρξ λοβουμένη Pisidae quae hoc πάθει infecta est: Καὶ σὰρξ ἐχιδνῶν ἀντιφάρμακος δόσις, Καὶ σφίγμα σαρκὸς γίνεται λοβουμένης. Τὸν ῥοῦν γὰρ ἱστᾷ, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέει, Καὶ σωματουργεῖ τὰς ῥεούσας εἰκόνας, Μορφοῦσα τὰ πρόσωπα τῆς ἀμορφίας. Hic verbis τὴν κελεφίαν, sive λόβωσιν, plane expressit. Sed de his alibi plura." — *V. infra haer.* 66, 9. *et quae ibi adnotata.*

των ἀκούσασι φαίνεται ὥς οὐδὲν, προςεντριβομένη δὲ ἡ τῶν λόγων παρολκὴ ζήτημα ἐμποιεῖ, καὶ ὥςπερ ἀφανισμὸν τοῖς μὴ τυχοῦσι τοῦ βοηθήματος τῆς ἀντιδότου ταύτης. Οὐ τάχιον δὲ φαίνεται τὸ ζῶον. Ἐν νυκτὶ γάρ ἐστι πορευόμενον, καὶ οὕτω τὴν βλάβην ἐργάζεται, μάλιστα δὲ ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ· ὡς ἰστέον ἐστὶ τοῖς τὴν γνῶσιν τοῦ ζώου ἐπισταμένοις, ὅτι οὐ παρέργως, οὔτε σεσυκοφαντημένως τῆς τοῦ ζώου ὑποθέσεως πεποιήμεθα τὴν μνήμην. Τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ δικαίωμα ὑπάρχει. Ἐφεξῆς δὲ βαδιοῦμαι ἐπὶ τὰς ἄλλας, ὅπως τὸ ἐπάγγελμα ἐν θεῷ πληρῶσαι καταξιωθέντες τῷ θεῷ εὐχαριστήσωμεν.

ΚΑΤΑ ΒΑΡΔΗΣΙΑΝΙΣΤΩΝ,

τριακοστὴ ἕκτη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α΄. Τούτοις καθεξῆς συνέπεται Βαρδησιάνης τις οὕτω καλούμενος. Ὁ δὲ Βαρδησιάνης οὗτος, ἐξ οὗπερ ἡ αἵρεσις τῶν Βαρδησιανιστῶν γεγένηται, ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν κατοικούντων. Ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἄριστός τις ἀνὴρ ἐτύγχανε, λόγους δὲ οὐκ ὀλίγους συνεγράψατο, ὁπηνίκα ἐρρωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν. Ἐκ γὰρ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὡρμᾶτο, λόγιός τις ὢν pag. 477. ἐν ταῖς δυσὶ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ. Αὐγάρῳ δὲ τῷ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστῃ ἀνδρὶ ὁσιωτάτῳ [1] καὶ λογιωτάτῳ ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπράττων τε ἅμα καὶ τῆς αὐτοῦ μετασχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν χρόνων [2] Ἀντωνίνου Καίσαρος, οὐ τοῦ Εὐσεβοῦς καλουμένου, ἀλλὰ τοῦ [3] Οὐήρου, ὃς πολλὰ Ἀβειδὰν τὸν ἀστρονόμον κατὰ εἱμαρμένης [4] ψέγων συνελογίσατο. Καὶ ἄλλα δὲ κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐμφέρεται αὐτοῦ [5] συγγράμματα. Ἀπολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ [6] Ἀντωνίνου ἑταίρῳ [7] ἀντῇρε παραινούμενος ἀρνήσασθαι τὸ Χριστιανὸν ἑαυτὸν λέγειν. Ὁ δὲ σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας κατέστη, λόγους τε συνετοὺς ἀπεκρίνατο, ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείως ἀπολογούμενος, θάνατον μὴ δεδιέναι φήσας, ὃν ἀνάγκη ἔσεσθαι, κἂν τε τῷ βασιλεῖ μὴ ἀντείποι. Καὶ οὕτως ὁ ἀνὴρ τὰ πάντα μεγάλως ἦν κεκοσμημένος, ἕως ὅτε τῷ ἀστοχήματι τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως περιέπεσε, δίκην νηὸς γεγονὼς καλλίστης, φόρτον δὲ ἀσυνείκαστον ἐμβαλλομένης, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ λιμένος λακισθείσης καὶ ἀπολεσάσης τε τὴν πᾶσαν πραγματείαν, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐπιβάταις θάνατον ἐμποιησάσης.

Cap. I. — 1. *Verba* καὶ λογιωτάτῳ *adieci ex cod. Veneto.*
2. Ἀντωνίνου *cod. Ven.* Ἀντωνίου *habent reliqui libri. — Grabe Spicil. SS. PP. I, p.* 317. *Antoninum Eliogabalum, cognomine* Varium *significari est suspicatus.*
3. βήρου. ὃς πολλὰ αὐειδὰν *cod. Ven.*
4. *Scripsi* ψέγων *pro* λέγων, *quae*

paulatim progressi illorum sermones irrepserint, quaestiones primum ac dubitationes, deinde exitium afferunt iis qui hoc praesidio ac velut antidoto minime sunt instructi. Ceterum non temere se animal illud ostendit, sed nocte grassatur, et illam quam dixi perniciem consciscit, atque in Aegypto potissimum: ut qui naturam eius noverint, non dubitent haud abs re, neque per calumniam huius a nobis mentionem esse factam, cum istiusmodi sit natura praeditum. Deinceps vero ad reliquas progredior, ut, posteaquam id quod suscepimus divina ope perfecerimus, eidem gratiam vicissim habeamus.

CONTRA BARDESIANISTAS,
haeresis XXXVI., sive LVI.

Proxime ab illis Bardesianes quidam numerandus est, a quo Cap. I.
Bardesianistarum haeresis initium accepit. Hic e Mesopotamia oriundus, ex urbe Edessa, principio longe optimus vir fuit, ac libros quamplurimos conscripsit, cum adhuc sana atque integra mente esset. Quippe in ecclesia catholica versabatur, utriusque linguae, Graecae videlicet, ac Syriacae peritus. Cumque Abgaro Edessenorum regulo viro sanctissimo familiaritate coniunctus esset, ac cum eo concorditer se in omnibus gereret, et eiusdem disciplinae esset particeps, post eius obitum ad Antonii Caesaris usque tempora perseveravit, non Pii, sed Veri. Idem adversus Abidam astrologum contra fatum pluribus disputavit. Nec alia pauca illius monumenta feruntur rectae fidei consentanea. Quinetiam Apollonio Antonini familiari, ut se Christianum negaret, suadenti acquiescere noluit, ac propemodum inter fidei confessores relatus est. Etenim pietatis patrocinio fortissime suscepto sapienter inprimis respondit, negavitque mortem se timere, cuius, etsi imperatori non resisteret, sibi nihilominus necessitas immineret. Ita vir ille praeclarissimis ornamentis praeditus hactenus fuit, donec infelici fato suum illum in errorem incidit; similiter atque egregia navis, quae infinitis onusta mercibus ad portum illisa non modo iacturam rerum omnium facit, sed et vectoribus exitium adfert.

verba non semel in vetustis membranis confusa deprehendi. Petavius, Cornarium secutus qui vertit „Et multa in Abidan astronomum contra fatum disserens“ *cett., huic loco mederi sibi visus est scribendo* πολλὰ πρὸς ᾿Αβειδὰν — λέγων. — *Ceterum de Bardesanis contra fatum libro cf. Euseb. Praep. Evang. VI*, 8.

5. συντάγματα *cod. Ven.*

6. ᾿Αντωνίνου *cod. Ven. Vulgo* ᾿Αντωνίου.

7. *Ita cod. Venet. Vulgo* ἀντήρει. — *De Apollonio hoc cf. Casaub. ad Iul. Capitolin. p.* 53.

Κεφ. β'. *Προςφθείρεται γὰρ οὗτος [1] Οὐαλεντίνοις, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἀνιμᾶται τὸ δηλητήριον τούτων, καὶ ζιζανιῶδες. Πολλάς τε καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἀρχὰς καὶ [2] προβολὰς διηγήσατο, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενος ἐδογμάτισε ταύτην τὴν αἵρεσιν. Χρῆται δὲ νόμῳ καὶ προφήταις, παλαιᾷ τε καὶ καινῇ διαθήκῃ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶν ὡςαύτως. Ἀνατραπήσεται δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀπαλλοτριώσας ἑαυτὸν τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς ἀπὸ λαμπάδος πυρὸς φωτεινῆς εἰς ἀσβόλην μεταβεβλημένος. Περὶ μὲν γὰρ νεκρῶν ἀναστάσεως ἤδη ἡμῖν ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν εἴρηται· οὐ λυπήσει δὲ καὶ αὖθις ἐν τῇ πρὸς τοῦτον ἀνατροπῇ χρήσασθαι ὀλίγοις λόγοις. Εἰ μὲν γὰρ τὴν παλαιὰν διαθήκην δέχῃ, ὦ οὗτος, καὶ τὴν καινὴν ὡςαύτως, πόθεν οὐκ ἐλεγχθήσῃ παραφθείρων τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενῶν τῆς τοῦ κυρίου ἐν ἀληθείᾳ ζωῆς; Ὅτι μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος πρῶτος, ἵνα γένηται ἡμῖν ἀῤῥαβὼν τῆς ἀναστάσεως καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἀνέστη. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐν δοκήσει πέπονθεν.
pag. 478. Ἐτάφη γὰρ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ βεβαστάχασι. Καὶ μαρτυρεῖ μὲν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, μαρτυροῦσι καὶ αἱ φέρουσαι μῦρα εἰς τὸ μνῆμα, καὶ ἡ τῶν ἑκατὸν λιτρῶν ἀλόης ὁλκὴ, ὅτι οὐκ ἦν δόκησις, οὐδὲ φαντασία, μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξὶ πεφηνότες ὅτι, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; καὶ οὐκ εἶπον ὅτι, Οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ, Ἀνέστη, ὁ πεπονθὼς ἐν σαρκὶ, ζῶν δὲ ἀεὶ ἐν πνεύματι, καὶ ἀπαθὴς ὢν ἐν τῇ ἰδίᾳ θεότητι, ὁ ἄνωθεν ἀεὶ ἐκ πατρὸς γεγεννημένος ὑπάρχων, ὁ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἀπὸ Μαρίας τῆς παρθένου γενέσθαι ἄνθρωπος, ὡς μαρτυρεῖ Παῦλος ὁ ἁγιώτατος λέγων, Γενόμενος ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον. Ἆρα γε οὔπω ἤκουσας τοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος ὅτι, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν; ἢ οὐκ ἔπεισέ σε Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων, Καὶ ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις; αὐτὸς δὲ ὁ κύριος λέγων ὅτι, Ἐγερθήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν; ἢ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἄβελ μετὰ θάνατον τῆς πρὸς θεὸν ὁμιλίας, ὡς οὐ τὴν ψυχὴν λέγει ἐντυγχάνειν καὶ βοᾶν πρὸς τὸν θεὸν, ἀλλὰ τὸ αἷμα; Αἷμα δὲ οὐ ψυχὴ ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ αἵματι ἡ ψυχή ἐστι. Σῶμα γάρ ἐστι τὸ αἷμα ὁρατὸν, ἡ δὲ ψυχὴ ἀόρατός τις ὑπάρχουσα ἐν τῷ αἵματι ἔχει τὸν χῶρον. Καὶ πανταχόθεν ἐλήλεγκταί σου, ὦ Βαρδησιάνη, ἡ κακοπιστία, ἀνατρεπομένη ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας.*

Κεφ. γ'. *Περὶ δὲ πολλῶν ἀρχῶν ἐπειδήπερ πολλάκις κατὰ τῶν οὐ[illegible]ε-*

CAP. II. — 1. *Repone* Οὐαλεντινιανοῖς.

Nam cum ad Valentinos miserrime sese applicasset, ex eorum Cap. II.
improbitate pestiferum illud virus ac lolium contraxit. Multa hic perinde et alia principia et productiones invexit. Mortuorum resurrectionem sustulit, itaque privatam haeresin condidit. Porro legis ac prophetarum libros, adeoque vetus ac novum testamentum, necnon apocryphos quosdam adhibet. Verum iste cum iis omnibus, qui eum antecesserunt aut postea secuti sunt, facile confutabitur, ut qui a veritate seipsum abalienaverit, ac velut ex ignea splendentique face in fuliginem conversus sit. Quod enim ad mortuorum excitationem attinet, licet de ea saepius in aliis haeresibus disputatum sit, non gravabor iterum paucis ad eum refellendum eadem de re disserere. Nam si vetus testamentum ac novum admittis, nonne et corrupisse veritatis viam, et a verissima domini vita abhorrere manifeste convinceris? Siquidem princeps ipse dominus, uti nobis resurrectionis arrhabo quidem esset ac primogenitus e mortuis, nostra Col. 1, 18.
caussa mortuus est, ac resurrexit: neque specie tenus est passus, utpote qui sit sepultus, eiusque corpus nonnulli gestaverint, testis Matth. 27, 57.
est Iosephus Arimathaeensis, testes illae mulieres quae ad monu- Matth. 28.
mentum unguenta detulerunt, testes centum illae aloës librae, non eam inanem opinionem atque imaginem fuisse. Testes denique angeli, qui id mulieribus declararint. *Surrexit,* inquiunt, *non est hic.* Marc. 16, 6.
Quid quaeritis viventem cum mortuis? Neque vero dixit, *Non est mortuus,* sed *Surrexit,* qui in carne passus spiritu perpetuo vivit, ac secundum divinitatem suam perpessionis omnis est expers. Qui e supremis ortus et a patre genitus perpetuo existit. Idem tamen novissimis temporibus ex Maria virgine homo fieri voluit; ut Paulus testatur his verbis: *Factus ex muliere, factus sub lege.* Nunquamne Gal. 4, 4.
illam scripturae sententiam exaudisti: *Oportet corruptibile induere in-* 1. Cor. 15, 53.
corruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem? An non tibi Isaias propheta persuasit, cum ita loquitur: *Et mortui resurgent, et* Isai. 26, 19
excitabuntur qui in monumentis sunt? Ad haec dominus ipse, *Resur-* Matth. 25, 46.
gent, inquit, *hi in vitam aeternam, et isti in supplicium?* Non illud denique Abelis post mortem cum deo colloquium recordaris, utque Gen. 4, 10.
non illius animam, sed sanguinem supplicare dicat, ac deum clamoribus interpellare? Sanguis porro nequaquam anima est, sed in sanguine anima potius inest. Quippe sanguis aspectabile corpus est, anima vero, cum visum omnem effugiat, in sanguine residet. Ita dogmatis tui, o Bardesiane, pravitas ipsius vi veritatis eversa penitus concidit.

De pluribus vero principiis, quoniam adversus alios, qui in eo- Cap. III.

2. *Libri habent* προςβολάς.

γόντων πολλὰ [1] *εἶπον, ἐνταῦθα οὐ πολλὴν ποιοῦμαι τὴν περὶ τούτου διαλογὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ὑπομνήσει τοῦ ἁγίου ἀποστόλου φάσκοντος ὅτι, Ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Πῶς οὖν πολυθεΐα ἔσται, καὶ πολλαὶ ἀρχαὶ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ; Ἆρα οὖν εἷς ἐστιν ὁ ποιητὴς, καὶ οὔτε πολλοὶ θεοὶ, οὔτε πολλοὶ Αἰῶνες. Ἔφη γὰρ ὅτι, Εἴπερ εἰσὶ πολλοὶ θεοὶ λεγόμενοι, τὸ δὲ Λεγόμενοι ὡς οὐχ ὑπαρχόντων ἀπεφήνατο, διὰ δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λεγο-*
pag. 479. *μένους οὓς ἐθεοποίησαν, ἥλιον καὶ σελήνην, ἄστρα τε καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἀποφηνάμενος ἀπέκλεισε πάντων τῶν πεπλανημένων τὴν διάνοιαν.*

Τῆς δὲ ὑγιοῦς πίστεως πανταχόθεν σωζομένης ἑδραίωμα οὔσης καὶ σωτηρίας τῶν πιστῶν, ῥᾳδίως ἡ πασῶν τῶν αἱρέσεων ἐπινενοημένη κενολογία προσανετράπη· ὡς καὶ οὗτος ἀνατραπεὶς, καὶ ἐλεεινὸν ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ ἑαυτὸν ἀποξενώσας τῆς ζωῆς. Φησὶ γὰρ ὁ προφήτης πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὅτι, Θήσομαι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τοὺς θεμελίους σου σάπφειρον, καὶ τὰ τείχη σου λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν. Εἶτα ὕστερόν φησι, Πᾶσα φωνὴ ἣ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις, ἐπὶ δὲ σὲ οὐ κατευοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ κατισχύσει πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, ὡς ἐπηγγείλατο αὐτῇ ὁ ἅγιος θεὸς λόγος, ὁ βασιλεὺς αὐτῆς καὶ νυμφίος, καὶ κύριος αὐτῆς καὶ δεσπότης, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Ταύτης δὲ καὶ αὐτῆς καταπατηθείσης τῆς αἱρέσεως (ὡς ἀπὸ τομῆς ὄφεως οὖσα κεφαλὴ, καὶ ἔτι σκαρίζουσα, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς [2] *πιασθεῖσα) αὐτοὶ θεῷ εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τὰς ἄλλας πάλιν διασκοποῦντες ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί.*

ΚΑΤΑ ΝΟΗΤΙΑΝΩΝ,

τριακοστὴ ἑβδόμη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α'. *Ἕτερος πάλιν μετὰ τοῦτον Νοητὸς ὀνόματι ἀνέστη, οὐ πρὸ ἐτῶν πλειόνων, ἀλλ' ὡς πρὸ χρόνου τῶν τούτων ἑκατὸν τριάκοντα, πλείω ἢ ἐλάσσω, Ἀσιανὸς, τῆς Ἐφέσου πόλεως ὑπάρχων, ὃς ἀλλοτρίῳ πνεύματι φερόμενος ἠθέλησεν ἀφ' ἑαυτοῦ ἃ μήτε προφῆται, μήτε ἀπόστολοι, μήτε ἐξ ὑπαρχῆς κατέσχεν ἡ ἐκκλησία, μήτε ἐνενοήθη, λέγειν τε*

Cap. III. — 1. *Vulgo* εἰπόντες. 2. *Ed. Petav.* πιεσθεῖσα.

dem errore versantur, iampridem multa diximus, longam hoc loco disputationem non instituam. Sed illud ex apostolo duntaxat in memoriam revocabo: *Nobis unus est deus pater, ex quo omnia, et nos in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum.* Quomodo igitur deorum illa multitudo principiorumque constabit? *Et unus*, inquit, *dominus Iesus Christus, propter quem omnia, et per quem omnia, et nos per ipsum.* Quamobrem unus est tantummodo conditor, neque plures dii sunt, Aeonesve plures. Sic enim dixit: *Si sunt multi qui dicuntur dii.* Quam particulam, *Qui dicuntur,* adiecit ideo, ut non esse revera significaret. Sed cum propter eos qui ab ethnicis esse dicuntur, quosque illi deos constituunt, puta solem, lunam, sidera, reliquaque id genus istud protulerit, nullum aberrantium hominum opinioni locum reliquit.

1. Cor. 8, 6.

1. Cor. 8, 5.

Ceterum cum sincera fides undique sarta tecta custodiatur, in eaque fidelium salus ac firmamentum sit positum, facile universarum haereseon conficta mendacia dissolvuntur. Quemadmodum et haereticus iste disiectus est, qui se miserrimum in statum redegit, et a vita penitus alienavit. Etenim propheta ita sanctam dei ecclesiam alloquitur: *Ponam carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum, et muros tuos lapides electos, et propugnacula tua iaspidem.* Deinde subiicit, *Omnis vox, quae adversus te consurget, omnes illos vinces; contra te vero non prosperabitur.* Nihil enim est quod veram fidem expugnare possit, quia *super petram aedificata est, et portae inferi non praevalebunt adversus illam.* Quod eidem deus verbum, rex inquam ipsius ac sponsus ac dominus promisit: cui gloria, honor, imperium, patri videlicet in filio, cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen. Postremo cum haec a nobis proculcata sit haeresis, ac velut avulsum a trunco serpentis caput adhuc palpitans quodam quasi vitae fuste comminutum sit, superest ut actis rite deo gratiis, ad reliquas contemplandas haereses transeamus.

Isai. 54, 11.

vers. 17.

Matth. 16, 18.

CONTRA NOETIANOS,
haeresis XXXVII., sive LVII.

Cap. I.

Post hunc alius quidam haereticus Noëtus nomine prodiit; neque multis abhinc annis, sed ante hos fere centum ac triginta, in Asia oriundus, urbe Epheso. Qui alieno spiritu afflatus ea dicere ac docere ausus est quae nec prophetae nec apostoli nec ecclesia ab initio tenuit, ac ne cogitavit quidem. Igitur velut quadam elatus

καὶ διδάσκειν. Οὗτος ἀφ' ἑαυτοῦ [1] ἐπάρμασι μανίας ἐπαρθεὶς ἐτόλμησε λέγειν τὸν πατέρα πεπονθέναι. Ἔτι δὲ μείζονί τινι τύφῳ καὶ παραφροσύνῃ ἐνεχθεὶς ἑαυτὸν ἔλεγε Μωϋσέα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ
pag. 480. Ἀαρών. Ἀλλὰ μεταξὺ τούτων ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἐνηχήσεως οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι τῆς ἐκκλησίας προςκαλεσάμενοι αὐτὸν ἐξήταζον περὶ τούτων ἁπάντων, καὶ εἰ ταύτην τὴν βλασφημίαν περὶ πατρὸς προηγάγετο. Ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἠρνεῖτο ἐπὶ τοῦ πρεσβυτερίου ἀγόμενος, διὰ τὸ μηδένα πρὸ αὐτοῦ ἐξεμέσαι ταυτηνὶ τὴν δεινὴν καὶ ὀλετήριον πικρίαν, ὕστερον δὲ ἀφ' ἧς εἶχε λύσσης εἴς τινας ἄλλους ἐμβαλὼν, ὡς εἰπεῖν, καὶ σὺν αὐτῷ ὥςπερ δέκα ἄνδρας ἐπαγόμενος, εἰς τύφον μείζονα καὶ θράσος ἐπαρθεὶς, τολμηρὸς γεγονὼς, παρρησίᾳ λοιπὸν τὴν αἵρεσιν ἐδογμάτιζε. Πάλιν δ' αὖ οἱ αὐτοὶ πρεσβύτεροι προςκαλεσάμενοι αὐτόν τε καὶ τοὺς προςφθαρέντας αὐτῷ ἀνθρώπους περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἠρώτων. Ὁ δὲ ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοις ὑποτρίψας τὸ μέτωπον, λοιπὸν παρρησίᾳ ἀντέλεγε, φάσκων, Τί γὰρ κακὸν πεποίηκα; Ἕνα θεὸν δοξάζω, ἕνα ἐπίσταμαι, καὶ οὐκ ἄλλον πλὴν αὐτοῦ, γεννηθέντα, πεπονθότα, ἀποθανόντα. Ὡς οὖν ἐν τούτοις ἔμενεν, ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δόγμα μεμαθητευμένοις. Τελευτᾷ δὲ ὁ αὐτὸς ἔναγχος ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ, οὐχ ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐν δόξῃ, οὐδὲ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ὁ Ἀαρὼν ἐτάφη ἐν τιμῇ. Ἐρρίφησαν γὰρ ὡς παραβάται, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς τῶν θεοσεβῶν περιέστειλε. Μετὰ τοῦτο οἱ ὑπ' αὐτοῦ τὸν νοῦν φθαρέντες ἐκράτυναν τουτὶ τὸ δόγμα, τούτοις τοῖς ῥητοῖς ὑπαχθέντες οἷς καὶ ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἐξ ἀρχῆς. Ὅτε γὰρ ἐρωτώμενος ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἔφη ἕνα θεὸν δοξάζειν, ἤκουε παρ' αὐτῶν φιλαλήθως ὅτι, Ἕνα θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτοὶ, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν· καὶ ἕνα Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν ἕνα Χριστὸν υἱὸν θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.

Κεφ. β'. Ἐκ τούτου οἱ Νοητιανοὶ ἀπόσπασμα ὄντες αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ, τουτὶ τὸ δόγμα δοξάζουσιν, ἐκ τῶν ῥητῶν τούτων πειρώμενοι συνιστᾶν τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμμανῆ διδασκαλίαν [1] ἀφ' ὧν εἶπεν ὁ θεὸς
pag. 481. πρὸς Μωϋσῆν, Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν· ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔλεγον οὖν, Ἡμεῖς τοίνυν αὐτὸν οἴδαμεν μόνον. Εἰ τοίνυν ἐλθὼν Χριστὸς ἐγεννήθη, αὐτός ἐστι πατὴρ, αὐτὸς υἱὸς, ἄρα αὐτός ἐστι θεὸς ὁ ἀεὶ καὶ νῦν ἐλθὼν, ὡς λέγει ἡ γραφὴ, Οὗτος ὁ θεός σου, οὐ λογι-

Cap. I. — 1. *Ita cod. Rhedig. Editi libri* ἐπ' ἄρμασι.

insania passum esse patrem non dubitavit asserere. Sed et maiori quadam arrogantia ac vecordia elatus sese Moysem; fratrem vero suum Aaronem esse dixit. Inter haec beatae memoriae presbyteri eius rei fama permoti hominem advocant, deque his omnibus interrogant, utrumnam tam contumeliosum in patrem dogma proposuisset. At ille coram presbyterorum consessu productus inficiari primo, quod ante ipsum nemo atrox illud atque exitiale virus evomuisset. Postea vero, cum rabiem suam nonnullis, ut ita dicam, aspersisset, ac decem fere homines sibi adiunxisset, maiorem in superbiam atque insolentiam elatus atque audacior factus palam haeresin suam disseminavit. Proinde rursum idem illi presbyteri tam ipsum quam qui se ad eum infeliciter aggregarent arcessunt, atque iisdem de rebus sciscitantur. Ille cum grege suo frontem perfricans audacter contradicere coepit. Ac quid, inquit, mali feci? Unum deum veneror, unum novi, nec praeter ipsum alterum natum, passum, mortuum. Ad quam opinionem cum constanter adhaeresceret, eum pariter atque eius discipulos ab ecclesia pellunt. Moritur deinde paulo post cum fratre suo; neque tamen aut ille pari ac Moyses olim, aut eius frater, eadem qua Aaron honorificentia sepulti sunt; tanquam enim desertores abiecti sunt, nec ab ullo catholicorum sepulturae mandati. Post haec qui corruptam ab eo doctrinam hauserant istud ipsum dogma corroborarunt, iisdem quibus ipsorum magister initio verbis adducti. Nam cum presbyterorum concilio percontanti dixisset unum se deum colere, vere hoc ab illis responsum audiit: Et nos unum quoque deum colimus, sed quemadmodum legitime illum colere novimus. Itidemque Christum habemus unum, sed quemadmodum novimus, unum Christum dei filium, passum, quomodo passus est, mortuum, quomodo mortuus est. Qui et resurrexit, et in coelum ascendit, et ad patris dexteram manet, et venturus est iudicare vivos et mortuos. Haec nos ac scripturis sacris accepta profitemur, quae et novimus.

Hinc Noëtiani velut ab eo avulsi ac propagati atque universi eius asseclae idem dogma profitentur, ac fanaticam illam doctrinam eiusmodi verbis affirmare conantur quibus Moysem deus affatus est: *Ego sum deus patrum vestrorum. Ego primus, et ego posterior. Non erunt tibi dii alteri etc.* Ex quibus ita colligebant: Nos ipsum novimus solum. Quare si veniens Christus natus est, idem ipse pater est et filius, idem denique deus est qui et semper fuit et in praesentia venit, ut scriptura declarat: *Hic est deus tuus. Non reputa-* Cap. II. Baruch. 3, 35—37.

CAP. II. — 1. *Correxi* ἀφ' ὧν, *quod postulat sententia. Libri habent* ἀφ' ἧς.

σθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ὁρᾷς, [2] φασὶ, πάλιν πῶς ἡ θεία γραφὴ ἡμᾶς συνετίζει, τοῦ μὴ ἄλλον καὶ ἄλλον θεὸν ἡγεῖσθαι, φάσκουσα ὅτι αὐτὸς θεός ἐστι μόνος ἐλθὼν, καὶ αὐτὸς πάλιν ὕστερον ὀφθείς; Πάλιν δὲ ἄλλῳ ῥητῷ κέχρηνται τούτῳ, ὡς λέγει, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπόρια Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ δοῦλοι ἔσονται, καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προςκυνήσουσι, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς αἱ θεῖαι γραφαὶ ἕνα θεὸν σημαίνουσι καὶ καταγγέλλουσιν αὐτὸν ἐμφανῆ; καὶ ὁμολογουμένως εἷς ἐστιν ὁ αὐτὸς, ἀεὶ ὤν. Καὶ τούτου ἕνεκα οὐ πολλοὺς θεοὺς λέγομεν, ἀλλ' ἕνα θεὸν τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ, αὐτὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ, αὐτὸν υἱὸν, καὶ πεπονθότα, ἵνα σώσῃ ἡμᾶς ἐν τῷ ἰδίῳ πάθει, καὶ οὐ δυνάμεθα ἄλλον λέγειν· δῆθεν ἀπὸ τοῦ ἐπιστάτου αὐτῶν μεμαθηκότες ταύτην τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν πονηρὰν ταύτην ὑπόνοιαν καὶ λυμαντικὴν μανίαν Εἶτα ἄλλα ῥητά φασιν εἰς σύστασιν ἑαυτῶν, ὡς ὁ αὐτῶν διδάσκαλος ἔλεγεν, ὅτι καὶ ὁ ἀπόστολος τούτοις μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις. Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Βούλονται δὲ διηγεῖσθαι μονοκώλως τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Θεόδοτος. Ἐκεῖνος μὲν φύσει ἀκροτάτως ἄνθρωπον ψιλὸν διηγησάμενος, οὗτος δὲ πάλιν ἄλλην ἀκρότητα μονοτύπως τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐν σαρκὶ πεπονθότα καὶ γεννηθέντα ἡγησάμενος. Οὔτε οὖν ἐκεῖνοι οἱ ἀπὸ Θεοδότου τι ἐν ἀληθείᾳ ἔφασαν, οὔτε οὗτος ὁ Νοητὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἀνόητος δὲ
pag. 482. μᾶλλον τῇ δυνάμει, καθάπερ αἱ θεῖαι γραφαὶ ἀμφοτέρους καὶ πάντας τοὺς πεπλανημένους διελέγχουσι.

Κεφ. γ'. Πάντη δὲ τῷ τὸν νοῦν εἰς θεὸν κεκτημένῳ, καὶ ἐν θείᾳ γραφῇ καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένῳ εὐθυέλεγκτος ὁ αὐτῶν λόγος, καὶ πάσης ἀνοίας ἔμπλεως φαίνεται. Τόλμης γὰρ τὸ ἔργον, καὶ τυφλώσεως ἡ διάνοια, φάσκουσα τὸν αὐτὸν πατέρα ὄντα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, καὶ τὸν αὐτὸν πεπονθότα· ὡς καὶ ἀπὸ ὀρθοῦ λογισμοῦ κριθήσονται οἱ τὰ τοιαῦτα φάσκοντες. Πῶς γὰρ εἴη πατὴρ ὁ αὐτὸς καὶ υἱὸς ὑπάρχων; Εἰ γὰρ υἱὸς ὑπάρχει, πάντως τοῦ τινος υἱὸς εἴη ἀφ' οὗ γεγένηται· εἰ δὲ πατήρ ἐστιν, ἑαυτὸν γεννᾶν ἀδύνατον. Πάλιν γὰρ τὸ

2. *Libri habent* φησί.

bitur alius ad ipsum. Invenit omnem viam scientiae, et dedit illam Iacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est. Ex his, inquiunt, animadvertere potes quemadmodum scriptura nos sapienter informet, ne alium atque alium deum arbitremur, cum illum deum esse solum asserit qui venerit quique postea sit visus. Alia praeterea ex sacris literis auctoritate contendunt. *Laboravit,* inquit, *Aegyptus et negotiatio Ae-* Isai. 45, 14.
thiopum, et Sabain viri sublimes ad te transibunt, et servi tui erunt. Et ambulabunt post te vincti manicis, et in te adorabunt, et in te deprecabuntur. Quoniam in te deus est, et non est deus praeter te. Tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israel salvator. Vides, opinor, inquiunt, in scripturis unum indicari deum ac manifeste praedicari. Adeoque in confesso est unum illum esse ac semper existere. Ob idque non plures deos affirmamus, sed unum duntaxat deum, qui et pati nihil possit et idem filii pater sit ac filius, qui ideo passus sit, ut nos sua perpessione servaret, nec alium ab eo pronuntiare possumus. Quam quidem fidei professionem ac depravatam opinionem, vel pestiferam potius insaniam, a magistro didicerunt. Quinetiam alia scripturae verba ad errorem stabiliendum adferunt, quibus et eorumdem praeceptor utebatur. Nimirum his verbis apostolum suae opinioni suffragari: *Quorum sunt patres, ex quibus Christus secun-* Rom. 9, 5.
dum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Sic igitur simplex quiddam deo uniusque formae tribuunt, ac Theodotum imitantur. Nam ut iste ad unum extremum declinans, nudum hominem Christum esse disseruit, sic ille aliud ad extremum desciscens eundem esse patrem, filium et spiritum sanctum, uniusque personae statuit, et hunc ipsum passum ac natum existimavit. Sed neque Theodoti sectatores veri aliquid elocuti sunt, neque Noëtus aut Noëti discipuli, qui Anoëtus, hoc est insipiens, quod ad vim ingenii ac facultatem pertinent, potius est dicendus, cum utrosque ac ceteros omnes a veritate aberrantes sacrae literae redarguant.

Quocirca qui mentem in deo defixam habeat, quique sacrarum Cap. III.
literarum ac spiritus sancti splendore illuminatus fuerit, ei tota illorum doctrina cum facilis ad refellendum, tum amentia omni plena videatur. Est enim insignis cuiusdam hoc audaciae facinus, ac magnopere excaecatam mentem illam oportet esse quae eundem patrem esse dicat et eundem filium, atque eundem denique esse passum. Quae qui garriunt, satis eos recta ipsa ratio discernet. Etenim qui fieri potest ut idem pater sit ac filius? Nam si filius est, necesse est alicuius sit filius, a quo sit genitus. Sin pater est, se ipsum generare nihil potest. Neque enim id ipsum, quod filius di-

καλούμενον υἱὸς ἑαυτὸν οὐκ ἐγέννησεν, ἀλλὰ ἐκ πατρὸς γεγέννηται. Καὶ ὦ τῆς τῶν ἀνθρώπων πολλῆς φρενοβλαβείας καὶ ἀκατορθώτου λογισμοῦ. Ἔστι γὰρ τὸ εὔλογον οὐχ ὡς οὗτοι δοξάζουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ ἀλήθεια διὰ τῆς θείας γραφῆς ἡμῖν ὑποδείκνυσιν. Εὐθὺς γὰρ φάσκει ὁ κύριος, λέγων, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ὃν ᾑρέτισα, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· θήσομαι τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτῷ. Καὶ ὁρᾷς πῶς μὲν φωνὴ πατρὸς δεικνύουσα φύσει υἱὸν, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τίθησιν; Εἶτα δὲ αὐτὸς ὁ μονογενὴς φησι, Δόξασόν με, πάτερ, ἐν ἣ δόξῃ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι. Ὁ δὲ λέγων, Πάτερ, δόξασόν με, οὐχ ἑαυτὸν πατέρα καλεῖ, πατέρα δὲ τὸν αὐτοῦ γινώσκει. Πάλιν δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, Ἦλθε φωνὴ ἀπ' οὐρανοῦ, ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, αὐτοῦ ἀκούετε. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ υἱός μου, ἐμοῦ ἀκούσατε, οὐδὲ πάλιν, Γέγονα υἱὸς, ἀλλὰ, Οὗτος ὁ υἱός μου, αὐτοῦ ἀκούσατε. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν, οὐκ εἶπεν ὅτι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου εἷς εἰμι, ἀλλὰ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν. Τὸ δὲ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, ὄντος τοῦ ἄρθρου τοῦ Ὁ καὶ τοῦ Καὶ ἀναμέσον, σημαίνει πατέρα φύσει πατέρα, καὶ υἱὸν φύσει υἱόν.

Κεφ. δ'. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, Ἐὰν ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἔρχεται, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Πολὺ δὲ σαφέστατόν ἐστι τοῦτο τὸ, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ἐκεῖνος ἔρχεται. Οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ, Ἐγὼ ἔρχομαι, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Ἐγὼ καὶ Ἐκεῖνος ἐσήμανεν ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ πάλιν, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀλη-
pag. 483. θείας τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ἵνα δείξῃ ἐνυπόστατον τὸν πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον πνεῦμα. Πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ἄνωθεν ὁ πατὴρ ἐλάλει, υἱὸς δὲ ἐν Ἰορδάνῃ κατήρχετο, τὸ δὲ πνεῦμα μεσαίτατον ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐφαίνετο καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν, καιτοί γε τοῦ πνεύματος μὴ φορέσαντος σάρκα, μὴ ἐνδυσαμένου σῶμα. Διὰ δὲ τὸ μὴ νομίζεσθαι συναλιφὴν εἶναι πρὸς τὸν υἱὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, σχηματίζεται ἐν εἴδει περιστερᾶς, διὰ τὸ ὀπτάνεσθαι φύσει ἐνυπόστατον τὸ πνεῦμα. Πόθεν δὲ ἀλλαχόθεν οὐκ ἔχομεν δεῖξαι κατὰ τούτων τῶν τὴν φρενοβλάβειαν ἑαυτοῖς ἐγκισσησάντων; Εἰ μὲν γὰρ ἀληθεύει ἡ αὐτῶν διάνοια καὶ ὁ λόγος ὁ ἔωλος καὶ μὴ ἔχων σύστασιν, μήτε δύναμιν, μήτε συνέσεως λογισμὸν ἢ ἔμφασιν, ἄρα οὖν ἐκβλητέαι εἰσὶν αἱ γραφαὶ, αἱ γραφαὶ αἱ πάντη μὲν πατέρα πατέρα γινώσκουσαι, καὶ υἱὸν υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα.

Ἀλλὰ τί φάσκεις, ὦ οὗτος; Μὴ πολυθεΐαν ἡγήσοιντο οἱ τὸ σέβας ἀληθινῶς τῇ τριάδι προςφέροντες, οἵτινές εἰσιν υἱοὶ τῆς ἀληθείας

citur, se ipsum genuit, sed est a patre genitus. O incredibilem hominum amentiam et absurdum abhorrensque iudicium! Est enim profecto rationi consentaneum, non quod opinantur isti, sed quod per sacras literas veritas ipsa demonstrat. Sic enim dominus loqui-
tur: *Ecce intelliget filius meus dilectus, quem elegi, quem dilexit* Isai. 42, 1.
anima mea: ponam spiritum meum in ipso. Ubi vox illa, *Patris,* eum qui proprie sit filius manifeste declarat, in quo etiam spiritum suum
collocat. Deinde unigenitus ipse filius, *Glorifica me, pater,* inquit, Ioann 17, 5.
ea gloria quam habuit apud te priusquam mundus fieret. Iam vero qui sic loquitur, *Pater, glorifica me,* non sese patrem appellat, sed
suum patrem agnoscit. Item alio in loco: *Venit vox de coelo: Hic* Matth. 17, 5.
est filius meus, ipsum audite. Non dixit, *Ego sum filius meus, audite me,* neque, *Natus sum filius,* sed, *Hic est filius meus, ipsum audite.* Praeterea cum dixit, *Ego et pater unum sumus,* non ita lo-
cutus est, *Ego et pater meus unus sum,* sed, *Ego et pater unum* Ioann. 10, 30.
sumus. Haec enim vocabula, *Ego et pater,* addito articulo ὁ, et interiecta copula *et,* non obscure declarant patrem proprie esse patrem, filiumque proprie filium.

De spiritu vero sancto sic loquitur, *Si ego abiero, ille veniet,* Cap. IV.
spiritus veritatis. Sed multo illud apertius, *Ego vado, et ille venit.* Ioann. 16, 7.
Neque vero dixit, *Ego vado, et ego venio.* Sed hisce vocibus, *Ego,* et *Ille,* tam filium hypostasi sua constare quam spiritum sanctum itidem sua demonstrat. Item: *Spiritus veritatis qui a patre procedit, de meo accipiet.* Quibus verbis ostendit et hypostasin patri propriam
et filio et spiritui sancto esse tribuendam. Ad haec pater ad Iorda- Matth. 3.
nem de coelo locutus est, filius vero ad Iordanem descendit, spiritus sanctus inter utrumque sub columbae specie apparuit, et in hunc illapsus est. Quamquam spiritus sanctus minime carnem suscepit, neque corpus induit. Sed ne filius cum spiritu sancto coalescere confundique crederetur, sub imagine columbae videndum se praebuit, uti nimirum spiritus cum singulari ac propria persona cerneretur. Denique quam multis illud argumentis adversus istos demonstrare possumus, qui insanam hanc opinionum amentiam in animo suo conceperunt! Etenim si verus est illorum sensus et oratio, absurda ea quidem minimeque cohaerens, ac nulla vi neque prudenti ratiocinatione, ac ne minima quidem huius significatione praedita, consequens est ut omnes scripturae repudientur, quae ubique et patrem esse patrem, et filium filium, spiritum sanctum spiritum sanctum agnoscunt.

Tu vero, mi homo, quid tandem adfers? An illud vereris, ne deorum illi multitudinem invehant, qui sacrosanctae triadi verum

καὶ τῆς μόνης καθολικῆς ἐκκλησίας; Καὶ οὐχ οὕτως. Τίς γὰρ [1] οὐχ αἱρεῖ ἕνα θεὸν εἶναι τῆς ἀληθείας πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗπερ ὁ μονογενὴς υἱὸς ἐν ἀληθείᾳ θεὸς λόγος, ἐνυπόστατος λόγος γεγεννημένος ἀληθινὸς ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; Διὸ ἕνα θεὸν ἀσφαλῶς κηρύττει ἡ ἐκκλησία, πατέρα καὶ υἱόν· διότι, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν, τουτέστι μία θεότης, καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία κυριότης. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐνυπόστατον ὄν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τέλειον πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας, τὸ φωτίζον τὰ πάντα, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ. Διὸ μίαν θεότητα οἶδεν ἡ ἐκκλησία, εἷς θεὸς ὁ τῆς ἀληθείας πατὴρ, πατὴρ τέλειος ἐνυπόστατος, υἱὸς τέλειος ἐνυπόστατος, καὶ ἅγιον πνεῦμα τέλειον ἐνυπόστατον, μία θεότης, μία δεσποτεία, μία κυριότης. Διὸ πάντη σαφῶς κεκηρύχασιν αἱ θεῖαι γραφαὶ ἕνα θεὸν, τουτέστι τριάδα ὁμοούσιον, ἀεὶ οὖσαν τῆς αὐτῆς ταυτότητος, τῆς αὐτῆς κυριότητος.
pag. 484. Καὶ διέπεσεν ἐκ πανταχόθεν ὁ τῆς ἀνοησίας σου λόγος, ὦ ἀνόητε. Τοίνυν τούτων εἰρημένων καὶ ἀντιθέτως πρὸς τὰς τοῦ προειρημένου Νοητοῦ φωνὰς σκοπεῖν ἐξ ὑπαρχῆς χρὴ, καὶ οὕτως τὰ αὐτὰ κεφάλαια ἀνατρέπειν.

Κεφ. ε'. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπειδὴ παρήγαγε τὸ κεφάλαιον ὅτι, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, οὐχ ὁρᾷς ὅτι, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, πῶς τὴν μίαν ἀρχὴν σημαίνει, ἵνα μὴ εἰς πολλὰς ἀρχὰς τρέψῃ τὴν διάνοιαν καὶ εἰς πολυθεΐαν ἀγάγῃ πάλιν τὸν πλανηθέντα νοῦν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ κενοφωνίᾳ τῆς πολυθεΐας; Ὁρᾷς γὰρ πῶς ἑνὶ ὀνόματι κέχρηται, καὶ μιᾷ ὀνομασίᾳ, οὐκ ἀρνούμενος τὸν μονογενῆ θεόν. Οἶδε γὰρ αὐτὸν κύριον, καὶ οἶδεν αὐτὸν θεὸν, διὸ ἀσφαλιζόμενος λέγει, Καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ κύριος τοῦτο λέγων οὐ τὸν αὐτὸν ἐσήμανε πατέρα εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν, ἀλλὰ ἔδειξε τὸν μὲν πατέρα πατέρα ὄντα, τὸν δὲ υἱὸν υἱὸν ἀληθῶς, ἐπειδὴ τὸ εἰπεῖν, Εἷς θεὸς, ἐπὶ τῷ πατρὶ οὐχ ὡς ἀρνούμενος ἐπὶ τῷ υἱῷ τὸ εἶναι θεὸς (εἰ γὰρ μὴ θεὸς, οὔτε κύριος· ἐπειδὴ δὲ κύριος, καὶ θεὸς), ἀλλ' εἰς μίαν ὀνομασίαν ἀνάγειν ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἔφραζεν ἡμῖν τὴν πίστιν, ἐναργῶς ἕνα κύριον σημαίνων, ἄρα γε καὶ θεόν. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω, ἐπειδὴ λέγει ἕνα

CAP. IV. — 1. οὐχ αἱρεῖ ego (quamquam magis placeat οὐ χωρεῖ). οὐ χαίρει libri. Οὐκ ἐρεῖ suspicio Petavii fuit.

sincerumque cultum adhibent, quique veritatis et unius catholicae ecclesiae sunt filii? Vehementer erras. Quis enim non asserat unum deum esse veritatis patrem omnipotentem, a quo unigenitus filius vere progressus est, deus verbum, verbum, inquam, in propria persona consistens, et a patre revera sine ullo initio ac tempore genitum? Unum itaque deum caute ac prudenter ecclesia praedicat, patrem videlicet et filium. *Quoniam*, inquit, *ego in patre, et pater* Ioann. 14, 10.
in me est, et, *Ambo unum sumus*, hoc est una divinitas, et voluntas Id. 10, 30.
una, et una dominatio. Ceterum ex patre spiritus quoque procedit, suapte constans hypostasi, ac re ipsa perfectus veritatis spiritus, qui *illuminat omnia, qui a filio accipit, veritatis*, inquam, *spiritus, spi-* Ioann. 16, 14.
ritus patris, spiritus Christi. Itaque unam ecclesia divinitatem agnoscit, estque deus unus veritatis pater, perfectus pater, hypostasi sua praeditus, perfectus filius, suam peraeque habens hypostasin, perfectus denique spiritus sanctus, et suam sibi hypostasin vindicans, una divinitas, unaque dominatio. Quibus de caussis deum unum sacrae ubique literae pronuntiant, nimirum consubstantialem triadem ac semper existentem, cui eadem identitas idemque dominatus attribuitur. Ex quo tua illa, stolidissime mortalium, inepta ratio concidit. His animadversis adversus illas Noëti voces opponendum modo aliquid et ab ipso principio repetendum est, atque eo modo singula capita refellenda.

Quod igitur inprimis illud obiicit: *Unus est deus ex quo omnia,* Cap. V.
et nos in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, et nos per ipsum, 1. Cor. 8, 6.
propter quem omnia, et nos per ipsum, nonne iis ipsis verbis, *Unus deus ex quo omnia, et nos in ipsum*, unum significari principium vides? Ne animum nostrum ad plura cogitanda principia converteret, ac mortalium ingenia vanissima illa deorum multitudine decepta rursus ad eandem asserendam copiam adduceret. Vides enim quemadmodum uno nomine sit usus et appellatione una, non ut unigenitum deum abnegaret. Dominum quippe esse illum intelligit, eundemque deum. Ideo singulari quadam cautione illud adiecit, *Et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Quod cum voci illi, *Dominus,* praecipue affinxit, non eundem indicavit esse patrem, eundemque filium, sed eum qui pater est esse patrem, qui filius, vere filium esse declaravit. Nam et cum de patre loquens unum deum esse dixit, nequaquam filio divinitatem detraxit. Nam si deus non est, neque dominus est, cum autem dominus sit, deus quoque sit oportet. Verum apostolus, ut ad unam appellationem reduceret, a spiritu sancto compulsus ita fidei mysterium nobis aperuit, ut unum dominum, proindeque et deum, aperte monstraret. Nec est tamen, quod

καὶ ἕνα, μὴ ἄρα παρέλιπε τὸν ἀριθμὸν τῆς τριάδος, ἐπειδὴ οὐκ ὠνόμασε τὸ ἅγιον πνεῦμα. Ὀνομάσας γὰρ πατέρα καὶ υἱὸν θεὸν καὶ κύριον, ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν, Εἷς θεὸς, περὶ πατρὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι κύριον, οὐδὲ πάλιν ἐπειδὴ εἶπε, Καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ἠρνήσατο αὐτὸν τὸ εἶναι θεόν· ἀλλὰ καθάπερ ἐπὶ τῷ πατρὶ ἠρκέσθη ἐπὶ τῇ μόνῃ ὀνομασίᾳ, λέγων, Εἷς θεὸς, σὺν δὲ τῷ Θεὸς δηλονότι ἐστὶ καὶ Κύριος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ υἱῷ ἠρκέσθη [1] τὸ, Εἷς κύριος, σὺν δὲ [2] τῷ, Εἷς κύριος, σύνεστι καὶ τὸ Θεός. Λέγων οὖν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐ [3] κοῦφος ἦν ἀπὸ πνεύματος ἁγίου, ἀλλὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὡς ἔφην,
pag. 485. ἐφθέγγετο. Εἴωθε δὲ ἀεὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα οὐ σύστασιν ἑαυτοῦ [4] ποιούμενον, ἵνα μὴ ἡμῖν ὑπογραμμὸν δώσει τοῦ περὶ ἑαυτῶν καὶ ἡμᾶς τὴν σύστασιν ποιήσασθαι. Ἆρα οὖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, ἢ δι᾽ ὃν τὰ πάντα, καὶ ἓν τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀλλότριον θεοῦ, ἐνυπόστατον δὲ ὂν, διότι πνεῦμα θεοῦ, καὶ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ πνεῦμα πατρὸς, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ.

Κεφ. ϛ΄. Εἰ δὲ περὶ τοῦ, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, [1] καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ [2] τοῦ, Σὺ εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, καί σοι δοῦλοι ἔσονται, καὶ πορεύσονται ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ ἐν σοὶ προςεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς πλήν σου· σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ, Οὐχ ὁρᾷς, φησὶν, ὅτι εἷς θεός ἐστιν; Ἐκ τῶν τοιούτων γὰρ ῥητῶν, ὡς ὑπεδείξαμεν, οὐ νοῶν τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ πανούργως περικόπτων τὰς γραφὰς, λοξὰ μὲν διηγούμενος, ἀνθυπερβάτως δὲ εἰςάγων τοὺς λόγους, οὐκ ἀκολούθως καὶ περὶ πόδα φθέγγεται, οὔτε καθ᾽ εἱρμὸν διηγεῖται ὁ Νοητὸς ἢ οἱ ἐξ αὐτοῦ Νοητιανοὶ νοοῦσιν. Ὥςπερ γε κακῷ κυνὶ ὄνομα Λέων, καὶ τοὺς μηδὲ ὄντως ὁρῶντας καλοῦσι πολλὰ βλέποντας, καὶ τὰς χολὰς γλυκείας φάσκουσι, καὶ τὸ ὄξος μέλι τινὲς ἐπωνόμασαν, καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας τινὲς ἐπωνόμασαν, οὕτω καὶ οὗτος καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ Νοητοῦ ἔχων ὄνομα ἀνόητος ὑπάρχει καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀνοητοῦντες, μηδὲ ὅλως τὴν ἀκολουθίαν ὧν [3] φάσκουσι καὶ ὧν προβάλλονται νοοῦντες, ὡς καὶ πληροῦσθαι ἐπ᾽ αὐτοὺς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου, Μήτε ἃ λέγουσι νοοῦντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

Cap. V. — 1. *Petavius suspicatus est* τῷ.
2. *Vulgo* τὸ.
3. *An* κωφὸς?
4. *Petavius suspicatus est* ποιεῖν.

Cap. VI. — 1. καὶ *om. libri vulgo. Adieci vero cum etiam supra cap. 2. extare viderem.*

quisquam existimet, pro eo quod *unum* atque *unum* solummodo dixerit, aliquid de triadis numero esse detractum; quasi spiritus sancti mentionem nullam fecerit. Etenim cum patrem et filium deum nominavit, ac dominum, in spiritu sancto utique nominavit. Nam neque cum de patre agens, *Unus deus*, inquit, *ex quo omnia*, esse illum dominum negavit. Neque contra subiiciens, *Et unus dominus Iesus Christus*, hunc esse deum inficiari voluit. Sed quemadmodum in patre una appellatione contentus hoc tantum dixit, *Unus deus*, qua voce etiam altera, *Dominus*, continetur, ita in filio, *Unus dominus*, duntaxat expressit, qua cum voce dei quoque est appellatio coniuncta. Quare cum de patre ac filio disserebat apostolus, non spiritu sancto vacuus erat, sed in eodem loquebatur, ut diximus. Solet autem spiritus sanctus sui minime commendationem facere, ne exemplum nobis commendandi nostri praebuisse videatur. Est igitur unus deus pater ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, sive propter quem omnia, et unus spiritus sanctus, a deo nequaquam alienus, qui propriam habet personam; quoniam *Dei spiritus est et veritatis spiritus*, *spiritus*, inquam, *patris ac Christi.*

Quod autem nobis istud obiicit, *Laboravit Aegyptus et negotiatio Aethiopum, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt*, item illud, *Tu es deus, et nesciebamus, et tibi servierunt, et ibunt post te vincti manicis, et in te orabunt, quoniam in te deus est, et non est deus praeter te, tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israel salvator*, vides, inquit, ex iis, quemadmodum unus duntaxat sit deus? His enim scripturae locis potissimum fretus, ut ante diximus, nec illorum sensum intelligens, sed sacras literas fraudulenter amputans, atque et obliquas narrationes instituens, et sacras auctoritates perverso ordine ac nonnullis praeteritis in medium afferens, nihil consequenter ac seriatim eloquitur, nihil denique penitus intelligit tam Noëtus, quam qui ab eo Noëtiani dicuntur. Atque ut pessimo cuidam cani nonnunquam leonis nomen imponitur, ac caecos multa videntes appellant, et fel dulce nominatur, et acetum mel a quibusdam vocatum est, ac denique Furias nonnulli Eumenidas nuncuparunt, ita in illis accidisse videmus, ut et Noëtus, hoc est intelligens, appellaretur ineptus et insipiens homo, et hoc ipsum nomen perinde inepti illius discipuli consequerentur. Qui quidem eorum quae dicunt ac palam proponunt rationem consequentiamque non intelligunt, ut in his apostoli dictum illud impleatur: *Nec quae dicunt intelligentes, nec de quibus asserunt.*

Cap. VI. Isai. 45, 14.

1. Tim. 1, 7.

2. *Vulgo* τὸ.

3. φάσκουσι *emendarunt Cornarius et Petavius. Libri vulgo habent* φάσκει.

Κεφ. ζ. Ὁρᾶτε γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀδελφοὶ, πῶς ἀνώτερον εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ κύριος, ὡς ἔχει ἡ ἀρχὴ τοῦ κεφαλαίου (ὅθεν καὶ δεικτέον ἐπὶ πάσης ἐν αὐτῷ τῷ κεφαλαίῳ ἀληθείας τε καὶ ὑποθέσεως) ὅτι, Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ τῶν θυγατέρων, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. Ἐγὼ ἐποίησα, φησὶ, τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς, ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην, ἐγὼ ἤγειρα μετὰ δικαιο-
pag. 486. σύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι· οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐ μετὰ δώρων, εἶπε κύριος Σαβαώθ. Εἶτα λοιπὸν, Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ αἱ ἐμπορίαι Αἰθιόπων, καὶ τὰ ἑξῆς, ὅτι ἐν σοὶ θεός ἐστιν. Ἐν τίνι δὲ φαίημεν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ πατρῴῳ λόγῳ; Καὶ γὰρ ἀληθῶς θεὸς λόγος ὁ υἱὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ πατὴρ γινώσκεται· ὡς λέγει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακεν τὸν πατέρα, καὶ, Ἐγὼ ἐδόξασά σου τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶτα πάλιν ὅτι, Ἐγὼ ἤγειρα βασιλέα. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι φωνή ἐστι πατρὸς ἡ ἰδιάζουσα, ἡ ἐγείρουσα ἐξ αὐτῆς τὸν ἀληθινὸν λόγον βασιλέα ἐπὶ πάντας, τὸν ἐξ αὐτοῦ ἀληθινῶς γεννηθέντα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως; ὃς καὶ ἤγειρε πάλιν αὐτὸν τὸν βασιλέα, ὡς λέγει ὁ ἅγιος ἀπόστολος, φάσκων, Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος πνεύματος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν· ὅπως συνᾴδῃ τὰ προφητικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ τὰ εὐαγγελικὰ τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ τὰ ἀποστολικὰ τοῖς προφητικοῖς. Εἶτα, Ἤγειρα βασιλέα· καὶ ὧδε ὁ ἐγείρων Χριστὸν ἐκ νεκρῶν. [1] Τὸ δὲ, Ἐν σοὶ θεός ἐστιν, ὡς μυστηριωδῶς τὰ πάντα καὶ θαυμασίως διηγεῖται ἡ θεία γραφή. Ὥσπερ γὰρ ἐν ναῷ [2] ἐν σαρκὶ προεωρᾶτο, καὶ προκατηγγέλλετο τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐλπίδι, διὰ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστροφῆς ἡ θεότης. Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ θεοῦ θεὸς λόγος ὡς ἐν πόλει ἁγίᾳ καὶ ἐν ναῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐνανθρωπήσει καὶ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, θεὸς ὢν κατοικῶν ἐν ναῷ ἁγίῳ λέγει, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Διότι μυστικῶς τὰ πάντα οἰκονομεῖ [3] θεός. Λόγος ἀποσταλεὶς ἀπὸ πνεύματος ἐν σαρκὶ, καὶ σύνδεσμον ἀγάπης δεικνὺς, ἐφέλκεται, καὶ σμικρύνας ἑαυτὸν μέγας ὢν θεὸς, αὐτὸς ὁ λόγος, ἐκ παρθένου διὰ πνεύματος ἁγίου γεννηθεὶς υἱὸς θεοῦ, εἷς ὢν, ἑαυτὸν σαρκὶ καὶ πνεύματι ἕνα τελέσας, ὡς λέγει, Ὁ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

Cap. VII. — 1. *Vulgo* ὁ δὲ. 2. ἐν *praepositionem, quae desideratur in libris, adiciendam esse viderunt iam Cornarius atque Petavius.*

Animadvertite enim, fratres carissimi, quid ante scriptura dixerit, seu potius dominus ipse, ut initio capitis scriptum est. Unde ex verissima illa, quae in toto capite est, narratione argumentoque, Christiana fides est commonstranda. Sic enim ait: *Interrogate me de filiis meis et filiabus, et de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci*, inquit, *terram, et hominem in ipsa. Ego manu mea fundavi coelum, ego omnibus stellis praecepi, ego suscitavi eum iustitia regem, et omnes viae eius rectae. Iste aedificabit civitatem meam, et captivitatem convertet: non cum pretio, non cum muneribus, ait dominus exercituum.* Deinde subdit, *Laboravit Aegyptus et negotiationes Aethiopum*, et cetera. *Quoniam in te deus est.* In quo vero alio quam in paterno verbo deum inesse dicemus? Vere quippe deus verbum filius est, in eoque cognoscitur pater, quemadmodum ipse testatur: *Qui vidit me, vidit et patrem.* Item: *Ego glorificavi nomen tuum in terra.* Deinde: *Ego suscitavi regem.* In quo nonne propriam patris vocem agnoscis, quae verum ex sese verbum excitans regem omnium constituit, eum scilicet quem vere ex se sine ullo initio ac tempore genuit? Qui quidem eundem rursus regem excitavit, ut apostolus his verbis expressit: *Quodsi spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum suum in vobis.* Ut et prophetarum oracula cum apostolicis, et apostolica cum evangelicis, et evangelica cum apostolicis, apostolica denique cum propheticis consentiant. Sequitur: *Suscitavi regem.* Et hic declaratur ille qui Christum a mortuis excitavit. At cum dicit, *In te deus est*, quanto cum mysterio, quamque admirabiliter omnia scriptura sacra proponit? Etenim in carne velut in templo quodam praevidebatur atque hominum spei per conversionem ad deum ostendebatur divinitas. Siquidem dei filius ac deus ipse verbum, quasi in sancta quadam urbe religiosoque templo, nimirum in assumpta hominis natura et incarnatione deus existens, in sanctissimo inquam templo habitans ita loquitur: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Quoniam per mysterium administrat omnia cum carne missus a spiritu deus verbum, atque arctissimum caritatis nexum ostendens allicit, cum se praesertim extenuavit magnus ipse deus, verbumque de virgine interventu spiritus sancti genitus dei filius, qui unus atque idem sese carne spirituque perfecit. Quo illud pertinet: *Qui descendit, ipse est et qui ascendit filius hominis, qui est in coelo.*

[Margin notes: Cap. VII. — Isai. 45, 11 sqq. — Ioann. 14, 9. — Ioann. 17, 4. — Isai. 45, 13. — Rom. 8, 11. — Isai. 45, 13. — Isai. 45, 14. — Ioann. 2, 19. — Ioann. 3, 13.]

3. *Vulgo sine distinctione* θεὸς λόγος ἀποσταλεὶς *cett.*

Κεφ. η'. Τί οὖν ἐρεῖ Νοητὸς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀνοησίᾳ; Μὴ ἐν τῷ οὐρανῷ σὰρξ ἦν; Δηλονότι οὐκ ἦν. Πῶς οὖν ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ αὐτός pag. 487. ἐστιν ὁ ἀναβάς; ἀλλ' ἵνα τὸν κατελθόντα λόγον σημάνῃ οὐ κάτωθεν ὄντα, ἀλλὰ ἄνωθεν κατελθόντα. Ἐπεὶ δὲ ἐνηνθρώπησεν ἐν σαρκὶ, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἐκ πνεύματος δὲ καὶ σαρκὸς, ἐτελείωσε τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν. Διὰ τοῦτο μίαν ἑνότητα σημαίνων τῆς τοῦ λόγου συνενώσεως καὶ τῆς ἀνθρωπήσεως φάσκει τὸν ἄνωθεν ἥκοντα ἄνω ἀνιέναι ἐν τελειώσει θεότητος. Καὶ γὰρ νῦν ὁ μὴ ὢν ποτε σάρξ ἐστιν ἐκ πνεύματος καὶ παρθένου, ὁ προσενεχθεὶς πατρὶ τέλειος λόγος, ὃς πρὸ τούτου ἐν οὐρανῷ οὐκ ἦν σάρξ. Τί οὖν ἦν ὁ ἐν οὐρανῷ; ἀλλὰ λόγος ὁ ἀπὸ οὐρανοῦ ἀποσταλεὶς, ἔχων τὴν εἰς μίαν θεότητα ἕνωσιν, κατὰ δύναμιν πατρὸς συνηνωμένην, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ ὁ αὐτὸς θεὸς λόγος ὑπῆρχεν, ἄτρεπτος ὢν καὶ ἀναλλοίωτος. Λόγος γὰρ ἦν θεὸς, ἦν ἀεὶ, πνεῦμα ἦν, δύναμις ἦν, [1] ὃς τὸ κοινὸν ὄνομα καὶ παρὰ ἀνθρώποις χωρητὸν ἀνελάμβανεν εἰς ἑαυτὸν, οὕτω καλούμενος υἱὸς ἀνθρώπου, υἱὸς ὢν θεοῦ, καὶ ἐν προφήταις [2] προὼν ὀνομάζετο ὅπερ οὔπω ἐν σαρκὶ ἦν, διὰ τὸ μέλλον ἐν αὐτῷ τελειοῦσθαι. Ὡς καὶ Δανιὴλ ἔφη, Εἶδον ὡς υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Διὸ δικαίως ἐν οὐρανῷ τῷ ὀνόματι [3] τούτῳ τὸν λόγον [4] εἶδε πνεύματι ἁγίῳ ὁ προφήτης υἱὸν ὑψίστου ἀποκαλῶν. Διὸ τὰ πρῶτα ὕστερα σημαίνων ὁ μονογενὴς φάσκει, Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· οὐχ ὅτι δὲ ἄνω ἦν ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ἄνωθεν κατήρχετο, τούτῳ τῷ λόγῳ μέλλων καλεῖσθαι.

Κεφ. θ'. Ἀλλὰ τί ἐστιν ὃ ἐρεῖς, ὦ οὗτος, ὅτι Οὗτος φησὶν, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ λογισθήσεται ἄλλος; Καλῶς πάνυ ἔφη, ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος διαβεβαιοῦται, λέγων, Ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός. Θαυμαστῶς διηγεῖται. Οὗτος γὰρ ὁ ὢν ἐστιν ἐπὶ πάντων θεός. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς διδάσκει ἡμᾶς λέγων, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, διὰ τοῦτο ἐπὶ πάντων ἐστὶ θεός. pag. 488. Οὕτω καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ λέγων, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν. Καὶ πάλιν φησὶν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, Ὁ ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὁ ἐρχόμενος

Cap. VIII. — 1. ὃς cod. Rhedig. Vulgo ὡς. 2. Libri πρὸ ὧν. 3. Libri τοῦτον.

Quid ad haec Noëtus cum sua stoliditate atque amentia potest Cap. VIII.
obiicere? Num in coelo caro ante versabatur? Minime profecto. Quomodo igitur qui descendit de coelo, ipse est qui ascendit; nisi illud significare voluit, verbum ipsum, quod descenderat, non ex inferiori esse loco, sed e coelo esse delapsum? Posteaquam vero carnem hominis assumpsit, non illam quidem e viri semine susceptam, e spiritu pariter ac carne totum administrationis suae negotium perfecit. Quamobrem ut divini verbi humanaeque naturae coniunctionem et in unam eandemque rem consociationem monstraret, illum ipsum dixit qui e coelo venerat eodem cum absoluta divinitate rediisse. Nunc enim, id quod ante non erat, caro est, de spiritu susceptus ac virgine, perfectum nempe verbum oblatum patri deo, quod antea caro in coelo non fuerat. Quid igitur in coelo fuit aliud praeter verbum e coelo demissum? Cui in unam divinitatem coniunctio conveniebat, secundum paternam vim copulata atque conflata. Quo et illud una declararet, in terra coeloque eundem esse deum verbum, conversionis omnis ac mutationis expertem. Erat quippe verbum, deus erat semper, erat spiritus, vis erat denique. Qui commune illud nomen, quodque homines capere possent, in seipsum suscepit, cum hominis filius appellatus est, quamvis dei filius esset. Qui insuper a prophetis id ipsum quod in carne nondum erat esse ante pronuntiabatur, propter id quod erat in eo perficiendum. Quare
ita Daniel loquitur: *Vidi quasi filium hominis venientem in nubibus.* Dan. 7, 13.
Unde merito in coelo hoc affectum nomine verbum sancti spiritus afflatu propheta perspexit qui *Filium altissimi* vocavit. Quocirca quae prima sunt posteriori ordine declarans unigenitus dei filius,
Nemo, inquit, *ascendit in coelum nisi qui de coelo descendit, filius* Ioann. 3, 13.
hominis. Non quod caro esset in coelo, sed quod e coelo descenderet, qui eiusmodi esset vocabulo nominandus.

Verum quid tandem, mi homo! proferes? Scriptum est, inquit, Cap. IX.
Iste deus est noster, et non aestimabitur alius. Praeclare vero, quem- Baruch. 3, 36.
admodum et apostolus affirmat: *Quorum*, inquit, *patres, ex quibus* Rom. 9, 5.
Christus secundum carnem, qui est super omnia, deus. Quae quidem admirabiliter ab eo dicta sunt. Hic enim qui est super omnia deus
est. Nam cum iis ipse nos verbis doceat: *Omnia mihi tradita sunt* Matth. 11, 27.
a patre meo, propterea *super omnia deus est.* Atque ita quoque et Luc. 10, 22.
Ioannes testatur: *Quod fuit*, inquit, *ab initio, quod audivimus, et* 1. Ioann. 1, 1.
oculis vidimus, et manus nostrae contrectaverunt. Ac rursus in Apocalypsi: *Qui est ab initio, et qui venturus est omnipotens.* Egregie Apoc. 1, 8.

4. εἶπε *coniecit Petavius. Verba* τῷ ὀνόματι *iungenda sunt cum* ἀποκαλῶν.

παντοκράτωρ. Καλῶς κατὰ πάντα εἶπε. Καλῶς γὰρ εἶπε, Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, καὶ ἀκριβῶς ὑπετίθετο. Ἐπὶ πάντας μὲν οὖν ὢν θεὸς, ἔχων δὲ ἴδιον αὐτοῦ πατέρα, ἐν τῷ λέγειν, Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα. Εἰ δὲ ἦν αὐτὸς πατὴρ, πρὸς ποῖον πατέρα ἄρα ἀπῄει, ὦ ἀνόητε; Πάλιν γὰρ λέγει, Ἵνα ὦσιν ἓν, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.

Κεφ. ι'. Ἀεὶ γὰρ ἡ γραφὴ ἀσφαλιζομένη τὰς κατὰ τὸ ἄκρον πτώσεις τῶν ἀνθρώπων ἐκ πανταχόθεν τὸν νοῦν συνάγει ἐπὶ τὴν μέσην τῆς ἀληθείας ὁδόν. Καὶ πρὸς τούτους μὲν τοὺς νομίζοντας ἀλλότριον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, φημὶ δὲ ὡς Ἄρειος νομίζει καὶ ἄλλαι αἱρέσεις, λέγει, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, πρὸς δὲ τοὺς νομίζοντας αὐτὸν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι υἱὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, λέγει, Ποίησον αὐτοὺς ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν· ἵνα καταισχύνῃ Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ σχολὴν, παραγαγὼν εἰς τὸ μέσον τὴν τῶν μαθητῶν ἕνωσιν. Πῶς γὰρ ἠδύνατο Πέτρος καὶ Ἰωάννης, καὶ οἱ καθεξῆς, εἶναι ἓν ὡς κατὰ [1] συναλοιφήν; ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι ἐν μιᾷ ἑνότητι θεότητος, καὶ ἐν μιᾷ γνώμῃ, καὶ δυνάμει, εἰς τὸ ἀποκρούσασθαι πᾶσαν ὑπόνοιαν κατὰ θάτερον τῆς ἀληθείας ἐπανισταμένην. Φίλιππος δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος φάσκει, Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου. Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τὸ Ἐμὲ σημαῖνον [2] τὸ Ἑαυτόν λέγων, τὸ δὲ Ἑώρακε τὸν πατέρα, οὐχ Ἑαυτόν λέγων. Ἄλλο γὰρ τὸ Τὸν καὶ ἄλλο τὸ Ἐμέ, καὶ ἄλλο Ἐγώ, καὶ ἕτερον τὸ Ἐμέ. Εἰ γὰρ ἦν ὁ αὐτὸς πατὴρ, ἔλεγεν, Ἐγώ εἰμι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀλλὰ ὁ υἱὸς, ἀληθῶς λέγει, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα· ἵνα ἀποκρούσηται τὴν τοῦ Ἀρείου βλασφημίαν, τὴν τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀλλοτριοῦσαν.

Διὸ τῆς πάσης γραφῆς σαφῶς περὶ ἀληθείας ἡμῖν τὴν ὁδὸν ὑποτιθεμένης, καὶ τοῦτον τὸν Νοητὸν καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν, Νοητιανῶν pag. 489. φημι, σὺν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι παρωσάμενοι, ὥςπερ [3] ὀστρακίτην τὸν καλούμενον δράκοντα, τὸν μὴ δυνάμενον κάμπτεσθαι ἐν τῷ καταδιώκειν ἄνθρωπον μήτε δεξιὰ, μήτε εὐώνυμα, ἐκκλίναντες ἀπὸ αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ σχολῆς καὶ μοχθηρίας ἐπὶ τὰς ἑξῆς δυνάμει θεοῦ τὸν νοῦν ἀκοντίσωμεν, πρὸς διήγησιν καὶ ἔλεγχον τῶν ἐν αὐταῖς ἐπινενοημένων κατὰ τῆς ἀληθείας ξενολεξιῶν.

Cap. X. — 1. συναλιφήν libri omnes. Nec hoc tantum loco. 2. Libri vulgo τὰ ἑαυτόν. 3. Cf. supra haer. 40, 8.

plane haec ab illo pronuntiata sunt. Recte, inquam, dixit, *Omnia mihi tradita sunt a patre meo*, accurateque nos docuit. Ille itaque supra omnes deus existit, cum nihilominus patrem habeat suum. Quod iis verbis expressit: *Vado ad patrem.* At si pater esset ipse, Ioann.16,10.
quem tandem ad patrem, o stulte, discederet? Ita quippe rursus loquitur: *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus.* Ioann.17,22.

Etenim scriptura hoc potissimum cavens, ne homines ad extrema quaeque deflectant, medium in veritatis iter ubique sensum intelligentiamque compellit. Cap. X. Quamobrem ut illis occurrat, qui alienum a patre filium esse praedicant, quae est Arii et aliarum sectarum opinio, sic loquitur: *Ego et pater unum sumus.* Contra vero, Ioann.10,30.
ut eos refellat qui eundem esse patrem et filium asserunt, pro eo quod dixit, *Ego et pater unum sumus*, ita alio loco precatur: *Fac* Ioann.17,21.
ipsos ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus. Quo Noëto eiusque scholae pudorem incutiat, dum illam discipulorum coniunctionem in medium adducit. Qua enim ratione Petrus et Ioannes et ceteri unum esse, velut in unum coalescentes confusique potuerunt? Sed eo nimirum illa dicta sunt quod in unius divinitatis coniunctione eademque sententia ac virtute consistant, ut error omnis excludatur ac falsitas, quae utravis ex parte contra veritatem insurgat. Philippus vero apostolus hunc in modum Christum alloquitur: *Ostende nobis* Ioann. 14, 8.
patrem tuum. Cui ita respondit: *Qui videt me, videt et patrem meum.* Non dixit, *Ego sum pater,* sed *Me*, quod idem est ac seipsum, adiecit. Item, *Videt,* inquit, *patrem,* non utique seipsum commemorat. Aliud enim est articulus ille *τὸν*, aliud pronomen *ἐμὲ*, aliud *ἐγὼ*, aliud *ἐμέ.* Nam si ipse pater esset, diceret profecto, *Ego sum.* Quare cum ipse pater minime sit, sed filius vere istud usurpavit: *Qui videt me, videt et patrem*, ad refutandam Arii blasphemiam, quae filium alienat a patre.

Quae cum ita sint ac cum sacrae omnes literae viam nobis veritatis certissime demonstrent, postquam Noëtum istum, ab eoque propagatam Noëtianorum sectam, una cum reliquis repulimus, perinde ac draconem illum qui ostracites, sive testaceus, dicitur, qui cum hominem persequitur, neque in dextram neque in sinistram partem flectere se ullo modo potest, ab illo demum eiusque schola et improbitate declinantes ad ceteras divina ope freti animum adiiciamus, ut peregrinas et absurdas dicendi rationes adversus veritatem in illis excogitatas pertexere ac redarguere possimus.

ΚΑΤΑ ΟΥΑΛΗΣΙΩΝ,

τριακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ πεντηκοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α'. *Περὶ Οὐαλησίων ἀκούομεν πολλάκις, οὐ [1] μέντοι ἔγνωμεν ποῦ, τίς, ἢ πόθεν ὡρμᾶτο, ἢ τί λέγων ἢ νουθετῶν ἢ φθεγγόμενος ὁ Οὐάλης οὗτος. [2] Τὸ μὲν ὄνομα Ἀραβικὸν ὑπάρχον τινὰ ὑπόνοιαν ἡμῖν δίδωσι διανοηθῆναι τοῦτον καὶ τὴν αὐτοῦ αἵρεσιν εἰςέτι δεῦρο φέρεσθαι ὡς ἐν ὑπονοίᾳ, καθάπερ ἔφην, τινὰς ὄντας ἐν Βακάθοις τῆς [3] Φιλαδελφηνῆς χώρας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ οἱ μὲν ἐπιχώριοι τούτους Γνωστικοὺς βούλονται λέγειν, οὐκ [4] εἰσι δὲ τῶν Γνωστικῶν· ἕτερα γὰρ τούτων τὰ φρονήματα. Τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα [5] περὶ αὐτῶν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ἐν μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ πλείους συνήγοντο ἕως καιροῦ τινος, [6] ἕως εἰς πλάτος ἦλθεν ἡ αὐτῶν ἄνοια, καὶ ἀπεβλήθησαν τῆς ἐκκλησίας. Εἰσὶ δὲ πάντες [7] ἀπόκοποι· καὶ αὐτοὶ [8] δὲ περὶ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν καὶ ἄλλων [9] οὕτως δοξάζουσι. Καὶ ὅταν λάβωσιν ἄνθρωπον εἰς μαθητείαν, καθ' ὅσον μὲν χρόνον [10] οὔπω τῶν μορίων ἀπετμήθη, ἐμψύχων οὐ μεταλαμβάνει, ὅταν δὲ πείσωσι τὸν τοιοῦτον ἢ μετὰ ἀνάγκης αὐτὸν ἀποτέμωσι, τότε πᾶν ὁτιοῦν μεταλαμβάνει, ὡς ἤδη πεπαυμένος ἀγῶνος καὶ μηκέτι ἐπικίνδυνος ὢν εἰς τὸ ἐποτρύνεσθαι διὰ τῶν ἐδεσμάτων εἰς ἡδονὴν ἥκειν ἐπιθυμίας. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἰδίους [11] τοῦτον ἀπαρτίζουσι τὸν τρόπον, ἀλλὰ [12] πολλάκις καὶ ξένους παρερχομένους καὶ παρ' αὐτοῖς ἐπιξενωθέντας ταύτῃ διέθεντο τῇ [13] ἀγωγῇ, ὡς πολὺς περὶ τούτου [14] θρυλεῖται λόγος. Ἁρπάζουσι γὰρ τοὺς τοιούτους ἔνδον καὶ [15] ἐπὶ συμψελλίοις δήσαντες μετὰ*

pag. 490. *ἀνάγκης τὸ χειρότευκτον ἐργάζονται τῆς τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ τούτων εἰς ἡμᾶς ἧκεν, οὕςπερ γνόντες ἐν ποίῳ τόπῳ τὴν καταμονὴν ἔχουσι, καὶ ὡς τὸ ὄνομα τοῦτο πολὺ τυγχάνει ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις, καὶ ὡς τῆς αἱρέσεως ἕτερον ὄνομα οὐ κατειλήφαμεν, ἐνομίσαμεν ταύτην εἶναι.*

Cap. I. — 1. μέν τοί γε *cod. Venet.*
2. καὶ τὸ μὲν *cod. Ven.*
3. Φιλαδελφικῆς *cod. Ven.*
4. εἶναι (*sic*) *cod. Ven.*
5. περὶ αὐτῶν τοῦτον ἔχει τὸν *cod. Venet. Vulgo extat* περιέχει τοῦτον τόν.
6. ὡς *cod. Ven.*
7. ἀπόκοποι πλὴν ὀλίγων, καὶ *extat in cod. Ven.*
8. δὲ *non agnoscit cod. Ven.*
9. *Uti nimirum* Ἀρχὰς *illas et* Ἐξουσίας *exsectas esse et genitalibus carere statuant. Aliam enim haec verba interpretationem non admittunt. At sunt corrupta, aut manca, id quod Petavium suspicatum esse video, quodque patet ex verbis Nicetae Panopl. IV,* 30. (*Bibl. Patr. Lugd. tom. XXV, p.* 129.): „Valens quidam Arabs natione fuisse fertur, ex quo evenit, ut eius haeresis in Bacathis pullularet. Sunt autem Bacatha Metrocomia, hoc est primarium oppidum eius Philalphiae, quae in Arabia trans Iordanem sita est. Eadem itaque Valentii quoque de Principiis et Potestatibus cum Archonticis, Sethianis, et ceteris huius

CONTRA VALESIOS, haeresis XXXVIII., sive LVIII.

Saepenumero de Valesiis audivimus; ita tamen ut de illorum Cap. I. auctore Valente, ubinam is gentium fuerit, ant undenam excitatus fuerit, quae illius dicta, quae praecepta ac sermones extiterint, nondum comperire potuerimus. Quamquam ex eius nomine, quod Arabicum est, nonnulla nobis suspicio est in eadem illum opinione fuisse, atque ipsius hoc tempore versari sectam, quam esse nonnullorum diximus, qui in Bacathis Philadelphenae provinciae ultra Iordanem habitant. Qui quidem ab eius loci incolis Gnostici nominantur. Quamvis minime Gnostici sint, et ab iis opinionum varietate dissentiant. Verum quae de illis nosse potuimus, ea fere sunt huiusmodi. Principio itaque ecclesiam plerique frequentabant, quod eo usque tenuit donec amplificata diffusaque illorum insania ab ecclesiae consortio segregati sunt. Universi porro castrati sunt. Ac de Principatibus et Potestatibus, ceterisque hunc in modum sentiunt. Quemcumque vero in suam disciplinam receperint, quamdiu nondum ei exsecta virilia sunt, ab animatis abstinet. Posteaquam autem sive illi persuaserint, sive violenter exsecuerint, tum demum, quasi ab omni certamine liber, atque extra periculum omne positus, ne ciborum usu ad libidinum voluptates inflammetur, quodcumque ciborum genus permittitur. Neque vero suos eo modo duntaxat afficiunt, sed etiam peregrinos saepe transeuntes et ad sese divertentes, quemadmodum frequenti de illis rumore spargitur. Hos enim intus correptos, et manicis ac vinculis alligatos, violenter membris suis mutilant. Haec sunt quae de hisce haereticis accepimus; de quibus cum id cognoverimus, quoniam in loco domicilium habeant, ac quemadmodum frequens sit istud in illis regionibus nomen, cum alterius haeresis appellationem nullam acceperimus, iure hanc eandem esse nobis persuasimus.

farinae sentiunt. Sunt autem omnes exsecti; praecipuam enim collocant in eo operam, ut quam plurimos eunuchos habeant."

10. οὔτω *cod. Venet.*

11. τοῦτον γὰρ ἀπαρτίζουσι *cod. Ven.*

12. καὶ πολλάκις καὶ *cod. Ven.*

13. *Ita cod. Ven. Vulgo* διαγωγῇ.

14. Ѳρυλλεῖται *edit. Petav.*

15. *Petavius edidit* ἐπισυμψελίοις, *et margini suae editionis adscripsit:* „Vox ista mihi quidem obscura." *Cod. Venetus habet* ὀπίσω συμψελίοις. Συμψέλιον, *vel* συμψέλλιον, *ut voluit scribi Gatakerus Opp. Critt. p.* 810. *et Diss. de Novi Instr. Stylo cap.* 2. (*pag.* 9. *Opp. Crit.*), *Latinorum est* subsellium. *Cf. etiam Franc. Francus* (*Salmasius*) *in Confutat. Animadv. Antonii Cercoetii p.* 79 *sq.*, *et Du Cangii Gloss. s. v.* Συμψέλλιον.

Κεφ. β'. Πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τοιούτων. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ βούλονται πληροῦν, τὸ, Ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἓν τῶν μελῶν σου, ἀπόκοψον ἀπὸ σοῦ, συμφέρει γάρ σοι [1] εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἢ χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ κυλλὸν, πῶς δύναται ἐν βασιλείᾳ τινὰ ἠκρωτηριασμένον; Εἰ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τὰ πάντα ἐστὶ τελειοῦσα, οὐδὲν ἀτελὲς ἔχει ἐν ἑαυτῇ. Καὶ ὁπότε τοῦ σώματός ἐστιν ἀνάστασις, πάντα τὰ μέλη ἀναστήσεται, καὶ οὐδὲ ὁπότερον αὐτῶν καταλειφθήσεται. Καὶ εἰ ὅλως τὸ μέλος οὐκ ἐγείρεται, οὐδὲ πᾶν σῶμα ἀναστήσεται. Καὶ εἰ τὸ ἓν μέλος τὸ σκανδαλίζον αὐτὸ μόνον καταλιμπάνεται, οὐδὲν ὅλως καταλειφθήσεται, οὐδὲ ὁπότερον τῶν μελῶν. Πάντα γὰρ ἡμᾶς ἐσκανδάλισε. Τίς δὲ ἀναῤῥήξει αὐτοῦ τὴν καρδίαν πάντα σκανδαλίζουσαν; Ἔσωθεν γὰρ, φησὶν, ἐκπορεύονται πορνεῖαι, μοιχεῖαι, ἀσέλγειαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τίς οὖν ῥήξει τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν; Εἰ δὲ οὐκ ἐγείρεται τὸ σῶμα κατὰ τήν τινων ἄνοιαν καὶ ἀσέβειαν, πῶς ἄρα διοίσει ὁ περὶ τούτων ὁριζόμενος λόγος. Τῶν γὰρ μελῶν ἁπάντων μὴ εἰςερχομένων εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, τίς ἔτι χρεία παρὰ ἓν μέλος γίνεσθαι, τῶν ἄλλων μὴ τοῦτο πληρούντων; Εἰ δὲ ἐγείρεται τὸ σῶμα, ἐγείρεται γὰρ, πῶς ἐνδέχεται ἔτι ἐν βασιλείᾳ οὐρανῶν λώβησις γίνεσθαι; ἢ πῶς οὐκ ἔσται ἀπρεπὴς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐπισινῆ σώματα ἔχουσα πρὸς δόξαν; Εἰ δὲ ὅλως καὶ τμηθείη τὸ μέλος τὸ σκανδαλίζον, ἄρα τέτμηται, καὶ οὐχ ἥμαρτε· τμηθὲν δὲ καὶ μὴ ἁμαρτῆσαν αὐτὸ δεῖ πρῶτον πάντων ἀναστῆναι, μὴ ἁμαρτῆσαν.

Κεφ. γ'. Ὅσοι δὲ εἰς τὸ πρόχειρον τοῦτο ἔργον ἔντολμοι, ἀπὸ πάντων ἑαυτοὺς ἠθέτησαν καὶ ἀπηλλωτρίωσαν. Οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσὶ, διὰ τὸ
pag. 491. ἀφῃρημένον, οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν. [1] Προέλαβε δὲ καὶ ἡ τοῦ στεφάνου τοῦ ἀγῶνος καὶ βραβείου τούτου ἐπωνυμία. Οὐδὲ ὁπότεροι γὰρ φανήσονται οὗτοι τῶν τριῶν τάξεων τῶν εὐνούχων τῶν ὑπὸ κυρίου εἰρημένων. Εἰσὶ γὰρ, φησὶν, εὐνοῦχοι, οἳ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῶν ἐγεννήθησαν. Ἐκεῖνοι γὰρ ἀναίτιοί εἰσι τῆς αὐτῶν εὐνουχίας, οὔτε μὴν ἁμαρτίαν ἔχοντες, διὰ τὸ οὕτως γεγενῆσθαι, οὔτε πάλιν ἁμαρτίαν δυνάμενοι πράττειν, τὴν ἀφροδισίων φημὶ, ἐπειδὴ μὴ πέφυκε αὐτοῖς τὰ παιδοποιὰ ὄργανα, τὰ ἐκ θεοῦ κεκτισμένα. Ἀλλ' οὔτε μισθὸν ἔχουσιν εὐνουχίας [2] βασιλείας οὐρανῶν,

Cap. II. — 1. εἰςελθεῖν *in libris Epiphanii tam scriptis quam editis desideratur.*

Cap. III. — 1. „Verbum illud προέλαβε suspectum mihi est." *Petavius. Cornarius vertit:* Sed et coronae certaminis ac praemii huius cognomen an-

Sed horum insignis quaedam est stultitia. Nam si illud exequi Cap. II.
volunt quod est in evangelio scriptum: *Si scandalizaverit te ullum ex* Matth. 18, 8.
membris tuis, abscinde abs te: expedit enim tibi intrare in regnum coelorum claudum, aut mancum, aut curvum etc., quomodo regnum coelorum ingredi mutilus quispiam potest? Nam si coelorum regnum perfecta habeat omnia, nihil in se habet imperfectum. Itaque cum hominum corpora resurgent, universa simul membra resurgent, sic ut eorum nullum penitus relinquatur. Ac si omnino resurgere membrum aliquod negemus, ne totum quidem corpus resurget. Quod si membrum illud unum, quod scandalizat, relinquendum sit, consequens est nullum ut prorsus relinquatur. Etenim membra nos omnia scandalizaverunt. Quis autem est qui cor suum in omnibus scandalum obiiciens avellere atque amputare possit? Quippe, *Ex interioribus*, inquit, *exeunt fornicationes, adulteria, libidines, et id genus cetera.* Ecquis igitur cor suum abrumpet? Ac si, ut nonnullorum fert impietas et amentia, corpus minime resurgit, quid tandem nostra refert, quod ab illis asseritur? Cum enim universa membra coeleste regnum minime ingredi possint, quid attinet uno solum mutilari membro, cum id alia nequaquam perficiant? Iam vero si corpus excitatur (uti vere accidit), estne ut in regno coelorum mancum aliquid sit aut mutilum? Nonne turpis quaedam coelestis illius regni futura species est, si truncata membra ad sempiternam illam gloriam admittantur? Praeterea si membrum illud, quod scandalum praebet, abscissum fuerit, amputatum utique est, ac proinde nec peccavit. Quod cum ita sit, primum omnium resurgere ipsum oportet, quod minime peccaverit.

(Matth. 15, 19.)

Verum quicumque ad hoc perpetrandum facinus prompti sunt, Cap. III.
et audaces, ab omni genere hominum alienos se extorresque fecerunt. Nam neque viri sunt, propter amputatam illam corporis partem, neque feminae, repugnante scilicet naturae conditione, esse possunt. Sed et istiusmodi certaminis corona ac praemium appellatione nulla concipi potest. Siquidem ex tribus spadonum ordinibus, quos dominus recensuit, ad nullum omnino revocari possunt. *Sunt enim*, inquit, *eunuchi, qui ex ventre matris suae nati sunt.* Illi vero nullam castrationis suae culpam sustinent, neque ullo se scelere obstrinxerunt, eo quod ita in lucem prodierint. Sed neque peccatum ullum admittere possunt, quod ad rem quidem veneream attinet, cum membris illis careant quae ad sobolis propagationem a deo sunt condita. Ideoque nullum ex ea castratione regni coelestis praemium

(Matth. 19, 12.)

teverterunt. *Si sana scriptura est, necesse est* προλαβεῖν *hoc loco interpretemur* temere occupatum esse.
2. *Mallem* βασιλείαν.

διὰ τὸ ἀγῶνος μὴ [3] μεμυῆσθαι. Εἰ δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν [4] μεμύηνται οἱ τοιοῦτοι, μὴ δυνάμενοι πράττειν [5] ὃ μὴ δεῖ πράττειν, καὶ μὴ πράττοντες μισθὸν οὐκ ἔχουσιν. Οὐ γὰρ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸ ἔργον παρ' αὐτοῖς οὐ πέπρακται, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι. Καὶ αὕτη μὲν ἡ ἀγωγὴ τῆς πρώτης ὑπὸ κυρίου εἰρημένης εὐνουχίας, τῆς διὰ τῶν μητέρων [6] γεννωμένης, ἐξ ὧν οὐ δύνανται οὗτοι [7] ὑπάρχειν.

Κεφ. δ'. *[1] Καί εἰσιν εὐνοῦχοι οἵτινες ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχίσθησαν, φησὶν ὁ σωτήρ. Καὶ οὔτε ἀπὸ τούτων εἰσὶν οἱ προειρημένοι. Οὗτοι μὲν γὰρ γεννῶνται, οἱ [2] δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων εὐνουχισθέντες ἕνεκεν χρήσεως, ἢ βασιλικῆς, ἢ ἀρχοντικῆς. Βουλόμενοι γάρ τινες τῶν βαρβάρων βασιλεῖς, ἢ καὶ τύραννοι, ζηλοτυπίας χάριν καὶ ὑπονοίας τῆς πρὸς τὰς γαμετὰς τὰς ἰδίας ἔτι κομιδῇ νέους τοὺς παῖδας λαμβάνουσι, καὶ εὐνουχίζουσι τούτους, πρὸς τὸ ἀνδρυνθέντας [3] πιστεύεσθαι τὰς ἰδίας αὐτῶν, ὡς ἔφην, γαμετάς, καὶ οὕτως ἐν τῷ κόσμῳ γέγονεν ἡ περὶ τούτου αἰτία. Ὅθεν τάχα οἶμαι καὶ τὸ εὐνοῦχον καλεῖσθαι, [4] ἀπὸ τοῦ εὐνοεῖν δύνασθαι [5] ἀφαιρουμένων τῶν μελῶν, [6] καὶ μὴ ἐπεντρίβεσθαι μίξει τῶν σωμάτων, ὡς [7] τῶν ὀργάνων ἀφῃρημένους. Ἑτέρα τοίνυν αὕτη ἡ τάξις ἐκ παιδὸς λαμβανομένη καὶ εὐνουχιζομένη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐχὶ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.*

Κεφ. ε'. *Καί εἰσι, [1] φησὶν, εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν [2] τῶν οὐρανῶν. Τίνες τοίνυν εἶεν οὗτοι, ἀλλ' ἢ οἱ γενναῖοι ἀπόστολοι, [3] καὶ μονάζοντες, καὶ οἱ καθεξῆς παρθένοι; Ἰωάννης μὲν καὶ Ἰάκωβος, υἱοὶ Ζεβεδαίου, μείναντες [4] ἐν παρθενίᾳ, μήτε μὴν* pag. 492. *ἰδίαις χερσὶ τὰ μέλη ἀποτεμόντες, μήτε συναφθέντες γάμῳ, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ καρδίᾳ ἀγωνισάμενοι, καὶ θαυμασίως τὸ κλέος [5] τοῦ στεφάνου τούτου τοῦ ἀγῶνος ἀπενεγκάμενοι. Μετ' αὐτοὺς δὲ [6] ὅσαι μυριάδες ἐν τῷ κόσμῳ μονάζοντες, καὶ ἀπὸ μοναστηρίων, καὶ παρθενώνων τουτὶ τοῦ ἀγῶνος τὸ κλέος ἀπηνέγκαντο, οἵτινες σώμασι γυναικῶν οὐκ ἐμίγησαν, ἀλλὰ ἤθλησαν ἐν ἀγῶνι τελειοτάτῳ. Ὡς καὶ Ἠλίας ἐν παλαιᾷ διαθήκῃ εὑρίσκεται, καὶ Παῦλος, λέγων, Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις, ὅτι καλὸν αὐτοῖς, ἐὰν μείνωσιν οὕτως ὡς κἀγώ· εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν. Πῶς οὖν αὐτὸς ἔμεινεν; Εἰ μὲν γὰρ ἀποτετμημένος ἦν, καὶ κατ' αὐτὸν ἔμειναν ὁμοιούμενοι αὐτῷ, ἵνα πληρώσωσι τὸ, Ὡς*

3. *Ita codd. Venet. Vratislav., et editi. Petavius corrigi voluit* μεμνῆσθαι.

4. *Petavius coniecit* μέμνηνται.

5. *Verba* ὃ μὴ δεῖ πράττειν *restitui ex cod. Veneto.*

6. γεννωμένης ἐν εὐνουχίᾳ *cod. Ven.*

7. ὑπαρέχειν διὰ τὸ χειρότευκτον *cod. Venet.*

Cap. IV. — 1. *Cod. Venetus habet* ἐστὶ καὶ εὐνοῦχοι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχισθέντες.

2. δὲ *om. cod. Venet.*

3. ἐμπιστεύεσθαι *cod. Venet.*

4. *Cornarius vertit:* „ab eo quod εὐνοεῖν, hoc est benevolus esse, ac fidem servare possit, ablatis membris" *cett.*

5. καὶ ἀφαιρουμένων *cod. Venet.*

6. τοῦ μὴ *cod. Venet.*

obtinent, quod certaminis ipsius ne meminerint quidem. Quod si cupiditatum illecebrarumque recordentur, cum quod factu est nefas efficere nullo modo possint, in eo quod abstinent nihil mercedis promerentur. Neque enim ex eo quod admittere noluerint, sed quod non potuerint, non est ab illis facinus illud reipsa profectum. Atque hoc primum est spadonum genus domini oratione declaratum, quod iam tum matris ex utero prodiit. Inter quos nemo illos retulerit.

Et sunt eunuchi, ait salvator, *qui ab hominibus eunuchi facti sunt;* a quibus priores diversi sunt. Hi enim cum hac clade nascuntur, posteriores autem ad aliquem regum aut principum usum castrati. Quippe barbari quidam reges aut tyranni, zelotypia atque in uxores suas suspicione commoti admodum pueros exsecant, quos ubi adoleverint, suis, ut dictum est, coniugibus custodes adhibeant. Atque hoc modo calamitatis illius caussa inter homines accidit. Hinc fortassis et eunuchorum appellatio derivatur, a verbo scilicet *εὐνοεῖν*, quod amputatis hisce corporis partibus benevoli esse possint, neque, utpote membris illis mutilati, ad corporum complexum coitumque sint utiles. Hic igitur alter eunuchorum ordo est, qui a puerili aetate hominum istud manu non coelestis regni caussa patiuntur. Cap. IV.

Ceterum post haec a nobis obiecta eo demum se referunt, ut Cap. XIII. omnia deo possibilia esse dicant, atque ad opinionem suam quaedam scripturae testimonia quae primo, obvioque sensu illorum confirmare dogma videntur, accommodare nituntur. Quale est Ezechielis illud: *Et facta est super me manus domini, et eduxit me in spiritu, et* Ezech. 37, 1 sqq. *posuit me in medio campi, hic erat plenus ossibus hominum, et circumduxit me ad ea per circuitum: et ecce multa valde in superficie campi, et ecce ipsa arida valde, et dixit ad me, Fili hominis, si vivent ossa haec. Et dixi, Domine deus, tu ista nosti: et dixit ad me, Prophetiza fili hominis: et locutus sum ad haec, Ossa arida audite verbum domini, haec dicit dominus deus ossibus istis, Ecce enim inducam in vos spiritum vitae, et ponam in vobis nervos, et inducam in vos carnes, et extendam super vos cutem, et dabo spiritum meum in vos, et vivetis, et ponam vos in terra vestra, et cognoscetis quia ego sum dominus.* Hoc igitur probabilius ceteris testimonium est, quae commemorare solent; praeter quod nonnulla ex evangeliis expromunt. Velut: *Ibi erit fletus, et stridor dentium.* Item: *Timete eum* Matth. 8, 12. *qui potest et animam et corpus perdere in Gehennam.* Tum illud ex Matth. 10, 28. Paulo: *Vivificabit mortalia vestra corpora, propter inhabitantem eius* Rom. 8, 11. *spiritum in vobis.*

Verum omnes eos necesse est, qui veritatis studio ducuntur, Cap. XIV. cum ad ea animum adiecerint, adversus istos de resurrectione contendere, ut et quae a veteribus tradita sunt retineantur, idque caveamus, ne in sensuum inanissimorum ineptias descendamus, eorum scilicet quae neque fieri possunt et divina maiestate sunt indigna. Quocirca sic ad eum locum ratiocinari convenit. Corpus omne, quod quidem natura continetur, quae extrinsecus aliquid ei alimenti instar adsciscit, proque iis quae sufficiuntur excernit alia, cuiusmodi sunt stirpium corpora et animalium pars illa cum materia concreta, nunquam unum idemque remanere. Unde non male fluvius quidam corpus esse dicitur. Quoniam si accurate consideremus, ne biduo quidem prior materia in corporibus nostris eadem constansque perseverat, cum interim Paulus exempli gratia, vel Petrus, idem nihilominus persistat, non modo si eius animam spectes, cuius substantia neque fluxa est in nobis, neque quicquam extrinsecus inve-

2. *Verte potius* et vindicare veterem quoque traditionem.

3. μόνον *placuit Gatakero.*

ἔχει ποτὲ, κἂν ῥευστὴ ἦν ἡ φύσις τοῦ σώματος, τῷ τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὸ σῶμα ταὐτὸν εἶναι, ὡς καὶ τοὺς τύπους μένειν τοὺς αὐτοὺς, [4] τοὺς τὴν ποιότητα Πέτρου καὶ Παύλου τὴν σωματικὴν παριστάνοντας, καθ' ἣν ποιότητα καὶ οὐλαὶ ἐκ παίδων παραμένουσι τοῖς σώμασι, καὶ ἄλλα τινὰ ἰδιώματα, [5] φακοὶ, καὶ [6] ἐπὶ τούτοις εἴ τί ἐστιν ὅμοιον, τοῦτο τὸ εἶδος καθ' ὃ εἰδοποιεῖται ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος, τὸ σωματικὸν ὃ ἐν τῇ ἀναστάσει περιτίθεται πάλιν τῇ ψυχῇ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλον, οὐ πάντως [7] δὲ τὸ ἐκεῖ ἐντεταγμένον τὸ κατὰ τὴν πρώτην ὑποκείμενον. Ὥςπερ δὲ τὸ εἶδός ἐστι μέχρι τοῦ pag. 537. πέρατος, κἂν οἱ χαρακτῆρες δοκῶσι πολλὴν ἔχειν παραλλαγὴν, οὕτως νοητέον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἶδος ταὐτὸν εἶναι τῷ μέλλοντι, πλείστης ὅσης ἐσομένης τῆς ἐπὶ κάλλιον μεταβολῆς. Ἀναγκαῖον γὰρ τὴν ψυχὴν ἐν τόποις σωματικοῖς ὑπάρχουσαν κεχρῆσθαι σώμασι καταλλήλοις τοῖς τρόποις. Καὶ ὥςπερ ἐν θαλάσσῃ ζῆν ἡμᾶς ἐνύδρους γενομένους εἰ ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔδει παραπλησίαν ἔχειν καὶ τὴν ἄλλην ἰχθύων κατάστασιν, οὕτως μέλλοντας κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν καὶ ἐν τόποις διαφέρουσιν ἔσεσθαι, ἀναγκαῖον χρῆσθαι σώμασι πνευματικοῖς, οὐχὶ τοῦ εἴδους τοῦ προτέρου ἀφανιζομένου, κἂν ἐπὶ τὸ ἐνδοξότερον γένηται αὐτοῦ ἡ τροπή· ὥςπερ ἦν Ἰησοῦ εἶδος, καὶ Μωσέως, καὶ Ἠλίου, οὐχ ἕτερον ἐν τῇ μεταμορφώσει παρ' ὃ ἦν.

Κεφ. ιε'. Μὴ πρόςκοπτε τοίνυν, εἰ τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἄν τις λέγοι μὴ ἔσεσθαι ταὐτὸν τότε, ὅπου ὁ λόγος τοῖς ἐφιστάνειν δυναμένοις δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ νῦν δύναται δύο ἡμερῶν εἶναι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον. Ἄξιον δὲ ἐπιστῆναι καὶ τὸ ἑτεροῖον μὲν σπείρεσθαι, ἑτεροῖον δὲ ἀνίστασθαι. Σπείρεται γὰρ σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. Καὶ ἐπιφέρει [1] πάλιν ὁ ἀπόστολος, σχεδὸν τὴν γηΐνην ποιότητα [2] ἡμᾶς διδάσκων ἀποτίθεσθαι μέλλειν ἡμᾶς, τοῦ εἴδους σωρομένου κατὰ τὴν ἀνάστασιν· Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν. Ἴσως μὲν γὰρ ἔσται [3] περὶ τὸν ἅγιον [4] διακρατούμενον ὑπὸ τοῦ [5] εἰδοποιοῦντός ποτε τὴν σάρκα, σὰρξ δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ὅπερ ποτὲ ἐχα-

4. τοὺς *scripsi cum Petavio pro* εἰς, *quod vulgo praebent libri.*

5. *Vulgo distinctum est:* φακοὶ, καὶ ἐπὶ τούτοις εἴ τί ἐστιν ὅμοιον τοῦτο τὸ εἶδος *cett.*

6. *Fortasse* ἔτι.

7. *Sic correxi. In libris vulgo est* τόδε ἔτι.

Cap. XV. — 1. πάλιν *reposui ex auctoritate cod. Veneti. Vulgo* πᾶσιν.

2. ἡμᾶς *om. cod. Venet.*

3. περὶ τὸ ἅγιον *cod. Ven., quod etiam ferri possit. Vulgo* περὶ τοῦ τὸν ἅγιον. περιττὸν τὸ τῶν ἁγίων *coniec. Petavius.*

4. διακρατούμενοι *cod. Venet.*

5. εἰδοποιοῦντος *cod. Venet. Et Ga-*

ctum accipit, sed ob id praeterea, quod tametsi velut in perpetua fluxione sit natura corporis, eadem forma permaneat, quae corporis nostri quasi nota quaedam est propria. Non aliter atque eaedem figurae manent quae Petri Paulique corporum qualitates conformando exhibent, per quam etiam qualitatem accidit ut et cicatrices iam tum a pueris in corporibus permaneant, aliaque nonnulla quae singulorum propria sunt, cuiusmodi sunt lentigines. Ad haec licet similis corporea illa forma sit qua Petrus Paulusque potissimum constituitur, idque ipsum quod in resurrectione animae denuo tribuitur, sed in melius conversum, non tamen eadem est illa materia quae corpori primum insita fuerat. Ac quemadmodum species ipsa ad ultimum usque eadem est, etsi ingens propriarum formarum notarumque videatur esse diversitas, ita et in eo de quo agimus intelligendum est praesentem corporis speciem eandem esse cum futura, cum eo tamen, ut incredibilis in melius sit futuro mutatio. Necesse enim est animam corporeis in locis haerentem consentaneis sibi uti corporibus. Atque ut si in aquatilium naturam conversos vitam in mari degere nos oporteret, necessarium foret nos alia corporum constitutione, pisciumque simili esse praeditos, ita qui coelorum regni hereditatem adituri sunt ac diversis in sedibus habitaturi, spiritalia quoque corpora habeant necesse est, non quod prior extinguatur species, tametsi in illustrius quiddam gloriosiusque mutetur. Quemadmodum Iesu ac Moysis et Eliae species in transformatione Matth. 17. non alia quam quae initio erat, extitit.

Non te igitur offendat, si quis primam subiectam materiam non Cap. XV. eandem tunc futuram dixerit, cum ne biduo quidem modo eandem illam permanere posse ratio ipsa declaret, si quis mentem velit advertere. Animadversione praeterea dignum et illud est diversum seminari corpus, diversumque resurgere: *Seminatur enim corpus* 1.Cor.15,44. *animale, resurget corpus spiritale.* His omnibus eiusmodi ab apostolo subiiciantur quibus nos terrenam qualitatem sic esse posituros docet, ut ipsa in resurrectione species salva integraque permaneat. *Hoc autem dico, fratres, quoniam caro et sanguis regnum dei possi-* Ibid. 50. *dere nequeunt, neque corruptio incorruptionem.* Etsi enim fortasse eximium quiddam sanctorum corpori tribuendum erit, ut id carnis ipsa proprietas conservet, caro tamen amplius non erit, sed quod

takero hoc placuerat, qui Advv. Miscell. cap. 36. pag. 802. triplicem proposuit emendationem, esse videlicet reponendum Ἴσως μὲν γὰρ περίεσται τι τῶν ἁγίων, διακρατούμενον ὑπὸ τοῦ ἰδιοποιοῦντος *cett., vel potius* Ἴσως μὲν γὰρ περίεσται τι τῶν γηΐνων, διακρατούμενον ὑπὸ τοῦ ἰδιοποιοῦντος *vel* εἰδοποιοῦντος *cett. Pro* εἰδοποιοῦντος *enim, quod nunc ex cod. Veneto reposui, vulgo extat* ἰδιοποιοῦντος. *Verto:* Fortasse enim sanctum, qui ab eo qui olim carnem con-

ρακτηρίζετο ἐν τῇ σαρκὶ, τοῦτο χαρακτηρισθήσεται ἐν τῷ πνευματικῷ σώματι.

Καὶ πρὸς τὰ ῥήματα δὲ τῶν γραφῶν ἃ παρατίθενται οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν, ταῦτα ἔστιν εἰπεῖν. Καὶ πρῶτον ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ [6] ἐπίστησον, ἐφ᾽ οἷς βούλονται οἱ ἁπλούστεροι, κατὰ τὰς λέξεις ταύτας οὐδὲ ἀνάστασις σαρκῶν ἔσται, ἀλλὰ ὀστέων μόνον καὶ δερμάτων καὶ νεύρων. Ἅμα δὲ καὶ ὑποδεικτέον αὐτοῖς ὅτι συναρπάζοντα ὡς μὴ νενοηκότες τὸ γεγραμμένον. Οὐ γὰρ εἰ ὀστᾶ ὀνομάζεται, πάντως τὰ ὀστᾶ ταῦτα
pag. 538. νοητέον· ὥςπερ οὐδὲ ἐν τῷ, Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, καὶ, Ἴασαί με, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου, φανεροῦ ὄντος τοῦ μὴ λέγεσθαι τὰ ὀστᾶ κατὰ τὴν κοινὴν ἐκδοχήν. Ἐπιφέρεται γοῦν τῷ λόγῳ ὅτι, Αὐτοὶ λέγουσιν, ὅτι ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν. Ἆρά γε λέγουσι, Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστέα ἡμῶν, θέλοντες ἀνίστασθαι συναχθέντα; Ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον. Λέγοιεν δ᾽ ἂν, Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστέα ἡμῶν, ἐν αἰχμαλωσίαις γενόμενοι, καὶ πᾶσαν ζωτικὴν νοτίδα ἀποβεβληκότες. Ἐπιφέρουσι γοῦν τὸ, Ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν. Οὐκοῦν ἡ ἐπαγγελία τῆς ἀναστάσεως τοῦ λαοῦ ἐστιν ἀπὸ τοῦ πτώματος καὶ τῆς οἱονεὶ νεκρότητος ἣν νενέκρωνται, διὰ τὰ ἁμαρτήματα τοῖς ἐχθροῖς παραδοθέντες. Καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ δὲ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος λέγονται εἶναι τάφοι γέμοντες ὀστέων καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. Πρέπει δὲ τῷ θεῷ ἀνοίγειν τὰ μνημεῖα ἑκάστου, καὶ ἐξάγειν ἐκ τῶν μνημείων ἡμᾶς ἐζωοποιημένους, ὥςπερ ὁ σωτὴρ τὸν Λάζαρον εἵλκυσεν ἔξω.

Κεφ. ιϛ'. Τὸ δὲ, Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, πρὸς αὐτοὺς ἀπορητέον ὅτι ὡς ἐν τούτῳ τῷ βίῳ πᾶν μέλος εἴς τινα χρείαν ὁ δημιουργὸς κατεσκεύασεν, οὕτως καὶ τοὺς ὀδόντας εἰς τὸ διακόπτεσθαι τὴν στερεὰν τροφήν. Τίς οὖν χρεῖα τοῖς κολαζομένοις ὀδόντων; Οὐ γὰρ εἰς τὴν Γέενναν ὄντες κατ᾽ αὐτοὺς φάγονται. Καὶ δεικτέον ὅτι οὐ πάντα παραλαμβάνεσθαι δεῖ κατὰ τὸ κείμενον. Ὀδόντας γοῦν, φησὶν, ἁμαρτωλῶν συνέτριψας, καὶ, Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ κύριος· τίς δὲ οὕτως ἠλίθιος, ὡς ὑπολαμβάνειν ὅτι τηρῶν τὰ σώματα τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ θεὸς τοὺς ὀδόντας αὐτῶν συντρίβει μόνον; Ὥςπερ οὖν εἴ τις θέλων ταῦτα οὕτως ἔχειν θλιβόμενος εἵλκετο

figuravit conservatur, circumdabit amplius non caro quidem, sed quod *cett.* *Verba* ὑπὸ τοῦ εἰδοποιοῦντος *Gatakerus una cum Petavio non de deo, carnis figuratore*, *intellexit*, *sed est interpretatus* „quod figuram et speciem carni tribuebat.“

6. *Rescripsi* ἐπίστησον ἐφ᾽ οἷς *cett.*

in carne velut propria quaedam nota erat impressum, hoc idem in spiritali corpore consignandum erit.

Quod vero ad eos scripturae locos attinet qui a fratribus nostris obiiciuntur, ita breviter occurrere possumus, atque inprimis ei quem ex Ezechiele proferunt. Etenim si rudiorum mentem ac scopum velimus attendere, quem in prophetae verbis sibi proposuerunt, consequens est ne ullam quidem carnis resurrectionem videri, sed ossium duntaxat, cuticularum atque nervorum. Sed et illud demonstrandum ipsis est, temere illos in errorem abripi, dum scripti sententiam nequaquam percipiunt. Neque enim cum ossa nominantur, haec ipsa quae habemus ossa par est accipi, uti neque in his locis ubi scriptum est, *Dispersa sunt omnia ossa mea.* Tum: *Sana me, quoniam conturbata sunt ossa mea.* Cum sit manifestum non secundum vulgarem notionem ossium nomen usurpari. Proinde statim eadem in oratione subiungitur, *Eo quod ipso dicunt, Quoniam arida* Ps. 21, 15. Ps. 6, 3. *facta sunt ossa nostra.* Num hoc igitur dicunt, *Arida facta sunt* Ezech. 37, 21. *ossa nostra,* quod eadem in unum collecta volunt resurgere? Atqui fieri istud non potest. Quare arida ideo sua dicunt ossa quod in captivitatibus diu habiti vitalem omnem humorem amiserint. Unde et illud inferunt: *Periit spes nostra, abscissi sumus.* Quocirca re- Ibid. surrectionis illa populo facta promissio ab illa ruina ac velut enecatione, qua extincti sunt, cum propter scelera in hostium potestatem traditi sunt, quaedam est excitatio futura. Quin etiam peccatores a salvatore sepulchra esse dicuntur ossibus, atque omni immunditia plena. Sed illud divinae maiestati convenit, ut singulorum sepulchra patefaciat, et nos ad vitam instauratos e monumentis educat, perinde ac Lazarum foras salvator extraxit.

Iam vero quod hunc locum obiiciunt, *Ibi erit fletus et stridor* Cap. XVI. Matth. 8, 12. *dentium,* sic adversus illos disputandum est. Cum in hac vita membrum omne ad usum aliquem a summo illo opifice sit conditum, tum vero dentes solido cibo comminuendo sunt facti. Quid igitur dentibus opus illis est qui apud inferos cruciantur? Non enim, opinor, quicquam illic manducaturos esse dixerint. Ad haec docendi sunt, non omnia perinde accipienda esse ac scripta sunt. Quare alio loco scriptum est: *Dentes peccatorum contrivisti.* Item: *Molas leonum* Ps. 3, 7. Ps. 57, 6. *confregit dominus.* Nam quis adeo stolidus est ut sibi persuadeat deum reservatis peccatorum corporibus solos dentes conterere? Ut igitur qui haec ita se habere velit in angustias coniectus ad allego-

Vulgo: ἐπὶ τὸ ὅσον ἐφ᾽ οἷς βούλονται *cett. Petavius ariolatus est* ἐπεὶ ὅσον ἐφ᾽ οἷς βούλονται *cett. Quod non intellego. Vox* ἐπίστησον *quam facile potuerit corrumpi in* ἐπὶ τὸ ὅσον *in aperto est.*

ἐπ' ἀλληγορίαν, οὕτως ζητητέον τῶν κολαζομένων τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων [1] τῆς ψυχῆς, δύναμιν μασητικὴν ἐχούσης, ἥτις ἐν καιρῷ τοῦ ἐλέγχου περὶ τῶν ἁμαρτημάτων κατὰ τὸν συγκρουσμὸν τῶν ὀδόντων, [2] ὡς ἐφρόνησε, βρύξει τοὺς ὀδόντας. Τὸ δὲ, Φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἀπολέσαι ἐν Γεέννῃ, τάχα μὲν διδάσκει ὅτι ἀσώματος ἡ ψυχὴ, τάχα δὲ δῆλοι καὶ ὅτι χωρὶς σώματος οὐ κολασθήσεται. Περὶ οὗ φυσιολογοῦντες τὰ περὶ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ πρώ-
pag. 539. *του ὑποκειμένου εἰρήκαμεν. Καὶ τὸ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ δὲ, Ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ἡμῶν σώματα, θνητοῦ ὄντος τοῦ σώματος καὶ οὐ μετέχοντος τῆς ἀληθινῆς ζωῆς, δύναται παριστάνειν, ὅπου τὸ σωματικὸν εἶδος, περὶ οὗ εἰρήκαμεν, τῇ φύσει θνητὸν ὂν, ὅταν Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, καὶ αὐτὸ μεταβάλλει ἀπὸ τοῦ εἶναι σῶμα θανάτου, ζωοποιηθὲν διὰ τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν ἐκ τοῦ πνευματικὸν γεγονέναι. Καὶ τὸ, Ἐρεῖ δὲ, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; γυμνῶς παρίστησιν ὅτι τὸ πρῶτον ὑποκείμενον οὐκ ἀναστήσεται. Εἰ γὰρ καλῶς ἐλάβομεν τὸ παράδειγμα, ῥητέον ὅτι ὁ σπερματικὸς λόγος ἐν τῷ κόκκῳ τοῦ σίτου δραξάμενος τῆς παρακειμένης ὕλης καὶ δι' ὅλης αὐτῆς χωρήσας, περιδραξάμενος αὐτῆς τοῦ αὐτοῦ εἴδους, ὧν ἔχει δυνάμεων ἐπιτίθησι τῇ ποτε γῇ καὶ ὕδατι καὶ ἀέρι καὶ πυρὶ, νικήσας τὰς ἐκείνων ποιότητας, [3] ἃς μεταβάλλει ἐπὶ ταύτην ἧς ἐστιν αὐτὸς δημιουργὸς, καὶ οὕτως συμπληροῦται ὁ στάχυς εἰς ὑπερβολὴν διαφέρων τοῦ ἐξ ἀρχῆς κόκκου, μεγέθει καὶ σχήματι καὶ ποικιλίᾳ.*

* ΠΡΟΚΛΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κεφ. ιζ. *Ἃ μὲν οὖν Ὠριγένης εἰς τὴν περὶ ἀναστάσεως ἐγχειρῶν πραγματείαν ἐσπούδασε, ποικιλωτάτην ἐπιδεικνύμενος θεωρίαν, εἰσὶ τοσαῦτα ὡς ἐν ἐπιτομῇ. Ἐνθυμοῦ δὲ καὶ τὰ τούτοις ἀναθεωρῶν ἐφεξῆς. Λείπεται γὰρ τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις μαρτυρίας παραλαβεῖν, ἵν' ὥςπερ ἀνδριὰς πάντα τὰ μέρη συμμέτρως ὁ λόγος*

Cap. XVI. — 1. τῆς ψυχῆς δύναμιν μασητικὴν οὐκ ἐχούσης *volebat Gatakerus Adverss. Misc. Posth. cap.* 36. *pag.* 803. *Sed mutanda erat sola interpunctio, cum verba* τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων *cum* τῆς ψυχῆς *omnino iungenda esse sententia adstruat. Hoc enim vult scriptor, quemadmodum is qui scripturae locos istos tam presse interpretetur fieri non possit quin demum ad allegoricam interpretationem vel ingratis trahatur, ita etiam allegorice statuendum esse de stridore dentium in iis qui summis suppliciis afficiuntur, ut sit non corporis dentium stridor, sed animae, velut corporeae, velut commandendi vim habentis, quae videlicet tempore ultimi iudicii, prout sensit cum inter vivos esset, horrebit, inque modum corporis quasi dentibus stridebit.*

2. ὡς ἔκφρων ὢν *vel* ὡςεὶ ἔκφρων ᾖ

ricum sensum vel invitus trahitur, sic de stridore dentium in his qui suppliciis afficiuntur inquirere idem oportet, quatenus anima commandendi nonnullam vim habet, qua ultimo illo iudicii tempore, cum de peccatis quaestio habebitur, perinde ut collidi dentes solent, ita tum dentibus quodammodo stridebit. Illud vero, *Timete eum qui* Matth. 10, 28. *potest et animam et corpus perdere in Gehennam*, forte id unum nos docet, expertem esse corporis animam; aut illud insuper, animam sine corpore nullas poenas esse persoluturam. De quo corpore quae ad speciem ac primam subiectam materiam attinebant, paulo ante naturali ratione disseruimus. At vero dictum illud apostoli, *Vivificabit et mortalia nostra corpora*, cum nostrum mortale sit corpus, Rom. 8, 11. nec verae vitae particeps, istud ipsum declarare potest, corpoream hanc speciem de qua antea diximus, quae natura mortalis est, *cum* Col. 3, 4. *Christus apparuerit vita nostra*, et ipsam ab eo statu, quo peccati corpus erat, esse mutandam, posteaquam scilicet ac vivifico spiritu ad vitam restituta fuerit atque in spiritalem naturam transierit. Praeterea istud ipsum: *Sed dicet aliquis, Quomodo resurgunt mortui, aut* 1.Cor. 15, 35. *quali cum corpore venient?* palam illud ostendit, primam subiectam materiam nullo modo resurgere. Nam si recte propositum ab apostolo exemplum accipimus, dicendum est, seminis naturam, quae frumenti grano insita est, vicina correpta materia totam illam pervadere, atque illius pariter correpta specie vires suas in id quod ante terra, aqua, aër ignisque fuerat transfundere, earumque superatis qualitatibus in illam ipsam cuius est artifex convertere, atque hoc modo perfici spicam, quae a priore grano mirum in modum et magnitudine et figura et varietate dissideat.

EX EODEM PROCLO.

Haec sunt, ut in compendium redigam, quae contra resurre- Cap. XVII. ctionem Origenes magno studio disseruit, in eoque argumento summam tractandi varietatem adhibuit. Tu vero quae deinceps sequuntur diligenter considera. Hoc enim restat, ut allatae e sacris literis auctoritates ad ea quae dicta sunt adiungantur, ut tanquam statua quaedam, sic oratio nostra suis omnibus proportione servata parti-

placuit Gataker o l. l., qui vertit: „Quaerendum idem (nempe allegoricum aliquid) in stridore dentium, quum anima utique mandendi vim nulla habeat, qua quis tempore illo quo de peccatis coarguetur, prout collidi solent dentes (inter mandendum scilicet), ac si amens esset dentibus stridebit."

3. ἅς, *quod vulgo desideratur, repetii ex vocabulo eo quod praecedit* ποιότητας.

* *De hac inscriptione, quae vulgo indistincte legitur, ita ut quae huc usque disputata sunt non Methodii, sed Procli esse videantur, cuique diffisus Cornarius vertit,* „Hactenus Methodius Origenis verba retulit: sequuntur nunc Procli verba, quae item Methodius recenset," *recte statuit Petavius in Animadv. ad h. l.*

ἑαυτοῦ λαβὼν ὅλως ἐκ πλήρους ᾖ κατεσκευασμένος, ἀλλὰ μηδὲν ἔχων ἐνδεὲς τῶν εἰς σχῆμα καὶ κάλλος συναγομένων. Τί οὖν αἱ γραφαὶ συνᾴδουσι τούτοις, ἐπικρατύνουσαι πρὸς συμπλήρωσιν διαγωγῆς κρείττονος τὸν ἄνθρωπον, φραστέον. Ταύτας γὰρ ἐάν τις οἷός τε ᾖ, μὴ παρακόπτων τοῦ δέοντος, ἀκριβῶς νοεῖν, εἴσεται τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ τούτου μὴ χρῆναι παραλαμβάνεσθαι τοῦ σώματος, ἅτε ἀδυνατοῦντος ἀτρέπτου δι' αἰῶνος μένειν, ἀλλὰ ἐπὶ τοῦ πνευματικοῦ, ἐν ᾧ αὐτὸς
pag. 540. ὁ καὶ νῦν ἐν τούτῳ διασωζόμενος χαρακτὴρ τηρηθήσεται· ἵν' [1] ἕκαστος ἡμῶν καὶ κατὰ τὴν μορφὴν ὁ αὐτὸς ᾖ, καθάπερ ἐλέχθη καὶ Ὠριγένει. Οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἔσεσθαι τίθεται τὴν ἀνάστασιν. Ῥευστοῦ γὰρ ὄντος τοῦ σώματος τοῦ ὑλικοῦ, καὶ μηδέποτε μένοντος ἐφ' ἑαυτῷ, κἂν τὸ βραχὺ, ἀλλὰ προσγινομένου καὶ ἀπογινομένου περὶ τὸ εἶδος τὸ [2] χαρακτηρίζον τὸν ἄνθρωπον, ὑφ' οὗ καὶ συγκρατεῖται τὸ σχῆμα, [3] ἀνάγκη, φησὶ, τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ μόνου τοῦ εἴδους σώζεσθαι [4] δεῖν προσδοκᾶν. Καὶ ἵνα μὴ εἴπῃς ὅτι, [5] Καὶ λανθάνει
pag. 561. [6] σκοτεινῶς. Ἐκεῖνος γὰρ τοῦτο [7] διέλαβεν· ἐγὼ δέ σοι σαφέστερον ὧδε τὸν νοῦν τοῦτον ἐξηγήσομαι. Ἤδη γὰρ πάντως ἑώρακας δέρμα ζώου, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον γεμισθὲν ὕδατος, ὅπως ἐὰν πρὸς ὀλίγον κενούμενον πρὸς ὀλίγον πληροῖτο, ἀεὶ τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ δείκνυσιν. Οἷον γὰρ ἂν ᾖ τὸ περιέχον, ἀνάγκη πρὸς αὐτὸ καὶ τὸ ἐντὸς σχηματίζεσθαι. Φέρε γὰρ, ὑπεκρέοντος τοῦ ὕδατος εἴ τις προσβάλλει τοσοῦτον ὅσον ἐκχεῖται, μὴ ἐῶν τὸν ἀσκὸν ἀθρόως κενωθῆναι τοῦ ὕδατος, εἰ μὴ ἀνάγκη τοιοῦτο φαίνεσθαι τὸ προστιθέμενον οἷον καὶ τὸ πᾶν, διὰ τὸ εἶναι καὶ τὸ περιέχον τὸ αὐτὸ [8] περὶ ὃ εἰςρεῖ καὶ ἀπορρεῖ, τὸ ὕδωρ. Καὶ δὴ καὶ τὸ σῶμα τούτοις ὁ ἐθέλων ἀπεικάζειν οὐκ αἰδεσθήσεται. Ὡσαύτως γὰρ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τροφῆς ἀντειςαγόμενα ἀντὶ τῶν ὑπεξεωθεισῶν σαρκῶν εἰς τὸ σχῆμα τοῦ περιέχοντος εἴδους μεταβαλοῦνται, καὶ ὁπόσον μὲν ἂν κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαχυθῇ, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔοικεν, ὁπόσον δὲ κατὰ τὸ πρόσωπον, τῷ προσώπῳ, ὁπόσον δὲ κατὰ τὰ ἕτερα, τούτοις· ὥςτε τὸν αὐτὸν ἕκαστον φαίνεσθαι, οὐκ οὐσῶν τῶν σαρκῶν ἐν ταὐτῷ τῶν πρώτων ὑποκειμένων, ἀλλὰ τοῦ εἴδους, καθ' ὃ εἰδοποιοῦνται τὰ προσγινόμενα. Καὶ τοίνυν εἰ μὴ ἔσμεν οἱ αὐτοὶ, κἂν ἐπὶ ὀλίγας ἡμέρας, τῷ σώματι, ἀλλὰ τῷ εἴδει ἐν τῷ σώματι, τοῦτο γὰρ μόνον ἕστηκεν ἀπὸ γενέσεως, — πολλῷ οὖν

Cap. XVII. — 1. ἔκδετος *cod. Venet.*

2. χαρακτηριάζον *cod. Venet.*

3. *Vocem* ἀνάγκη *in cod. Rhedig. et edit. princ., nullo lacunae signo, excipiunt verba* τῶν εἰρημένων *cett., quae sunt cap. 24. (cap. 46. pag. 570. D. edit. Petav.) Petavius (cf. eius Animadv. ad h. l.) ordinem turbatum bene agnovit; cui nunc demum, ope cod. Veneti, mederi licuit.*

4. δεῖν *cod. Venet. Vulgo* δεῖ.

5. καὶ λανθάνει *cod. Venet.* οὐκ ἀεὶ μανθάνει *vulgata scriptura est.* εἰς ἀεὶ (*vel etiam* οὕτως ἀεὶ) μανθάνει *Gataker. Advv. Miscell. cap. 36. pag. 804.*, *qui* μανθάνειν docere *interpretatur.*

bus constans absoluta sit penitusque perfecta, neque quicquam in illa ad figuram pulchritudinemque desideretur. Igitur quemadmodum cum his sacrae literae consentiant, atque ad melioris vitae complementum hominem confirment, oratione declarandum est. Illas enim qui integras nec opportunis partibus defectas intelligentia penetrare poterit, resurrectionem is sciet nequaquam ad hoc corpus oportere referri, quod in sempiternum immutabile esse non potest, sed ad spiritale potius, in quo eadem, quae mortali huic inest, nota ac figura conservabitur, adeo ut unusquisque nostrum, quod ad formam corporis attinet, idem existat, ut et Origenes affirmat. Ita enim futuram et ille resurrectionem existimat. Cum enim corpus hoc materiae concretum fluxum sit, nec in suo unquam statu vel brevissimo spatio consistat, sed perpetuam accessionem decessionemque circa illam formam habeat, quae est hominis nota ac velut character quidam proprius, a quo figura ipsa continetur, resurrectionem, inquit, soli hominis formae convenire putandum est. Ac ne illud fortasse dicas, obscure istum discenda illa proposuisse, hoc ipsum ille disputavit. Ego vero clarius illorum verborum sensum hunc in modum aperiam. Vidisti, opinor, aliquando pellem animalis, aut simile quiddam aqua repletam. Hoc si paulatim exinanitum paulatim impleatur, eandem perpetuo formam retinet. Cuiusmodi enim est id quod continet, necesse est ei quod intus est conformari. Age enim, cum aqua diffluit, si quis tantundem effundat quantum elabitur, neque utrem aquae confertum exhauriri patiatur, necesse est tale videri quod additur quale est totum eo quod idem illud ipsum est quod continet, fluente ac diffluente liquore. Qui igitur corpus cum his rebus conferre voluerit, citra pudorem ullum hoc faciet. Eodem quippe modo alimentum, quod amissarum carnium loco substituitur, in continentis formae figuram speciemque mutatur. Ex quo quicquid in oculos diffunditur, oculorum fit simile, ut et vultus quod in vultum dispergitur, ac ceterorum similia redduntur hoc modo, quae per illa dissipantur. Ex quo fit ut idem esse cuilibet videatur, cum interim carnes, quae prima erat corporis materia, non eundem statum retineant, sed forma duntaxat, a qua ea configurantur quae ad corpus accedunt. Iam vero si ad paucissimos dies non iidem, quod ad corpus attinet, maneamus, sed sola quae corpori insidet forma — id enim unum ab ortu constans ac stabile remanet, — multo magis

6. σκοτεινῶς *cod. Rhedig. edit. princ. et edit. Petav.* σκοπεῖ ὡς *cod. Venet.*

7. δὲ ἔλαθεν *cod. Venet.* — „distinxit" *vertit Cornarius, quod Petavius* „disputavit".

8. περὶ ὃ εἴςρεῖ *emendavit Gatakerus Advv. Misc. Posth. cap. 36. pag. 804. Vulgo scriptum est* περιθεὶς, ῥεῖ.

μᾶλλον οὐδὲ τότε ο αὐτοὶ κατὰ τὴν αὐτὴν σάρκα ἐσόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶδος τὸ καὶ νῦν ἀεὶ διασωζόμενον ἐν ἡμῖν καὶ μένον. Ὃ γὰρ ἐκεῖ τὸ δέρμα, τοῦτο τὸ εἶδος ἐνθάδε, ὃ δὲ ἐκεῖ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς εἰκόνος, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ προςγινόμενον καὶ ἀπογινόμενον. Ὥςπερ οὖν νῦν τοῦ σώματος οὐκ ὄντος τοῦ αὐτοῦ ὅμως ὁ χαρακτὴρ ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν μορφὴν ὁ αὐτὸς σώζεται, οὕτως εἰ καὶ ὄντος τοῦ σώματος τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ ἐνδοξότερον τὸ εἶδος αὐξηθὲν οὐκέτι ἐν φθαρτῷ, ἀλλ' ἐν ἀπαθεῖ καὶ πνευματικῷ δειχθήσεται σώματι, ὥςπερ οἷον τῷ Ἰησοῦ κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν ἦν, ὅτε εἰς τὸ ὄρος ἀνέβη μετὰ Πέτρου καὶ τοῦ Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἠλίου τῶν ὀφθέντων αὐτῷ.

Κεφ. ιη'. (λϛ'.) Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τοιούτου διεσκέφθω. [1] Οὕτως γὰρ ὡς ἐν κεφαλαίῳ τῶν Ὠριγένους δογματισμῶν ὁ νοῦς. Ἐὰν δέ τις τῶν ἀμ- pag. 562. φισβητούντων προβαλλόμενος τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ πρωτότοκον τῶν νεκρῶν καὶ ἀπαρχὴν αὐτὸν εἰρῆσθαι τῶν κεκοιμημένων, λέγοι ὅτι καθάπερ ἐκεῖνος ἀνέστη, καὶ τὰ πάντα ὡςαύτως ἐκεῖνο δεῖν προςδοκᾶν ἀναστήσεσθαι, ἵνα ὥςπερ Χριστὸς ἐγήγερται, οὕτως καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ, ἐγήγερται δὲ τὸ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τὰς σάρκας ἃς εἶχε, καὶ τὰ ὀστᾶ, καθάπερ ἐπείσθη καὶ Θωμᾶς, — λέξωμεν, Ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα οὐκ ἦν ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης, ἐν ἀνομίαις συλληφθὲν καὶ κισσηθὲν ἐν ἁμαρτίαις, ἀλλὰ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ δυνάμεως ὑψίστου καὶ παρθένου, τὸ δὲ σὸν ὕπνος ἐστὶ καὶ ἡδονὴ καὶ ῥύπος. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς Σειρὰχ, Ἐν γὰρ τῷ ἀποθνήσκειν ἄνθρωπον, ἀποφθέγγεται, κληρονομήσει ἑρπετὰ καὶ θηρία καὶ σκώληκας. Καὶ ἐν ὀγδοηκοστῷ Ψαλμῷ ἑβδόμῳ, Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια, ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ ἐξομολογήσονταί σοι; μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῇ ἀπωλείᾳ; μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ; Καὶ ἕτερα δὲ ῥήματα τοιαῦτα τῷ βουλομένῳ συνάγειν ἐκ τῶν γραφῶν πάρεστιν ὅσα, ἵνα μὴ πάντων ἡμεῖς εἰς πλῆθος μνημονεύοντες πολυπλασίονα τῶν εἰρημένων αὐξήσωμεν λόγον.

* ΛΟΙΠΟΝ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Κεφ. ιϑ'. (μ'.) Ὡς οὖν ἐπαύσατο [1] μόγις καὶ ὁ Πρόκλος, καὶ σιγὴ τῶν παρόντων ἦν ἐπὶ πολὺ, καταβληθέντων [2] ἱκανῶς πρὸς ἀπιστίαν, καὶ ἐγὼ ᾐσθόμην ὅτι τῷ ὄντι πεπαυμένος [3] εἴη, [4] ἠρέμα τὴν κεφαλὴν ἐπάρας καὶ ἀναπνεύσας, ὥςπερ οἱ πλέοντες τοῦ κύματος ἤδη λωφῶντος, ὑποτρέμων ἔτι καὶ σκοτιζόμενος (ἐβεβλήμην γὰρ, ὡς πρὸς ὑμᾶς εἰρήσθω,

Cap. XVIII. — 1. *Fortasse* Οὗτος.

* *Inscriptio haec* Λοιπὸν Μεθοδίου *desideratur in cod. Rhedig.*

Cap. XIX. — 1. μόλις *cod. Venet.*

non iidem, quod ad carnem spectat, illo tempore esse poterimus, sed forma tantum, quae in nobis perpetuo modo conservatur ac persistit. Nam quod in superiori illa similitudine pellis est, idem est hoc loco forma; quod autem illic aqua, id ipsum in proposito nostro illud est cuius accessio fit aut decessio. Quare quemadmodum, etsi non idem modo corpus est, eadem nihilominus formae species ac figura retinetur, ita licet non idem corpus existat, forma ipsa praestantiorem in statum evecta non iam in corruptibili corpore, sed passionis experte spiritalique comprehendetur. Cuiusmodi Iesus habuit, Matth. 17. Marc. 9.
post transfigurationem hanc quando in montem cum Petro, Moyse et Elia, qui tum illi apparuerunt, ascendit.

Cap. XVIII. (XXXIX.)
Sed de his hactenus; haec enim est Origenis dogmatum summa comprehensio. Quod si quis adversariorum Christi corpus obiiciat, eo quod *primogenitus mortuorum ac primitiae dormientium* appelletur, Apoc. 1, 5. et 1 Cor. 15, 20.
itaque colligat, quemadmodum ille resurrexit, ita et resurrectura cetera videri, ut *quomodo Christus resurrexit, sic et deus mortuos per Iesum adducat*, 1. Thess. 4, 14.
cum ipso porro Iesu corpus sic esse a mortuis excitatum, iisdem uti carnibus ossibusque constaret, id quod Thomae persuasum fuerit, nos ea sic respondeamus, Christi corpus non *ex voluntate viri ac voluptate somnique congressione in iniquitatibus esse susceptum, et in peccatis genitum, sed de spiritu sancto et altissimi virtute* ac virgine procreatum, tuum autem somno ac voluptate sordibusque constare. Ioann. 1, 13. Sap. 7, 2. Luc. 1, 35.
Quam ob caussam sapiens ille Sirach pronuntiat: *Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes, et bestias, et vermes.* Sir. 10, 11.
Ad haec LXXXVII. Psalmo: *Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione? numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et iustitia tua in terra oblivionis?* Ps. 87, 10.
Eiusmodi et alia scripturae verba cuilibet colligere licet; ne si omnia copiose complecti ac commemorare velimus, maiorem in modum excrescat oratio.

SEQUITUR EX METHODIO.

Cap. XIX. (XL.)
Cum Proclus aegre dicendi finem fecisset, diu iis qui aderant tacentibus et ad infidelitatem abunde prostratis, posteaquam desiisse illum animadverti, sensim caput attollens ac respirans, ut ii qui in mari navigant, ubi sedari tempestas coepit, tremens adhuc nihilominus, ac vertigine correptus (ut enim quod res est ingenue vobis

2. ἱκανῶν *cod. Venet.*
3. εἴη *cod. Ven. Vulgo* εἴην.
4. ἠρεματικὴν *cod. Ven., fortasse pro* ἠρέμα τι τὴν.

τῇ δεινότητι [5] τῶν λόγων κατηντλημένος), τρέπομαι πρὸς τὸν Αὐξέντιον, καὶ καλέσας αὐτὸν, Ὦ Αὐξέντιε, νομίζω, ἔφην, μὴ μάτην λελέχθαι τὸ ποιητικὸν,

[6] Σὺν δύο ἐρχομένω.

Καὶ γὰρ οἱ ἀνταγωνισταὶ δύο. Διὸ σθένος [7] ἀμφότεροι [8] ἀμφοτέρων ἐπέχομεν. Συναντιλήπτορα γὰρ καὶ συναγωνιστὴν αἱροῦμαί σε τῆς πρὸς αὐτοὺς μάχης, μὴ ἡμῖν ὁ Ἀγλαοφῶν μετὰ Πρόκλου καὶ Ὠριγένους τοῖς [9] ἀνατρεπτικοῖς καθ' ἡμῶν ὡπλισμένος λόγοις [10] ἐκπέρσῃ τὴν ἀνάστασιν. Ἄγε οὖν ἀντιπαραταξώμεθα [11] τοῖς σοφίσμασιν αὐ-
pag. 563. *τῶν, μηδὲν τῶν ἀντιλογικῶν, οἷς δειλοὶ βάλλονται, φοβηθέντες. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ὑγιὲς οὐδὲ πάγιον, ἀλλὰ φαντασία μόνον εὐπρεπὴς ῥημάτων, πρὸς κατάπληξιν τῶν ἀκουόντων, καὶ πειθὼ κατεσκευασμένη, οὐ τῆς ἀληθείας, οὐδὲ τοῦ συμφέροντος χάριν, ἀλλὰ τοῦ δεῖξαι τοῖς παροῦσι τοὺς λόγους σοφούς. Ἐντεῦθεν γοῦν τοῖς πολλοῖς οἱ ἐκ τῶν εἰκότων ἔσθ' ὅτε λόγοι πρὸς κάλλος καὶ ἡδονὴν πεποικιλμένοι μᾶλλον τῶν εἰς ἀκρίβειαν ἐξητασμένων νομίζονται σπουδαιότεροι, τῶν διδασκάλων οὔτε πρὸς τὸ βέλτιστον ἁμιλλωμένων ἔτι καὶ σεμνὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀρέσαι καὶ εὐημερῆσαι, καθάπερ οἱ σοφισταὶ, οἳ μισθὸν αἱροῦνται τῶν λόγων, ἐπευωνιζόμενοι τῆς σοφίας ἐπαίνοις. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν βραχὺ παντελῶς τὸ περὶ τὴν ἐξήγησιν ἦν, φιλοτιμουμένων μὴ τέρπειν, ἀλλὰ ὠφελεῖν τοὺς παρόντας τῶν τότε· ἀφ' οὗ δὲ λοιπὸν εἰς ῥαστώνην ἐπετράπη πᾶσιν ἑρμηνεύειν ἐξεῖναι τὰς γραφὰς, καὶ πάντες εἰς τὸ ποιῆσαι μὲν τὸ καλὸν ἠμβλύνθησαν, πλησθέντες οἰήματος, περὶ τὸ λογικεύεσθαι δὲ προέκοψαν καλλωπιζόμενοι, ὡς πάντα γινώσκειν ὑπάρχοντες δεινοὶ, διδάσκεσθαι μὲν ὁμολογεῖν χρήζειν αἰδεσθέντες, φιλονεικεῖν δὲ μᾶλλον καὶ προπηδᾶν, ὡς οἱ διδάσκαλοι, — θρασυνθέντες γοῦν ἐντεῦθεν τοῦ μὲν εὐλαβοῦς καὶ πρᾴου καὶ πάντα δύνασθαι ποιεῖν τὸν θεὸν ὧν ἐπηγγείλατο [12] πιστεύειν ὠλίσθησαν, εἰς δὲ ζητήσεις κενὰς καὶ βλασφημίας ἥκασι, μὴ νοήσαντες ὡς οὐ τὰ ἔργα τῶν λόγων ἐπετηδεύθη χάριν, ἀλλὰ τῶν ἔργων οἱ λόγοι, ὥςπερ ἰατρικῆς δι' ὧν τοὺς κάμνοντας δεῖ σώζεσθαι τῶν λόγων ἔργοις κυρουμένων, ἵν' ἡρμοσμένων ἡμῶν πάντα συμφώνως ὁ νοῦς εἴη τοῖς ἀρίστοις λόγοις τὰ ἤθη τῇ γλώσσῃ συνῳδὰ παρέχων, δίκην*

5. κατηντλημένος, τῷ λόγῳ τρέπομαι *cod. Venet.*

6. σὺν δύο ἐρχομένω *cod. Venet.* σύν τε δυοῖν ἐρχομένοιν *vulgo extat.*

7. ἀμφότεροι *om. cod. Venet.*

8. ἀμφοτέρων περ σχῶμεν *cod. Venet. Bene.*

9. ἀνατρεπτικοῖς *cod. Venet. Vulgo* ἅμα τρεπτικοῖς, *vitiose.*

10. ἐκπέρσῃ *cod. Venet.* ἐκπέσῃ *vitiosa reliquorum librorum scriptura est.*

11. τῶν σοφισμάτων αὐτῶν *cod. Ven.*

12. πιστεύειν *ego.* τὸ πιστεύειν *habent libri. Petavius suspicabatur* τοῦ πιστεύειν.

fatear, tanta dicendi copia ac facultate perculsus ac velut obrutus fueram) ad Auxentium conversus et eum appellans, Auxenti, inquam, non temere poëticum illud usurpatum arbitror,

Dum iuncti properant ambo. II. K, 221.

Duo quippe adversarii sunt. Quare amborum vires ambobus nobis sustinendae sunt. Te enim pugnae adversus illos et certaminis adiutorem et opitulatorem eligo, ne Aglaophon cum Proclo et Origene aptis ad refellendum rationibus instructus resurrectionem evertat. Igitur sophisticis illorum calumniis resistendum nobis est, neque illorum rationes, quae ignavos impetunt, ullo modo metuendae. Nihil enim in his sanum est atque firmum, sed verborum duntaxat ornatus ad pompam et ad audientium admirationem instructus, ac persuadendi quoddam lenocinium non veritatis, neque utilitatis ullius, sed ostentationis caussa comparatum, ut callidos ac solerter excogitatos sermones auditoribus exhibeant. Atque hinc nonnunquam accidit ut quae ex verisimilibus deductae sunt orationes, et ad speciem ac voluptatem ornatae, aliis praestantiores videantur, quae ad accuratissimam veritatis normam exactae sunt. Ex quo fit ut et doctores non iam ei quod optimum sit gravitatisque plenum studeant, sed id duntaxat quod placet, quodque secundo favore fertur, respiciant, uti sophistae facere consueverunt, qui orationum suarum mercedem accipientes doctrinae et eruditionis suae laudibus tanquam vili quodam pretio redimuntur. Ac priscis quidem temporibus summa erat in explicando brevitas, cum in id illi potissimum incumberent, non ut oblectarent, sed ut prodessent auditoribus. Posteaquam vero explanandarum scripturarum nullo cuique negotio facultas est concessa, universique fastu ac sui opinione inflati ad id quod rectum est obtusi atque hebetes facti sunt, magnos vero in ratiocinandi subtilitate progressus fecerunt ac fucum in dicendo consectati sunt, perinde ac rerum omnium scientia praediti, cum et doceri se opus habere confiteri erubescerent, et contentiose iurgari ac prosilire praeceptorum instar mallent, tum demum accidit ut temeritate quadam elati ab religiosa mansuetaque animi affectione ac credulitate illa desciscerent, qua deum posse quicquid promiserit efficere sibi persuaderent, contra vero ad inanes quaestiones ac blasphemias deduci se paterentur; ne illud quidem animadvertentes, non opera ipsa sermonum, sed sermones operum gratia comparari, ut in medicina usu venire cernimus, in qua nimirum sermones factis illis comprobantur quibus aegrotum repraesentari salutem oportet. Quo videlicet aptissimo quodam concentu temperati eiusmodi mentem habeamus, quae praestantissimis sermonibus consentaneos mores prae

λύρας, ἀλλὰ μὴ ἄμουσα καὶ ἀσύμφωνα. Ἐπὶ γὰρ τῷ κτήσασθαι κατα ἀλήθειαν ἀγωνίζεσθαι δεῖ τὸ δίκαιον ἀσκεῖν, καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ δοκεῖν, χωλῶς ἐπιβαίνοντα σοφίας, καὶ πρὸς δόξαν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀλήθειαν ἁμιλλώμενον, πρόθυρα καὶ προσχήματα καὶ πᾶσαν ὑποδυσάμενον τῆς ὑποκρίσεως τὴν σκευήν.

Κεφ. κ'. (μα'.) pag. 564. Εἰσὶ γάρ, εἰσὶν [1] οἱ λόγων τραγικῶς κεκοσμημένων [2] προβολεῖς καθάπερ γυναῖκες [3] αἱ ἔξωθεν ὡραϊζόμεναι πρὸς ἀπάτην ἐντέχνως, ἐὰν μή τις πεφυλαγμένως αὐταῖς τῶν ἔτι νεωτέρων προςβλέψῃ τῇ πίστει, καὶ νηπτικῶς. Ὅθεν εὐλαβητέον πρὸ τοῦ καταμαθεῖν ἀσφαλῶς εἰς τὴν καρδίαν εἰςδέξασθαι [4] τὸν τοιοῦτον λόγον. Καὶ γὰρ φθάνουσιν οἱ ἐξαπατῶντες πολλάκις τοὺς διδάσκοντας· καθάπερ καὶ αἱ [5] Σειρῆνες τοὺς φεύγοντας αὐτὰς κρύπτουσι μακρόθεν τὸ μισάνθρωπον τῇ καλλιφωνίᾳ. Ἢ πῶς, ὦ Αὐξέντιε; ἔφην ἐγὼ σοὶ ταὐτὰ [6] τίθεσθαι. Καὶ ὃς [7] ἀπεκρίνατο, Οὕτως καθάπερ καὶ σύ. Οὐκοῦν πάντως τῶν ἑτεροδόξων τοὺς σοφιστὰς μιμητὰς εἰδώλων ἀληθείας εἶναι λέγομεν, ἀλήθειαν [8] μὴ γινώσκοντας, καθάπερ ζωγράφους. Καὶ γὰρ οὗτοι μιμεῖσθαι μὲν ναυπηγοὺς καὶ πλοῖα καὶ κυβερνήτας ἐπιχειροῦσι, ναυπηγεῖν καὶ κυβερνᾶν μὴ γινώσκοντες. Οὐκοῦν ἀποξέοντες θέλεις τὰ χρώματα πείθωμεν αὐτῶν τὰ θαυμάζοντα τὰς τοιαύτας γραφὰς παιδία ὅτι οὔτε τὸ πλοῖον πλοῖόν ἐστιν, οὔτε ὁ κυβερνήτης κυβερνήτης, ἀλλὰ τοῖχος ἔξωθεν πρὸς τέρψιν χρώμασι καὶ γραφαῖς κεκοσμημένος, καὶ ὅτι μιμηταὶ μὲν εἰδώλου πλοίου καὶ κυβερνήτου οἱ δημιουργήσαντές εἰσιν ἀπὸ τῶν χρωμάτων ταῦτα, καὶ οὐ [9] πλοίου; Μακρὸν [10] τῷ ἀκοῦσαι ποθοῦντι τὸ προοίμιον, ἀλλὰ ὠφέλιμον, ἔφην, ὦ ἄριστε. Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ῥήματα, οἷς ἐπιχρωματίζοντες ποικίλλουσιν ἑαυτῶν πρὸς ἀπάτην οὗτοι τὴν δόξαν, δικαιοσύνην αὐθαδῶς καὶ ἀλήθειαν ὀνομάζοντες, οὐ γινώσκοντες ὅλως δικαιοσύνην, εἴ τις ἀφέλοιτο, πόσον οἴει γυμνωθέντας αὐτοὺς τῶν τοιούτων ὀνομάτων χλευασθήσεσθαι; Πάνυ πολύ, ἔφη. Πότερον οὖν, ὦ Αὐξέντιε, ἣν δὲ

Cap. XX. — 1. *Libri habent* οἳ, *quod correxi.*

2. προβολεῖς *mea est emendatio. Libri omnes praebent* προςβολαῖς. *Petavio placuit* προβολαῖς. *Vocabulo* προβολεὺς *ipse Epiphanius usus est haer.* 31, 2. *et* 12.

3. αἱ *om. cod. Venet.*

4. τὸν *om. cod. Venet.*

5. σιρῆναι *cod. Venet.* Sirena *Latinam vocabuli formam tuetur pars codd. mss. Tertull. Apolog. cap.* 7., *item Gloss. Vet. Latin. edit. ab Ang. Maio in Auctt. Class. e Vatic. Codd. editis tom. VII. testimoniis trinis:* „Sirena, umbra in mari, hoc est lamia.“ „Sirenae, bestiae electissimae maris.“ „Sirenarum cantus, hoc iuxta physicos, qui dicunt Sirenas esse mortiferas, in mari clamitantes vocibus diversis, ut navigantes dum audierint seducantur. Hae a capite usque ad umbilicum hominum figuras tenent, ab umbilico vero ad caudam volatiles.“

6. Πῶς -- σὺ ταῦτα τίθεσαι; *correxit Galakerus Advv. Misc. Posth. cap.* 36. *pag.* 805. *Codd. Venet. et Rhedig. et uterque editus praebent:* ἢ πῶς, ὦ

se ferat, lyrae cuiusdam instar, non abhorrentes atque discordes. Quippe ad id, ut revera compotes simus, non ut esse videamur, omni est nobis animi contentione colenda iustitia, ut non veluti claudicando sapientiae studium capessamus, neque ad gloriam magis quam ad veritatem enitamur, aut sic, tanquam eximiam quandam faciem et inanem speciem obducamus, omnemque simulationis ornatum apparatumque subeamus.

Sunt enim profecto, sunt qui orationis tragicam ad pompam exornatae artificio sese venditant; uti mulieres facere solent, quae ad illiciendum ac decipiendum externum corporis cultum ac lenocinium adhibent, nisi summa cum animi cautione, fide ac sobrietate muniti ad illas adolescentes oculos adiiciant. Quocirca diligenter cavendum est ne, antequam totam rem accurate perceperimus, eiusmodi sermones ad animos nostros adhaerescere patiamur. Saepe enim accidit ut deceptores doctorum operam antevertant. Non aliter ac Sirenes crudelitatem suam et in homines odium iis qui sese fugiunt suavitate vocis occultant. Quod nisi ita est, inquam, Auxenti, quae tua est de ea re sententia? Eadem quae tua, respondit. Proinde contrariae opinionis sophistas omnes simulacrorum veritatis imitatores esse dicimus, ac veritatis ipsius ignaros, cuiusmodi sunt pictores. Nam et isti navium architectos et naves ipsas ac gubernatores exprimere imitando student, cum fabricandarum navium gubernandique sint imperiti. Visne igitur, ut abrasis coloribus pueris picturarum illarum admiratione defixis persuadeamus, neque navem esse quae navis videtur, neque gubernatorem qui gubernator appareat, sed parietem esse picturis ac coloribus extrinsecus ad voluptatem ornatum? Quod autem, optime vir, inquam, simulacri duntaxat navis ac gubernatoris, non navis ipsius, imitatores sint qui eiusmodi opera colorum varietate finxerunt, longum est quidem iis qui audire cupiunt exordium, sed tamen utile. Etenim si divinarum scripturarum verba, quibus opinionem suam ad illudendum tanquam vario colorum genere distinguunt, ac iustitiam veritatemque arroganter nominant, iustitiae penitus ignari, sed si quis illa detrahat, quam tu ridiculos fore illos existimas istiusmodi vocabulis exutos? Mirum in modum, inquit. Tum ego, Num tu viae illius dux esse

Cap. XX. (XLI.)

Αὔξέντιε, ἔφην ἐγὼ, σοὶ ταῦτα τίθεσθαι; *quod emendavi signum interrogationis post* Αὔξέντιε *collocando,* ταὐτὰ *rescribendo. Petavius suspicatus est deesse aliquid.*

7. ἀπεκρίνετο *cod. Venet.*

8. οὐ *cod. Venet.*

9. *Vulgo post* κεκοσμημένος *est distinctum, sed interrogationis notam post* καὶ οὐ πλοίου *figendam bene observavit Gatakerus l. l.*

10. τῷ *rescripsi pro* τὸ, *quod vulgo extat, Gatakeri ingenium secutus. Est enim proverbium* Μακρὸν τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι, *quod habes ap. Platonem Polit. lib. IV,* 9. *p.* 432,

ἐγὼ, σὺ βούλει ταύτης ἡγεμονεύειν τῆς ὁδοῦ, ἢ ἐγὼ ἡγήσομαι; Δίκαιον, ἔφη, σοὶ ἡγεῖσθαι. Σὺ γὰρ κατάρχεις τοῦ λόγου.

Κεφ. κα΄. (μβ΄.) *Οὐκοῦν ἐλέγετο (φέρε γὰρ πρὸς μέρος ἐξ ἀρχῆς ἀκολούθως τὸν Ἀγλαοφῶντος ἐξετάσωμεν νοῦν) ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα διὰ τὴν παράβασιν ὃ περικείμεθα τοῦτο ἀνειληφέναι χρόνοις τοῖς ἄνω χωρὶς αὐτοῦ μακαρίως διάξασα. Τοὺς γὰρ δερματίνους εἶναι χιτῶνας σώματα, εἰς ἃ* pag. 565. *ἐνεῖρχθαι συνέβη τὰς ψυχὰς, δίκην ὅπως ὧν ἔδρασαν νεκροφοροῦσαι παράσχωσιν; ἢ οὐ ταῦτα πρῶτον ἦν ἐν ἀρχῇ τὰ λεχθέντα ὑπὸ σοῦ, ἰατρέ; [1] ἄγ᾽ εἰς ὑπόμνησιν, ἐάν τίς σοι φαίνομαι μὴ μεμνημένος. [2] Οὐδὲν νῦν ὑπομνήσεως εἰς τοῦτο δέῃ. Αὐτὰ ταῦτα γὰρ ἦν ἐν πρώτοις ἡμῖν τὰ εἰρημένα. Τί δὲ, οὐχὶ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ἑξῆς ἐλέγετο πολλαχῶς ὑπὸ σοῦ, ὡς ἐμποδὼν πρὸς τὴν κατάληψιν ἡμῖν τὸ σῶμα τῶν ὄντως ὄντων καὶ γνῶσιν διὰ τὰς πρὸς τὸ κοσμεῖν ἀσχολίας αὐτὸ καὶ θεραπεύειν γίνεται, καὶ τὰς ἄλλας τὰς περὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς γαστρὸς προςβολὰς, ἔτι τε βλασφημιῶν καὶ παντοίων αἴτιον ἁμαρτημάτων, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καθ᾽ ἑαυτὴν δίχα σώματος ὅλως ἁμαρτῆσαι τὴν ψυχὴν, καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐκτὸς ἁμαρτημάτων ὅπως ἔσοιτο καὶ παρακοῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἔνθα καὶ τὰς διατριβὰς ἕξει μετὰ τῶν ἀγγέλων, ἐλευθέραν αὐτὴν καὶ γυμνὴν χρῆναι διαμεῖναι σώματος, ἐπειδήπερ τὸ σῶμα τοῦ χραίνεσθαι τοῦτο καὶ ἁμαρτάνειν παραίτιον αὐτῇ καὶ συνεργὸν γίνεται; Ἄνευ γὰρ σώματος ἀμήχανον ἁμαρτῆσαι ψυχήν. Ὅθεν ἵνα τὸν ἄπειρον ἀναμάρτητος αἰῶνα τηρηθῇ, οὐκέτι τὸ ταλαντεῦον αὐτὴν εἰς τὴν φθορὰν κάτω καὶ τὴν ἀδικίαν σῶμα λήψεσθαι. [3] Ἐλέχθη καὶ τοῦτο. [4] Τί δὲ, καὶ καλῶς σοι τοῦτο καὶ ὀρθῶς, ἔφην, ἥγησαι λελέχθαι; Καὶ τί σοι, ἔφη, τοῦτο [5] διαφέρειν; ἀλλὰ οὐκ [6] ἐξελέγξεις τὸν λόγον. [7] Οὐδὲν, ἦν δὲ ἐγὼ, ἀλλὰ δι᾽ ἃ εἴρηκας ὅπως ἐξετάζηται ὁ λόγος. Καλῶς καὶ ὀρθῶς, ἔφη. Καλῶς δέ σοι δοκεῖ τίθεσθαι καὶ ὀρθῶς, ὃς ἑαυτῷ τὰ ἐναντία λέγων καὶ ἀσύμφωνα; [8] Οὐδ᾽ [9] ὁπωςτιοῦν. Ἀμούσως γὰρ οὕτως σοι φαίνεται τὴν ἀλήθειαν ὑποκρίνεσθαι; Πάντων μάλιστα, ἔφη. Οὐκ ἄρα ἀποδέχῃ τὸν τὰς ἁμαρτίας ἐντείνοντα πρὸς τὸ ψευδὲς μέλος τῶν λόγων; [10] Οὐδ᾽ [11] ὁπωςτιοῦν. Οὐκοῦν οὐδὲ σεαυτοῦ λέγοντος ἀμούσως οὐδ᾽ ὁτιοῦν [12] ἀποδέξῃ; δοὺς γὰρ ἀσωμάτως ἡμαρτηκέναι τὰς ψυχὰς, ἀπο-*

Cap. XXI. — 1. ἄγ᾽ εἰς ὑπόμνησιν ἐάν τι *emendavit Petavius, probavit Gatakerus l. l. p.* 805. *Libri vulgo:* ἀλλ᾽ εἰς ὑπόμνησιν ἐάν τις.

2. Οὐδὲν *emendavit Galakerus l. l. Vulgo* οὐδέ.

3. Ἀλλ᾽ ἐλέχθη *cod. Venet. Bene.*

4. Τί δὴ, καὶ *coniec. Gatakerus l. l.*

5. „Fort. διαφέρει. Sed parum commoda haec lectio videtur." *Petavius.* διαφέρει *probavit etiam Galakerus l. l. Retinui infinitivum, quem firmant codd. Venet. et Rhedig. atque editi libri. Non enim incommode adstruitur ille ad* ἥγησαι *aliquod, ex altero* ἥγησαι *in praecedente enunciatione repetendum. Quin etiam si pro absoluto, quem dicunt, caperetur defendere eum haberes.*

6. ἐξελέγξεις *cod. Venet. Vulgo* ἐλέγξῃς.

mavis, Auxenti, an me potius ducem adhibere? Aequum est ducem te esse, respondit: tu enim ei sermoni praeisti.

Hoc igitur dictum est (age enim Aglaophontis sententiam ab initio repetitam singillatim expendamus), animam corpus, quod circumfusum nobis est, in delicti poenam assumpsisse, cum superioribus temporibus ab eo separata summa in felicitate degeret. Etenim scorteas illas tunicas corpora esse dicebat, quibus inclusae sunt animae; ut mortuum illud corpus circumferentes eorum quae commiserant poenas dependerent? Nonne haec a te initio proposita sunt, o medice? Tu vero, si minus recordari videor, memoriae meae subiicito. Nihil ea re nunc quidem opus est, ait ille. Nam haec ipsa sunt quae primo loco diximus. Quid deinde? Nonne hoc postea saepius a te commemoratum est magno nobis impedimento esse corpus ad eorum quae re vera sunt perceptionem ac scientiam, quod partim in eo curando ac fovendo simus occupati, partim ventris nos illecebrae ac cupiditates infestent. Ad haec maledicentiae omnis in deum ac peccatorum omnium caussam ad corpus referri; propterea quod per sese sine corpore peccare prorsus anima non potest. Unde et post obitum, quo peccato atque in deum contumacia vacare in coelo posset, ubi cum angelis ei domicilium constitutum est, liberam illam ac corpore nudatam esse debere; quandoquidem inquinandi sui peccandique caussa illi corpus est, et administram operam praebet? Nam absque corpore peccare anima non potest. Ideo ut infinito tempore peccati corpus expers esse possit, non illud amplius corpus accipiet, quod pessum illam ad corruptelam et ad iniustitiam deprimit. Hoc ipsum, ait ille, diximus. Num tu vero, inquam, recte ac praeclare dictum illud existimas? Quid enim tua refert? ait. Atqui refellere ista non poteris. Neque vero animam, subieci. Verum ex his, quae dixisti, placetne ut in sermonem tuum inquiramus? Belle, inquit, ac commode. Rectene vero ac praeclare censes ab eo positum aliquid qui sibi ipsi contraria ac parum cohaerentia loquatur? Minime sane, dixit. Quid igitur? Num tibi absurde ille veritatem simulasse videtur? Omnino, respondit. Ne eum quidem igitur probare potes qui delicta ad falsum orationis concentum atque harmoniam intendat? Nullo, inquit, modo. Igitur ne te ipsum quidem probaveris, qui tam absurde loquare. Nam cum

Cap. XXI. (XLII.)

7. Οὐδὲν, ἦν δὲ ἐγώ *cod. Venet. Vulgo vitiose* οὐδὲ ψυχὴν δὲ ἐγώ. *Unde Gatakerus effinxit haud male* Οὐδ', ἔφην, ψέγω.

8. οὐχ *cod. Venet.*

9. *Vulgo* ὅπως. τί οὖν; *quod mutavi.*

10. οὐχ *cod. Venet.*

11. *Vulgo* ὅπως. τί οὖν; *uti supra.*

12. ἀποδέξῃ *cod. Venet. Vulgo* ἀποδείξῃ.

σφαλείσας τῆς ἐντολῆς, καὶ φράσας διὰ τὴν ἀνομίαν τοὺς χιτῶνας αὐταῖς ὕστερον τοὺς δερματίνους δεδωκέναι τὸν θεὸν, ἵνα δίκην νεκροφοροῦσαι παράσχωσι, χιτῶνας τὰ σώματα φράσας, προϊόντος τοῦ λόγου ἐπιλαθόμενος [13] ἃ τὸ πρῶτον ὑπέθου, μὴ δύνασθαι καθ' ἑαυ-
pag. 566. *τὴν τὴν ψυχὴν ἁμαρτῆσαι λέγεις· οὐ πεφυκέναι γὰρ ὅλως πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ παραίτιον αὐτῇ παντοίων κακῶν τὸ σῶμα γεγονέναι· ὅθεν πρὸς τὸ μὴ παρορμηθῆναι πρὸς ἀδικίαν αὐτὴν αὖθις, καθάπερ συνέβη καὶ πρόσθεν ὑπὸ τοῦ σώματος, οὕτως εἰς τοὺς αἰῶνας αὐτὴν ἔσεσθαι χωρὶς αὐτοῦ· καί τοι πρῶτον εἰπὼν ἐν τῷ Παραδείσῳ πρὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, ὁπότε ἔτι μακαρία καὶ ἀναλγὴς ἦν, ἡμαρτηκέναι· [14] παραβᾶσα γὰρ τὴν ἐντολὴν, [15] κεκρατυμένης ἤδη διὰ τὴν πρὸς τὸν ὄφιν πειθὼ τῆς ἁμαρτίας, δεσμὸν αὐτῇ τὸ σῶμα δεδύσθαι τιμωρόν. Ὥςτε ἢ τὸ πρότερον, ἢ τὸ ὕστερον οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Ἤτοι γὰρ πρὸ σώματος ἥμαρτε, καὶ οὐδέν τι μᾶλλον κἂν μὴ λάβῃ σῶμα ἁμαρτήσεται, καὶ μάταιος ἡ περὶ τοῦ μὴ ἀνίστασθαι τὸ σῶμα περισσολογία· ἢ μετὰ σώματος, καὶ οὐ δύνανται σῶμα οἱ χιτῶνες νομίζεσθαι εἶναι οἱ δερμάτινοι. Εὑρίσκεται γὰρ πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ἀθετήσας ὁ ἄνθρωπος [16] τὴν θείαν ἐντολήν· οὗ καὶ χάριν οἱ χιτῶνες κατασκευάζονται, τὴν γύμνωσιν τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν προσγενομένην καλύψοντες. Ἀλλὰ πότερον πείθω σε, καὶ ὁρᾷς ὡς ἑαυτῷ μαχόμενα ὑπέθου, καὶ σοὶ τοῦτο γεγένηται σαφές; ἢ οὐδέπω μανθάνεις, ὦ Ἀγλαοφῶν, ἔφην, ὃ λέγω; Μανθάνω, ἔφη, καὶ οὐκέτι δέομαι δεύτερον ἀκούσασθαι· ἀλλὰ ἔλαθον οὐκ ὀρθῶς εἰπών. Ἀνάγκη γάρ μοι δεδωκότι τοὺς δερματίνους χιτῶνας εἶναι τὰ σώματα, ὁμολογεῖν καὶ πρὶν εἰς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν ἐληλυθέναι ἡμαρτηκέναι, ἀνθ' ὧν πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ἡ παράβασις ἐγένετο· διὰ τὴν παράβασιν γὰρ οἱ χιτῶνες αὐτοῖς, καὶ δι' [17] αὐτὴν ἡ τούτων αὐτοῖς κατασκεύασις, καὶ οὐχ ἡ παράβασις διὰ τοὺς χιτῶνας γίγνεται· καὶ ἐκ ταύτης τῆς ὁμολογίας συγκατατίθεσθαι ὡς οὐ τὸ σῶμα τοῦτο παραίτιον κακίας ἐστὶν, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ψυχὴ ἐν ἑαυτῇ. Διὸ κἂν μὴ λάβῃ τὸ σῶμα, ἁμαρτήσεται, ἐπειδήπερ καὶ πρόσθεν ἥμαρτε χωρὶς σώματος, καὶ ἀνόητον τὸ λέγειν ἀναβιῶναι μὴ δύνασθαι τὸ σῶμα, διὰ [18] ταύτην τὴν σάρκα ἵνα μὴ παραίτιον τῇ ψυχῇ τοῦ ἁμαρτῆσαι γεννηθῇ. Ἁμαρτήσεται γὰρ, ὡς καὶ πρὸ τοῦ σώματος ἥμαρτεν, οὕτως καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπόθεσιν, κἂν μὴ αὖθις τὸ σῶμα ἀπολάβῃ. Ὅθεν ἀνάγκη μοι διὰ*
pag. 567. *ταῦτα μήτε ἐμαυτοῦ, μήτε ἄλλου ἀποδέχεσθαι λέγοντος τοὺς δερματί-*

13. πρῶτον τὸ πρῶτον *cod. Venet.*
14. *Fortasse* παραβάσῃ.
15. *Vulgo* κεκρατημένης.
16. *Libri vulgo* πρὸς τὴν. *Sed illud* πρὸς *accrevit ex voce* ἄνθρωπος.
17. *Libri vulgo* δι' αὐτῶν.
18. ταύτην *scripsi pro* τοῦτο, *quod libri tuentur. Cornarius et Petavius contra verba* τὴν σάρκα *habuerunt suspecta. Cornarius enim hunc locum latine interpretatus verba* τὴν σάρκα *plane neglexit, Petavius delenda ea aut* καὶ τὴν σάρκα *rescribendum censuit.*

mini filios venire ad me, talium enim est regnum coelorum, hoc est simplicissimorum. Responderunt autem tibi rudiores, quos dicis, huius quo circumdamur corporis resuscitationem esse. Tum vero denuo compellati abs te et interrogati, Utrum universi, an partis? illi, Universi corporis respondent. Quod cum tu secundum modulum multifariae tuae nugacitatis fieri posse neges, propter sanguinem qui corpore effluit, propter carnes et crines, propterque alias res quae per sputa quotidiana, per nares et stercora effluunt, ecce grande tuae quae pravam fidem sequitur medicae rationis veneficium, cuius nugas iam supra confutavit ille multo potior nobis senex beatissimus, et Methodius. At etiam a nobis, qui parvi sumus, pauca audies. Quicquid enim quaeritur, purissimum quaeritur, quod autem superest, reiectum a puritate est et non quaerendum. Vestimentum quippe absolutum ex quo texturae opus passum est, ipsumque est illud quod de tela resecatur, neque auctum neque minutum. Quod cum fulloni tradideris, non deterius, ut a fullone, repetetur, sed eiusdem fullonis cura perfectissimum redditur, ut omnibus clarum sit et hoc esse in perfectione et corpus esse nihil imminutum nisi sordibus et spurcitie quas abiecerit, nec futurum esse ullo modo ut iis semel reiectis ideo cum sordibus illud a nobis reposcat artifex, sed ipsum potius vestimentum salvum et sanum et emaculatissimum. Alterum vero rursus exemplum. Apud te enim de eis quae per sanguinis missiones et morbos et stercora, perque sputaminum et mucorum retrimenta excernuntur, quaestio inlata est: at tu iis quae profers ipsis refutaberis. || Non enim unum illud inest in corpore, sed ex nobis etiam bestiae nascuntur, pediculi videlicet ac lendes, quae neque extra corpus sunt neque in corporis ulla parte numerantur. Ac nemo excretam ex corpore suo lendem, ut conservaret, quaesiit, sed ut necaret potius, neque illatam ab ea perniciem adsciscit. Sed neque si perdita illa extinctaque fuerit, id in damno reputabit. Sic quae a nobis fluxerunt, tametsi ita tua fert opinio, a nobis ipsis nequaquam stolide requirentur. Neque illa deus in conflandis nobis componendisque restituet, sed tanquam maculam relinquet, quae ex vestibus exorta nitoris elegantiaeque studio diluitur, illam vero perfectam absolutamque vestem, neque mancam, neque redundantem, pro singulari artis suae peritia artifex reficiet. Omnia quippe in eius sunt potestate posita. Quod nisi ita se res haberet, o hominum insanctissime, atque ex verbosa illa calliditate

14. οὐχ ἧσσον *cod. ms.*

15. *Voce* πτυέλων *in cod. Veneto incipit fol.* 387. *r.*

16. *H. e.* negleget, nihili aestimabit prae ipsa carne. *Male igitur interpretatus est haec verba Petavius.*

17. ὢ *correxerunt Cornarius atque Petavius. Libri habent* ὡς.

εἶχεν ἄρα ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ἐλθὼν δι' ἀσφάλειαν πᾶσαν τῆς ἡμετέρας ζωῆς ποιήσασθαι τὴν ἡμῶν ἐλπίδα, ἐν ἑαυτῷ τε τὰ πλεῖστα ἀνατυπωσάμενος εἰς τὴν τῆς ἀληθείας πρὸς ἡμᾶς σύστασιν, μέρος αὐτοῦ εἶχεν ἀποθέσθαι, μέρος δὲ ἐξεγεῖραι κατὰ τὴν μυθώδη σου ἀνασκευὴν καὶ πλήθους λογισμῶν ματαίων συλλογήν, ὦ φιλόνεικε. Αὐτὸς γὰρ εὐθὺς διελέγχων σου τὸν τρόπον φάσκει λέγων ὅτι, Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, μόνος μένει, ἐὰν δὲ πεσὼν ἀποθάνῃ, πολλοὺς κόκκους φέρει. Καὶ τίνα ἄρα ἔλεγε κόκκον; Παντί τῳ σαφές ἐστι καὶ ὡμολόγηται παντὶ τῷ κόσμῳ ὅτι περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε, τουτέστι περὶ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς τῆς ἁγίας, ἧς ἀπὸ Μαρίας εἴληφε, καὶ ὅλης αὐτοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Τὸ δὲ πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν, ὡς λέγει, Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί, περὶ τῆς αὐτοῦ τριημέρου τοῦ σώματος κοιμήσεως ἔλεγεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις. Ἡ γὰρ θεότης αὐτοῦ ἀκοίμητος, ἄπτωτος, ἀκράτητος, ἄτρεπτος. Ἀπέθανε τοίνυν ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ ἀνέστη. Ὅλος οὖν ὁ κόκκος ἀνέστη, ἢ λεῖμμα αὐτοῦ ἀνέστη; ἄλλος κόκpag. 598. κος παρὰ τὸν ὄντα, ἢ αὐτὸς ὁ ὢν εἰς τὸ εἶναι, τὸ διὰ τοῦ Ἰωσὴφ κεκηδευμένον ἐν σινδόνι καὶ ἐν μνήματι καινῷ τεθέν, ἀνέστη; Πάντως ὅτι οὐκ ἀρνήσῃ. Τίνα τοίνυν εὐηγγελίζοντο ἐγηγέρθαι οἱ ἄγγελοι ταῖς γυναιξίν; ὥς φασι, Τίνα ζητεῖτε; Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον; ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον. Ὡσεὶ ἔλεγε, Δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, καὶ συνετίσατε τὸν Ὠριγένην, ὅτι οὐκ ἔνι λεῖμμα κείμενον ἐνταῦθα, ἀλλὰ ὅλον ἀνέστη. Καὶ ὅπως γνῷς ὅτι ὅλον ἀνέστη, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε, ἵνα ἀποκρούσῃ σου τὴν φλυαρίαν, ὅτι λεῖμμα αὐτοῦ οὐκ ἐγκατελείφθη, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἡλωθέν, αὐτὸ τὸ νυχθὲν τῇ λόγχῃ, αὐτὸ τὸ κρατηθὲν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, αὐτὸ τὸ ἐμπτυσθέν.

Κεφ. ξη'. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν πρὸς ἔλεγχον τούτου τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ πολυκόμπου τῆς ἐν αὐτῷ γενηθείσης φλυαρίας; Ἄρα οὖν ὡς ἀνέστη καὶ ἑαυτοῦ τὸ σῶμα ἔγειρεν, οὕτως καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ. Ἀπὸ τούτου γὰρ ἔδειξεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὴν ἡμῶν ἐλπίδα, φήσας ὅτι, Πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστι, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται, εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, ματαία καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ, ὅτι εἴπομεν, Ἤγειρε τὸν Χριστόν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὕστερον ἐπιφέρει, λέγων, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο

in amentiam converse, poterat utique redemptor noster ac dominus deique filius, qui idcirco venerat ut vitae nobis spem certissimam faceret, quique, ut dictorum suorum fidem nobis adstrueret, pleraque in se ipso voluit exprimere, poterat, inquam, corporis sui parte deposita aliam excitare partem, quemadmodum verbosa illa tua rectae fidei confutatio atque ineptissimarum rationum, o contentionis cupide, multitudo declarat. Verum ipse tuum e vestigio modum ac rationem redarguens ita pronuntiat: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, solum manet: si autem ceciderit, mortuumque fuerit, grana multa parit.* Quodnam illud erat granum de quo loquebatur? Nemo est qui dubitet, idque mundi totius confessione constat, de se ipso dominum locutum, hoc est de corpore suo sanctissimaque illa carne quam ex Maria ceperat, ac de humana omni natura. Quod autem cadendi ac moriendi vocabulis utitur, ut et alio in loco dicit, *Ubi erit cadaver, illic congregabuntur et aquilae,* ad triduanum corporis soporem retulit, quod ne ipse quidem diffiteri potes. Nam divinitas ipsa cum somni est expers, tum cadere superarique non potest, nec est omnino mutabilis. Mortuum est itaque frumenti granum, atque iterum excitatum. Utrumnam igitur integrum granum excitatum est, an illius pars est aliqua derelicta? Aliudne porro quam quod antea erat, an idem penitus esse ac reviviscere coepit, quod et ab *Iosepho sindone obvolutum ac sepultum et in novo monumento positum* surrexit? Tute ipse non negaveris. Quemnam autem mulieribus angeli resurrexisse nuntibant, cum ita dicerent, *Quem quaeritis? Iesum Nazarenum? Surrexit, non est hic, venite, videte locum.* Perinde ac si diceret, *Venite, videte locum,* et Origenem docete, nullas istic illius iacere reliquias, sed integrum surrexisse. Atque ut intelligas resurrexisse totum, *Surrexit,* inquit, *non est hic;* ut nimirum nugas tuas discuteret demonstraretque residuum illius nullum abiectum ac relictum fuisse, sed idem esse plane corpus, quod et clavis confixum et lancea perforatum et a Pharisaeis comprehensum est ac sputis adspersum.

Ioann.12,24. Matth. 24, 28. Matth. 27, 59. Marc.16,6. Matth.28,5.

Cap. LXVIII.

Quid autem attinet plura ad infelicem illius et insolentem loquacitatem congerere? Quocirca non secus atque ille resurrexit suumque corpus excitavit, ita et nos excitabit. Nam ex eo sanctissimus apostolus spem nostram confirmavit his verbis: *Quomodo dicunt quidem in vobis mortuorum resurrectionem non esse? Quod si mortuorum resurrectio non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis ergo est praedicatio nostra, vana est et fides vestra: invenimur autem et falsi testes dei, quoniam diximus, Suscitavit Christum etc.* Deinde subiecit, *Oportet corruptibile hoc* 1.Cor.15,12.

ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ οὐκ εἶπε τὸ θνητὸν μόνον, οὐδὲ τὸ φθαρτὸν μόνον, οὐδὲ τὴν ἀθάνατον ψυχὴν, ἀλλὰ, Τὸ φθαρτὸν τοῦτο, μετὰ προςθήκης τῆς Τοῦτο, καὶ, Τὸ θνητὸν τοῦτο, μετὰ προςθήκης τῆς Τοῦτο. Αὐτὸς οὖν [1] ὅλος ὁ κόκκος αὐτοῦ ἀνέστη· καὶ οὐ μέρος ἀνέστη, ἀλλὰ [2] ὅλος ἀνέστη· καὶ οὐκ ἄλλος κόκκος παρὰ τὸν ὄντα ἀνέστη, ἀλλ' αὐτὸς ὁ πεσὼν ἐν τῷ μνήματι [3] ὅλος ἀνέστη. Καὶ ποῦ ἰσχύει σου ἡ κενοφωνία; Δύο γὰρ κόκκους οἶδεν ἡ θεία γραφὴ εἰρημένους, ἕνα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ ἕνα παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. Καὶ ὁ μὲν εἰς τὴν πᾶσαν σαφήνειαν δηλοῖ κατὰ τὰ τελείως ἐν αὐτῷ ἐνεργηθέντα· ὅπερ ἐστὶ πρωτότυπον τῆς ἀναστάσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ διδάσκων καὶ ποιῶν ὁ σωτὴρ τὰ πάντα ἡμῖν εἰς παράστασιν βεβαίως εἰργάσατο εὐθύς. Ἔλεγε γὰρ περὶ τοῦ κόκκου καὶ τοῦ [4] ἐγεῖραι τὸν κόκ-
pag. 599. κον, ἵνα ἡμῖν τὴν πίστιν τῆς ἐλπίδος βεβαιώσῃ τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως ἐν ἀληθείᾳ. Ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος ὁ ἀπόστολος, πνεύματι ἁγίῳ φερόμενος, τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσομένην δόξαν τῶν ἁγίων διηγούμενος ἡμῖν, καὶ τὴν τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἀγαθῶν, δείκνυσι πάλιν διὰ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου, κατὰ τῶν ἀπίστων ἐπικηρυκευσάμενος. Ἀλλὰ ἐρεῖς μοι, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; Καί φησι πρὸς τὸν τὰ τοιαῦτα λέγοντα, Ἄφρον. Ὁ γὰρ ὅλως περὶ ἀναστάσεως ἀμφιβάλλων ἄφρων ἐστὶ καὶ ἀσύνετος. Εἶτά φησιν, Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ γενησόμενον σῶμα σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον εἰ τύχοι σίτου, ἢ τῶν ἄλλων σπερμάτων· καὶ οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· ὁ δὲ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα ὡς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων ἴδιον σῶμα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἀλλάσσεται τὸ σῶμα. Οὐδεὶς γὰρ σπείρας κριθὰς ζητεῖ σῖτον. Οὐδὲ μελάνθιον ἔσπειρε, καὶ εὗρε κριθήν, ἀλλὰ τὸ σπειρόμενον αὐτό ἐστι τὸ ἐγειρόμενον. Ἐὰν δὲ καὶ καταλειφθῇ ἐξ αὐτοῦ κάτω ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀναστῇ ἐξ αὐτοῦ τὸ βλάστημα, ὧδε μὲν ἐν τούτῳ τῷ φθαρτῷ σίτῳ καὶ μὴ εἰς κρίσιν ἐρχομένῳ τὸ μὲν καταλειφθὲν ἄχρηστον, τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἐγειρόμενον κάλλιον. Ἠθέλησε δὲ δεῖξαι τὴν φαιδρότητα, διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν μὴ τὴν ἐλπίδα τοῦ θεοῦ καραδοκούντων. Τάληθῆ μὲν γὰρ ὁ κόκκος τοῦ σίτου λεπτότατος. Ποῦ δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ κόκκῳ τῷ σμικροτάτῳ καὶ ῥίζαι, καὶ βάσεις, καὶ καλάμη, καὶ αἱ γονατίδες, καὶ αἱ τοσαῦται σύριγγες, καὶ κεφαλίδες, καὶ θῆκαι, καὶ ἀνθέρικες, καὶ κόκκοι πολυπλασιάζοντες;

Κεφ. ξϑ'. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον εἴπωμεν τὰ ὅμοια τούτοις διηγούμενοι, πόθεν τῷ Μωϋσεῖ υἱῷ τῆς Ἰωχαβὲθ, υἱῷ τοῦ Ἀμρὰμ, τὸ νύξαι πέ-

Cap. LXVIII. — 1. ὁ λόγος pro ὅλος habet edit. princ. 2. ὁ λόγος edit. princ. 3. ὁ λόγος edit. princ.

induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Non dixit mortale solum, neque corruptibile solum, nec immortalem denique animam, sed *corruptibile hoc et mortale,* addito utrobique pronomine *hoc.* Quamobrem granum ipsius, et quidem integrum, non eius tantummodo pars, sed integrum, uti diximus, surrexit, nec aliud quam quod erat antea granum, sed illud ipsum quod in monumentum ceciderat, totum integrumque surrexit. Quid igitur virium habet absurda illa tua sententia? Duo siquidem grana, quae paulo ante retulimus, scriptura commemorat; quorum alterius in evangelio, alterius apud apostolum fit mentio. Primum illud ad rem declarandam efficacissimum est, secundum ea quae perfecte in eo gesta sunt; quod est velut resurrectionis exemplar. Etenim docens istud salvator, et faciens, subinde confirmandis nobis omnia constanter praestitit. Nam de grano deque eodem excitando idcirco disseruit, ut spei nostrae quam de vera resurrectione concepimus fidem assereret. Huic successit apostolus, qui divini spiritus afflatu, sanctorum gloriam, quae post resurrectionem futura est, ac bonorum fructum voluptatemque declarans, eadem grani tritici similitudine demonstrat tale adversus infideles praeconium instituens. *At* Ibid. 35.
dices mihi, Quomodo resurgunt mortui? quonam vero corpore veniunt? Ad haec ita respondit: *Stulte.* Stultus enim est et imprudens, qui omnino de resurrectione dubitat. Ergo ita subiicit, *Stulte, tu quod seminas non vivificatur nisi mortuum fuerit: et quod seminas, non futurum corpus seminas, sed nudum granum, exempli caussa tritici, aut aliorum seminum, et non vivificatur nisi mortuum fuerit: deus autem dat illi corpus sicut voluit, et unicuique semini proprium corpus.* Animadvertis, opinor, non commutari corpus. Nemo enim qui hordeum severit, triticum requirit, neque nigella Romana consita hordeum reperit, sed id ipsum excitatur quod satum est. Ac dummodo aliquid ex ipso relictum in terra fuerit atque ex eo germen effloruerit, sic in corruptibili hoc tritico, quod nulli iudicio obnoxium est, inutile est quod relinquitur, quod excitatur vero praestantius. Illum porro splendorem ac claritatem propter eorum infidelitatem declarare voluit qui nihil a deo quod speretur expectant. Nam revera tenuissimum est tritici granum. In qua quidem tam exigua mole ubinam radices et quasi fundamenta sunt? tum deinde culmus, genicula, tot fistulae, capitella, folliculi, aristae granaque multiplicata?

Clarius quid velim eloquar, atque his similia percurram. Un- Cap. LXIX.
denam Moysi Iochabethae et Amrami filio illa virtus, ut virga sili- Num. 20, 11.

4. *Libri vulgo* ἤγειρε.

τραν ἐν ῥάβδῳ καὶ προςενεγκεῖν ὕδωρ ἐξ ἀπόρου ὕλης; τὸ ξηρὸν εἰς ὑγρὸν [1] μεταβαλεῖν; τὸ πατάξαι θάλασσαν καὶ διαιρεῖν εἰς δώδεκα ὁδοὺς ὁδοιπορίας ἐν θαλάσσῃ τῷ κελεύσματι; τὸ ποταμὸν εἰς αἷμα μεταβαλεῖν; τὸ βάτραχον ὑπὸ θίξιν συναγαγεῖν τοσοῦτον; τὸ τὴν σκνίφα ἐπιπέμψαι Αἰγυπτίοις; τὸ χάλαζαν μῖξαι μετὰ τοῦ πυρός; τὸ νύκτα μέλαιναν καὶ ἐσκοτισμένην Αἰγυπτίοις ἐπικεράσαι ζοφώδη; τὸ πρωτότοκα κτεῖναι τῶν Αἰγυπτίων ἐν θανάτῳ; τὸ στύλῳ πυρὸς καθοδηγεῖν λαὸν δι' αὐτοῦ ποιμαινόμενον; τὸ ἄρτον ἀγγέλων ἐπενέγκαι εὐχῇ καὶ
pag. 600. ἱκεσίᾳ; τὸ ὀρτυγομήτραν ἀνιέναι, καὶ κορεννύειν τοσαύτας μυριάδας ἀνδρῶν διὰ προςτάγματος θεοῦ; τὸ ἀκοῦσαι φωνὴν θεοῦ; τὸ καταξιωθῆναι ἀνὰ μέσον τοσούτων τῶν μυριάδων θεοῦ φωνῆς ἀκούειν καὶ συνομιλεῖν θεῷ; τὸ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν καὶ διὰ τεσσαράκοντα νυκτῶν μὴ ἐπιζητῆσαι τὰ χρειώδη τῶν κατὰ τὴν φύσιν τῆς ἡμετέρας πλάσεως; τὸ μεταβληθῆναι τὴν σάρκα εἰς φαιδρότητα ἡλίου καὶ ἀκτῖνα φωτεινήν, στροβοῦσαν λαὸν πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόςωπον αὐτοῦ; τὸ τὴν χεῖρα σαρκίνην οὖσαν μεταβληθῆναι εἰς χιόνα; τὸ κελεῦσαι τῇ γῇ χᾶναι τὸ στόμα πρὸς ὑποδοχὴν [2] τῶν περὶ Κορὲ καὶ Δαθᾶν καὶ Ἀβειρὼν καὶ Αὐνᾶν; τὸ τέλος ἀκοῦσαι, Ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος, κἀκεῖ τελεύτα; τὸ μὴ γινώσκειν ἄνθρωπον τὴν αὐτοῦ ταφήν; σημαίνοντος τοῦ θείου γράμματος, ὡς ὑπὸ ἀνθρώπων τὸ σῶμα Μωϋσέως μὴ κεκηδεῦσθαι, ἀλλά, καθὼς ὑποτίθεται ἡ διάνοια, ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ταῦτα πάντα ἔτι ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἔτι ἐν τῷ ψυχικῷ τούτῳ καὶ πνευματικῷ ἅμα τελείως γενομένῳ, [3] λαβόντες δὲ ἀπεντεῦθεν τὸν ἀρραβῶνα εἰς ὑπόδειγμα τῆς τελείας τότε βλαστήσεως, ὅτε πληροῦται τὸ εἰρημένον, Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ, σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. Πῶς γὰρ οὐκ ἀσθενὲς τὸ σπειρόμενον, καὶ μὴ γινώσκον ποῦ σπείρεται; πῶς οὐκ ἄτιμον τὸ ἐν μνήματι βαλλόμενον καὶ κόνιν ἐπαμώμενον, λακιζόμενόν τε καὶ ῥιπτούμενον, καὶ ἀναισθητοῦν; πῶς οὐκ ἔντιμον τὸ ἐγειρόμενον, καὶ εἰς αἰῶνα διαμένον, καὶ ἐν ἐλπίδι τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας οὐρανῶν βασιλείαν κτώμενον, ὅπου λάμψωσι δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος, ὅπου ἔσονται ἰσάγγελοι, ὅπου μετὰ τοῦ νυμφίου χορεύσουσιν, ὅπου οἱ περὶ Πέτρον καθέζονται ἐπὶ δώδεκα θρόνους, τὰς δώδεκα φυλὰς κρίνοντες τοῦ Ἰσραήλ, ὅπου λήψονται οἱ δίκαιοι ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; Ἡμῶν τοίνυν ἡ ἀνάστασις ἐν θεῷ, καὶ παντὸς ἀνθρώπου δικαίου τε καὶ ἀδίκου, ἀπίστου τε καὶ

Cap. LXIX. — 1. *Fortasse* μεταβαλών. 2. *Libri vulgo* τοὺς περὶ. 3. *An fortasse* λαβόντος?

cem perforaret, minimeque idonea ex materia laticem aquae proferret? quod siccum erat in humorem converteret? percussum mare Exod. 14. duodecim in vias atque itinera maritima solo imperio divideret? fluvium in sanguinem mutaret? Exod. 7. ranarum tantam repente copiam in unum Exod. 8. cogeret? culices Aegyptiis immitteret? misceret igni grandinem? nigerrimam noctem ac densissimis tenebris obductam iisdem illis Aegyptiis offunderet? Exod. 9. et 10. et 12. et 13. primos Aegyptiorum partus interficeret? igneae columnae beneficio populo, quem pastoris instar regebat, iter praeiret? angelorum panem oratione ac precibus eliceret? coturnices largissime suppeditaret, Exod. 16 et Ps. 77, 25. ac tot hominum millia deo iubente satiaret? eiusdem dei vocem exaudiret? dignus inquam haberetur ex tam infinita Exod. 14, 18. hominum multitudine, qui et dei vocem audiret, et illius colloquio frueretur? quadraginta dies totidemque noctes nullam earum rerum desideraret, quibus naturae necessitate ad vitam sustentandam alimur? illius deinde caro solis in splendorem ac radiantem fulgorem verteretur, qui ita populi oculos perstringeret ut illius faciem fixis oculis contemplari Israelis posteri nequirent? ut illius manus in nivem Exod. 4, 7. mutaretur ex carne? ut ad Core, Dathan, Abiron, et Annan Num. 16. hauriendos dehiscere terram iuberet? ut illud audiret denique: *Ascende in montem, et illic morere?* ut illius sepulturam hominum Deut. 32, 49. nemo cognosceret? Quandoquidem sacrae istud literae significant, non esse ab hominibus Moysis corpus sepultum, sed ab angelis videlicet, quod verba ipsa tacite intelligentiae nostrae subiiciunt. Atque haec omnia tum gesta sunt, cum adhuc in hoc mundo versaretur, gesta autem in eo quod animale erat ac spiritale perfecte simul est factum. Sed nos velut quoddam illinc pignus accipimus, ad illius perfectae pullulationis exemplum, quae tum accidet, cum dictum illud implebitur: *Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria: seminatur in infirmitate, resurget in virtute.* 1. Cor. 15, 43. Etenim nonne infirmum est quod ita seminatur, ut ubi seminetur ignoret? Ignobilitate vero nonne plenum illud est quod in sepulchrum abiectum obruitur aggestu pulveris, ac laceratur, proiicitur omnique sensu destituitur? Contra vero nonne gloriosum id est, quod ad vitam excitatur, et in sempiternum permanet, ac cum divinae benignitatis spe ac fiducia coeleste regnum possidet? *Ubi fulgebunt iusti sicut sol?* Matth. 13, 43. Ubi *angelis erunt aequales?* Matth. 22, 30. Ubi cum sponso choreas agent? ubi cum Petro apostoli *duodecim in thronis consident, totidemque Israelitarum tribus iudicant?* Matth. 19, 28. Ubi ea iusti percipient, *quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit deus diligentibus se?* 1. Cor. 2, 9. Nostra igitur resurrectio dei est ope ac virtute futura, generisque hominum omnis, tam iustorum videlicet quam in-

πιστοῦ, τῶν μὲν ἐγειρομένων εἰς ζωὴν αἰώνιον, τῶν δὲ εἰς κρίσιν αἰώνιον.

Κεφ. ο'. pag. 601. Καὶ σιώπα Βαβυλὼν, ἡ ἀρχαία πάλιν ἡμῖν ἀνακαινιζομένη σύγχυσις. Πεφίμωσο Σόδομα, καὶ ἡ τῆς πολλῆς σου δεινότητος πρὸς θεὸν κραυγὴ ἀνερχομένη· Ἥξει γὰρ ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος ἀποστρέψαι ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ, καὶ σαλπίσει, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται, καὶ ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα εἰς συνάντησιν αὐτῷ εἰς ἀέρα. Ὡς καὶ ὁ καλλίων μακαρίτης Μεθόδιος εἶπε· τοῖς δὲ αὐτοῖς καὶ αὐτοὶ οἰκοδομοῦντες προσεθήκαμεν. Ἀπὸ γὰρ τῶν συνεζευγμένων ἑκάστης λέξεως ἔστιν ἰδεῖν τὰ [1] ἐπίχειρα. Διαιρῶν γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόστολος τῶν δύο τρόπων τὸ εἶδος εἰς μίαν ἐλπίδα συνήγαγεν, ἀπὸ τοῦ, Ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, ἵνα δείξῃ ὄντως τοῦτο τὸ σῶμα, καὶ οὐχ ἕτερον παρὰ τοῦτο (ὁ γὰρ ἁρπαγεὶς οὔπω τέθνηκε), δεικνὺς δὲ ὅτι οὐ φθάσομεν τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, ἵνα τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἄπορον θεῷ εὐπόριστον καὶ δυνατὸν ἀποδείξῃ. Ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κεκοιμημένους, καὶ τὴν αὐτῶν ἀνάστασιν· ἔδειξε τοὺς ζῶντας καὶ ἁρπαζομένους, ἵνα ἀπὸ τῶν ζώντων δείξῃ τὰ ἐκείνων σώματα ὁλοσχερῆ ἐγειρόμενα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐκείνους πρωτεύειν τῶν περιλειπομένων ζώντων τὸ δυνατὸν τοῦ θεοῦ ἀποδείξῃ. Καὶ ὁρᾶτε οἱ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελόμενοι, ὅτι πάντες οἱ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐνεχθέντες ἑαυτοῖς τὴν ἀδικίαν προσεπορίσαντο. Ὡς καὶ ὁ ἅγιος προφήτης Δαβὶδ λέγει, Συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. Πᾶς γὰρ ὁ ἑαυτῷ συνάγων τὸν πόνον τῶν ἀλλοτρίων διανοημάτων ἑαυτῷ τίκτει τὴν ἀδικίαν καὶ τοῖς πειθομένοις. Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα πάντα εἴ τις ἔχει ἀντιλέγειν, ἡκέτω ἐπὶ τῷ θεῷ, ἀντιπράττων [2] καμέτω. Θεὸς γὰρ ἰσχυρὸς οὐ κοπιάσει, οὐδὲ διψήσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. Ἐν ᾗ τὰ λελυμένα σώματα ἐγείρει, ἐν ᾗ τὸ ἀπολλύμενον σώζει, ἐν ᾗ τὸ τεθνηκὸς ζωογονεῖ, ἐν ᾗ τὸ φθαρτὸν ἀφθαρσίαν ἀμφιέννυσιν, ἐν ᾗ τὸν κόκκον τὸν πεσόντα εἰς ἀνάστασιν φέρει, ἐν ᾗ τὸν σπαρέντα καὶ ἀποθανόντα εἰς περισσοτέραν φαιδρότητα ἄγει ἀνακαινίζων· ὡς ἐν πολλαῖς γραφαῖς ἐμφέρεται, αἰνιττομένης τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως.

Κεφ. οα'. pag. 602. Ἐν μὲν τῷ Δαβὶδ περὶ τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβὶδ ψαλμὸς, ὡς καραδοκῶν ὁ προφήτης καὶ πνεύματι ἁγίῳ σκοπῶν τὸ μέλλον εὐλόγως περὶ ἀναστάσεως ἔφη, Ὑψώσω σε, κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με,

Cap. LXX. — 1. „Vox τὰ ἐπίχειρα non satis huic sententiae convenit. Fort. ἐπίχαιρα". *Petavius. Retinendum esse* τὰ ἐπίχειρα *persuadet alter locus haer.* 66, 45., *ubi* ἐπίχειρα *item fere significat* πρόχειρα, *vel* προὔπτα, *h. e.* aperta, prompta.

iustorum, infidelium perinde ac fidelium, quorum *ad vitam alii, ad* Matth. 25, 46.
aeternum alii iudicium resurgunt.

Sile igitur Babylon, vetus illa nobis instaurata confusio: ta- Cap. LXX.
cete, inquam, Sodoma, horribiliumque vestrorum scelerum clamor
ad deum usque provectus. *Veniet enim ex Sion liberator qui ab Iacob* Isai. 59, 20. 1. Cor. 15, 52.
impietates avertat, atque is *tuba personabit, et resurgent mortui, et* 1. Thess. 4, 17.
nos rapiemur in occursum illius in aëra. Id quod longe quam ego praeclarius beatus Methodius pertractavit, et nos iis quae ab eo disputata sunt istud adstruximus. Enimvero ex his quae coniuncta sunt uniuscuiusque dictionis sensum licet intelligere. Atque apostolus duplicis modi speciem distinguens in unam spem contulit, ab iis verbis: *Nos rapiemur in nubibus in occursum illius*, ut hoc ipsum corpus vere esse, non praeter ipsum aliud, ostenderet. Nam qui rapitur, nondum est mortuus. Sed et illud demonstrat, mortuorum nos resurrectionem minime anteversuros esse, ut quod expediri ab hominibus non potest, a deo explicari facile ac fieri posse declararet. *Nos enim*, inquit, *qui vivimus, non praeveniemus eos qui dormiunt;* quorum resurrectionem indicat. Et has voces, *viventium* ac *raptorum*, addidit, ut priori corpora illorum doceret integra resurgere, atque ex eo quod viventes reliquos anteirent dei potentiam indicaret. Videte quaeso quotquot vitae vestrae curam geritis, omnes qui ad oppugnandam veritatem insurrexerunt sibi ipsis iniustitiae labem acquisivisse. Quod iis verbis David propheta testatur: *Concepit labo-* Ps. 7, 14.
rem, et peperit iniquitatem. Nam qui alienarum absurdarumque cogitationem laborum sibi colligit, tam sibi quam quibus persuadere
poluerit, iniustitiam parit. *Lacum aperuit, et effodit illum, et in-* Ps. 7, 15.
cidet in foveam quam fecit. Ac si quis his omnibus contradicere potest, prodeat in medium, ac deo, si potest, labore suo resistat.
Deus enim fortis, non laborabit, neque sitiet, neque est investigatio Isai. 40, 28.
prudentiae ipsius. Qua fretus dissoluta corpora excitat, quod perditum est servat, quod mortuum est ad vitam revocat, corruptum incorruptione vestit, granum quod cecidit ad resurrectionem erigit, hominemque qui satus ac mortuus est uberiorem ad splendorem instaurando perducit, uti pluribus in scripturae locis expressum est, in quibus resurrectio nostra significatur.

Sic apud Davidem in illo Psalmo qui *De aedis dedicatione* in- Cap. LXXI.
scriptus est, in quo velut expectationis suspensus et futura spiritus sancti ope diu ante propheta prospiciens consentanee de resurrectione
ita pronuntiat: *Exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me;* instau- Ps. 29, 1.

2. χαμέτω *ego. Libri omnes* χαμάτῳ. *Petavio placuit* ἀκαμάτῳ.

ἀνακαινίζων μου τὸν οἶκον, τουτέστι τὸ σῶμα τὸ πεσὸν, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐμέ. Καὶ Σολομὼν ἐν Παροιμίαις ὡσαύτως εἰς τὴν ἐκεῖσε ἑτοιμασίαν τὰ πάντα τῆς ἐλπίδος παρασκευάζων προὔτρεπε, φάσκων, Ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, ἔξοδον λέγων τὴν ἀπεντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, καὶ, Ἑτοιμάζου, φησὶν, εἰς τὸν ἀγρὸν, ὁμοῦ πᾶσι τὴν νουθεσίαν ἐπεκτεινόμενος τοῖς κατὰ ἀγρόν τε καὶ κατὰ ἄστυ, λογίοις τε καὶ τοῖς τὰς βαναύσους τέχνας ἐπιχειροῦσιν, οἷς οὐδεμία ἐργασία κατὰ ἀγρὸν ἐπιζητουμένη. Πόθεν γὰρ λινουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις, ποιηταῖς τε καὶ λογογράφοις, ἡ κατὰ τὴν ἄρουραν ἑτοιμασία; — συλλήβδην γὰρ ὁμοῦ ἡ φωνὴ ἀδιακρίτως τοὺς πάντας ἐπειποῦσα κέκληκεν, Ἑτοιμάζου εἰς τὸν ἀγρόν· — ἀλλ' ἢ τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ πολίτῃ τε καὶ ἀγροίκῳ ἀπόθεσις τοῦ σώματος ἀγρὸς, διὰ τὴν ταφὴν καὶ τὸ τέλος. Εἶτα μετέπειτα τὴν αὐτὴν τῆς ἀναστάσεως σημαίνων ἐλπίδα φάσκει, Καὶ ἀνοικοδομήσεις τὸν οἶκόν σου. Ἅπαξ γὰρ ᾠκοδομήθη ἐν τῇ πλάσει τῇ κατὰ τὴν γαστέρα, ὅτε αἱ μητέρες ἐκυΐσκον ἕκαστον ἡμῶν ἐν τῇ πλάσει, ἀπὸ δὲ τῆς γῆς ἡ ἀνάστασις, ἢ ἀπὸ ἀγροῦ, [1] ἔτι οἰκοδομουμένου, διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ καθαίρεσιν ἐν τῷ τῆς ταφῆς πτώματι. Ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἔφη, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, ἢ οἰκοδομῶ αὐτὸν, σοφία ὢν, καὶ ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ, ᾗ οὐκ ἔστιν ὑπὸ ἀνθρώπων ἐξεύρεσις, ἐν ᾗ ἐξ ἀπόρων τόπων, διαχυθέντων ἡμῶν τῶν σωμάτων τῶν μὲν εἰς τέφραν, τῶν δὲ ἐν θαλάσσῃ, [2] τῶν δὲ ὑπὸ σαρκοβόρων οἰώνων, τῶν δὲ ὑπὸ θηρῶν, τῶν δὲ ὑπὸ σκωλήκων φθαρέντων, φέρει.

Κεφ. οβ'. Εἰ γὰρ τὰ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν εἰς τὸ εἶναι, πόσῳ γε μᾶλλον τὸ ὂν εἰς τὴν ἰδίαν κατάστασιν εὐχερῶς ἀποκαταστήσειεν; ἵνα δικαίαν ὁρίσῃ κρίσιν, ἵνα μὴ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου κρίνῃ, ἵνα μὴ ἀποστερήσῃ τὸ καμόν. Εἰ γὰρ ψυχῆς ἡ ἀπόλαυσις καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομία, μετασχέτω τὸ σῶμα ὃ βούλεται. Τρυφάτωσαν οἱ περὶ τὸν Γεδεών· μὴ μάτην καμνέτω Ἰωάννης ἐκ καμήλων ἔχων τὸ ἔνδυμα, μὴ ἐν
pag 603. ἀναχωρήσει τὴν σάρκα ὑπωπιάσωμεν, μὴ τὰ σώματα ἡμῶν δαμάσωμεν τῇ ἁγνείᾳ. Εἰ δ' ἄρα κοινωνεῖ σῶμα ἐν πολιτείαις, ἐν ἁγνείᾳ, ἐν νηστείᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, οὐκ ἄδικος ὁ θεὸς ἀποστερεῖν τὸν κάματον τοῦ κεκμηκότος, καὶ μὴ ἀποτῖσαι τὴν μισθαποδοσίαν τῷ ἅμα τῇ ψυχῇ κεκμηκότι σώματι. Εὐθὺς γὰρ εὑρεθήσεται ἀργὴ ἡ κρίσις. Εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ μονωτάτη εὑρεθήσεται, ἀντιλέξειεν κρινομένη ὅτι, Οὐκ

Cap. LXXI. — 1. *Rescripsi* ἔτι οἰκοδομουμένου, διὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ, *Petavium secutus, atque Cornarium, qui vertit:* „— quae reaedificatur propter illatam ipsi destructionem in sepulturae ruina.“ *Libri praebent vulgo:* οὐκέτι οἰκοδομουμένη, διὰ τὴν ἐνεχθεῖσαν αὐτῇ.

2. *Vulgo* τῆς.

randa scilicet domo mea, hoc est corpore quod ceciderat, *et non delectasti inimicos meos super me.* Ita et in Proverbiis Salomon ad futuram illam vitam spem omnem nostram praeparans hunc in modum hortatur: *Praepara in exitum opera tua.* Nam exitus nomine Prov. 24, 27.
decessionem ex hac vita complexus est. Et, *Praeparare*, inquit, *ad agrum.* Quam commonitionem pertinere ad omnes voluit qui in agro aut in urbe degerent, ac tam eruditos quam opifices ac mechanicos, qui nullum in agro opus habent quod exerceant. Quid enim linificibus et aurifabris, aut poëtis ceterisque scriptoribus est cum agrorum cultura commune? Quare vox illa sine ullo discrimine universos simul appellat, *Praepara te ad agrum*, atque illud significat, omnium hominum generi, tam urbano quam rustico, corporis depositionem agri instar esse, propter sepulturam ac vitae exitum. Deinde eandem spem resurrectionis ostentans addit, *Et instaurabis domum tuam.* Quippe semel cum in utero formaretur est exstructa, cum scilicet unumquemque nostrum matres fingendi caussa parturirent. Tum a terra fit agrove resurrectio, cum eversa post illam in sepulchrum deiectionem domus erigitur. Quod et redemptor noster sic locutus aperuit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus su-* Ioann. 2, 19.
scitabo illud, sive aedificabo; utpote cum sapientia sit, et quidem pro summa sua prudentia, quam *nulla hominum investigatio* potest Isai. 40, 28.
assequi. Qua etiam praeditus difficillimis ex locis, delapsis dissolutisque corporibus nostris, ac partim in cineres conversis, partim in mári, partim a carnivoris avibus, partim a bestiis, partim vermibus consumptis, eadem nihilominus restituit.

Nam si quae nihil erant, aliquid ut essent, perfecerit, quanto Cap. LXXII.
id quod iam existit propriam in naturam conditionemque facilius instaurabit, ut et rectum iudicium instituat, et alterum pro altero non condemnet, et quod labore fatigatum est sua mercede non privet? Etenim si ad solam animam fructus et coelestis regni possessio pertinet, sane corpus iis omnibus quae concupiverit fruatur, versetur in deliciis Gedeon, neque frustra Ioannes labore se cruciet, contexto ex camelorum pilis cilicio vestitus, neque in solitudines abditi *car-* Matth. 3, 4.
nem nostram suggillemus, neque corpora castitatis exercitatione do- 1. Cor. 9, 27.
memus. Sin autem omnium vitae institutorum, si castimoniae, si ieiunii, si ceterarum virtutum corpus est particeps, *non iniustus est* Hebr. 6, 10.
deus, ut ei qui laboraverit laboris mercedem subtrahat, corporique quod cum anima communiter in laborem incubuerit nullum praemium persolvat. Hoc enim posito inane ac supervacaneum erit iudicium. Nam si sola duntaxat anima sisteretur, obiicere in iudicio posset,

ἀπ' ἐμοῦ τὸ αἴτιον τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φθαρτοῦ, καὶ γηΐνου σώματος, τὸ πορνεύειν, τὸ μοιχεύειν, τὸ ἀσελγαίνειν· ἐξότε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη, οὐδέν μοι τούτων πέπρακται. Καὶ ἔσται εὐαπολόγητος, καὶ παραλύουσα τὴν τοῦ θεοῦ κρίσιν. Εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ ἀγάγοι ὁ θεὸς (δύναται γὰρ, ὡς καὶ ἄνω μοι διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ δεδήλωται, εἰ καὶ διὰ παραβολὴν τὸ ἔργον γεγένηται), ἀλλὰ τὸ εἶδος εἰς ἀλληγορίαν τῆς τότε [1] παραβουλευθείσης ἀληθείας ἐτελειώθη, ὡς συνήχθη ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ ξηρῶν ὄντων τῶν ὀστέων, καὶ οὐδέπω ψυχῆς, οὐδὲ πνεύματος τοῦ κινοῦντος ἐν αὐτοῖς ὄντος· καὶ εὐθὺς τὰ σώματα συνήχθη, καὶ κατὰ τὸν τοῦ προφήτου λόγον ἐστερεώθη. Καὶ εἰ θέλει θεὸς, δυνατός ἐστι τοῦτο ποιῆσαι, ἄνευ ψυχῆς παρεῖναί τε καὶ κινεῖσθαι, ὡς καὶ τὸ τοῦ Ἄβελ αἷμα σῶμα ὂν μετὰ θάνατον ἐφθέγγετο, καὶ οὐ ψυχὴ (οὐ γὰρ ψυχή ἐστι τὸ αἷμα, ἀλλὰ σῶμά ἐστι τὸ φαινόμενον), ἀλλ' οὐ δυνήσεται σῶμα ἄνευ ψυχῆς κριθῆναι. Ἀντιλέξειε γὰρ καὶ αὐτὸ, λέγον ὅτι, Οὐκ ἐγὼ ἥμαρτον, ἀλλὰ ἡ ψυχή· μὴ ἐξότε ἀπεκινήθη ἀπ' ἐμοῦ, [2] μὴ ἐμοίχευσα; μὴ ἐπόρνευσα; μὴ εἰδωλολάτρησα; Καὶ ἔσται ἀντιλέγον τὸ σῶμα τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ εὐλόγως ἀντιλέγον. Τούτου ἕνεκα τοίνυν, καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα καὶ ἀναγκαῖα, ὁ θεὸς ἐν τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ τὰ τεθνεῶτα ἡμῶν σώματα καὶ τὰς ψυχὰς εἰς παλιγγενεσίαν φέρει ἐν τῇ αὐτοῦ ὑποσχέσει τῆς φιλανθρωπίας, εἰς τὸ τὸν κεκμηκότα ἐν ὁσιότητι ἀπολαβεῖν τὴν πᾶσαν ὑπὸ θεοῦ καλὴν ἀνταπόδοσιν, καὶ τοὺς τὰ μάταια πεποιηκότας ὡσαύτως κριθῆναι, σῶμα ἅμα ψυχῇ, καὶ ψυχὴν ἅμα σώματι.

Κεφ. ογ'. *Ἀλλὰ ἀρκέσει μοι ταῦτα πρὸς τὸν ἐθελόσοφον Ὠριγένην, τὸν ματαίως ἑαυτῷ ἐπιθέμενον ὄνομα Ἀδαμάντιον, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀτο-*
pag. 604. *πίαν καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς πίστεως κακῶς ἐπινενοημένην ὀλέθριον διδασκαλίαν. Παρελθὼν δὲ καὶ τούτου τὴν αἵρεσιν καθεξῆς τὰς ἄλλας, ἐπιπόθητοι, διασκέψομαι, θεὸν συνήθως ἐπικαλούμενος [1] ἀρωγὸν τῆς ἡμῶν ἰδιωτίας, πρὸς τὸ δυνηθῆναι ἀντισχεῖν πρὸς πᾶσαν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγειρομένην φωνὴν ματαίαν καὶ ἡττῆσαι, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου ῥηθέντα ὅτι, Πᾶσα φωνὴ ἣ ἐπαναστήσεται ἐπὶ σὲ, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις, οἱ δὲ ἔνοχοι ἔσονται ἐν αὐτῇ· ἵν' οὕτως ἐν θεῷ τὸ ἐπάγγελμα περαιωσάμενοι τοῖς βουλομένοις νουνεχῶς ἐντυγχάνειν, εἰς γυμνασίαν ἀληθείας καὶ φάρμακον ἰάσεως περὶ ἑκάστου θηρὸς καὶ ἰοβόλου ἑρπετοῦ, τῶν προσώπων τῶν*

Cap. LXXII. — 1. παραβολευθείσης *placuit Petavio.* 2. μὴ *uncinis notavit Petavius.*

Non a me peccatum exortum est, sed a corruptibili illo terrenoque corpore stuprum, adulterium ac libidines profectae sunt: nam ex quo tempore a me seiunctum est, nihil est horum commissum. Honesta sane excusandi sui ratio, et ad dei iudicium evertendum idonea. At si corpus ipsum quoque deus produxerit, hoc enim facere potest, ut Ezechiele supra demonstravimus, tametsi figura quadam ac similitudine tum id opus perfectum fuerit: verum ad veritatem, quae tunc similitudine illa referebatur, adumbrandam istiusmodi species est expressa. Cum scilicet os unum ad alterum, et compages Ezech. 37, 7. ad compagem accommodata est, ac cum arida essent ossa, nec ulla adhuc anima vel spiritus, quo agitarentur, in ipsis inesset, subinde tamen coagmentata sunt et, ut propheta loquitur, *solidata corpora.* Ac si ita deo libuerit, perficere istud potest, nullo ut animae interventu prodeant, ac sese commoveant. Non secus atque *Abelis sanguis post obitum* loquebatur, non anima. Gen. 4. Non enim anima est sanguis, sed corpus illud quod apparet. Verum corpus sine anima iudicari non potest. Nam et ipsum resisteret, et hunc in modum exciperet: Non ego peccavi, sed anima; ex quo enim tempore a me discessit, num adulterium, num stuprum ullum admisi? num simulacra colui? Ita corpus iustissimo dei iudicio, et quidem iure, contradicet. Quibus de caussis, aliisque compluribus ac necessariis, pro infinita sua sapientia deus emortua nostra corpora et animas novam ad generationem perducit, quemadmodum ex ingenti sua humanitate promisit. Ut qui in sanctitatis officiis elaboraverit, eximium a deo praemium omne percipiat, et quorum inania fuerint opera, perinde iudicentur: ut et corpus cum anima, et anima cum corpore ei se iudicio subiiciant.

Atque haec adversus arrogantem illum Origenem dicta suffi- Cap. LXXIII. ciant, qui frustra Adamantii sibi nomen imposuit, atque adversus illius absurda dogmata perniciosamque doctrinam, quam contra veritatem multis in fidei nostrae partibus excogitavit. Nunc illius haeresi praetermissa deinceps me, carissimi, ad alias considerandas transferam, a deo pro more postulans tenuitatis ut nostrae adiutor esse velit, ut adversus inanem vocem omnem quae contra veritatem insurgit resistere ac victoriam obtinere possimus; ut Esaias propheta dicit: *Omnis vox, quae insurget contra te, omnes illos superabis; hi* Isai. 54, 17. *autem rei erunt in illa.* Ut cum dei auxilio quod proposuimus executi, in eorum gratiam, qui sapienter haec nostra legere voluerint, ad illustrationem veritatis et salutare quoddam medicamentum, quod antidoti sit instar, adversus uniuscuiusque serpentis, ac venenati

Cap. LXXIII. — 1. ἀῤῥωγὸν *edit. princ.*

αἱρέσεών φημι, δίκην ἀντιδότου, καὶ ταυτησὶ τῆς τῶν Ὠριγενιαστῶν φρύνου δίκην μεμορφωμένης, ἐκ νοτίδος πολλῆς κυκῶντος καὶ φωνῇ μείζονι ἐπικραυγάζοντος, λαβόμενοι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν προπότιον, ὡς εἰπεῖν, ἀποβλύσωμεν τὸ γλισχρῶδες τοῦ ἰοῦ τοῦ φρύνου καὶ ἑρπετώδους μοχθηροῦ τὴν ἀδικίαν. Συμβέβηκε γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ πάντων τῶν παθῶν. Ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχω καὶ στενάζω ὅτι, Οἴμοι, πῶς ἐβλάβης, πόσους τε ἄλλους ἔβλαψας, ὡς ὑπὸ δεινῆς ἐχίδνης δηχθεὶς, ἀπὸ τῆς κοσμικῆς προπαιδείας φημὶ, καὶ ἄλλοις δηλητήριον γέγονας.

Φασὶ γὰρ οἱ φυσιολόγοι τὸν [2] μυωξὸν ἐμφωλεύειν καὶ τὰ γεννήματα αὐτοῦ ἐπιτοαυτὸ πολλὰ τίκτειν, ἕως πέντε καὶ ἔτι, τὰς δὲ ἐχίδνας [3] τούτους θηρᾶσθαι· καὶ ἐὰν εὕρῃ ὅλον τὸν φωλεὸν ἡ ἔχιδνα, μὴ δυναμένη τοὺς ὅλους καταφαγεῖν ὑπὸ ἓν, ἐσθίει εἰς κόρον ἕνα ἢ δύο, τῶν δὲ λοιπῶν κατακεντήσασα τοὺς ὀφθαλμοὺς σιτία φέρει καὶ ἀνατρέφει τυφλὰ γεγονότα, ἕως ὅτε βούλεται ἕκαστον αὐτῶν προφέρειν, καὶ τοῦτον ἐσθίειν. Ἐὰν δὲ συμβῇ τινας ἀπείρους περιτυχεῖν τοῖς τοιούτοις, καὶ λάβωσιν αὐτὰ εἰς ἐδωδὴν, δηλητήριον ἑαυτοῖς λαμβάνουσιν ἀπὸ τοῦ ἰοῦ τῆς ἐχίδνης ἀνατεθραμμένα. Οὕτω καὶ σὺ, Ὠριγένη, ἀπὸ τῆς προειρημένης Ἑλληνικῆς παιδείας τυφλωθεὶς τὸν νοῦν ἐξήμεσας τὸν ἰὸν τοῖς πεισθεῖσί σοι, καὶ γέγονας αὐτοῖς εἰς βρῶμα δηλητηρίου, δι' ὧν αὐτὸς ἠδίκησαι ἀδικήσας τοὺς [4] πλείους.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

2. μ..ξον *edit. princ. At in versione Latina Cornarius plene scripsit* Myoxum.
3. τούτοις *edit. princ.*
4. *In fine capitis huius et libri in cod. Veneto ab eadem manu addita leguntur haec:* Εἴπαμεν δὲ κατ' αὐτοῦ τοῦ Ὠριγένους ἐν ταῖς ἄνω διαλαλιαῖς ὡς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐβλασφήμησε, ποιητὸν θεὸν ὁρισάμενος, καὶ μὴ δύνασθαι ὁρᾶν τὸν πατέρα· ὡσαυτῶς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα μὴ δύνασθαι ὁρᾶν τὸν υἱὸν, καὶ ὡς τὴν ψυχὴν προϋπάρχουσαν παρεξηγή-

reptilis insidias, hoc est varias haereseon formas, et huius Origenianae potissimum, quae instar rubetae multo ex humore formatae miscet omnia, ac maiori clamore contendit, Christi domini resurrectione sumpta, velut potione quadam ad praecavendum parata, lentum ac viscosum virus exspuamus, nimirum rubetae illius ac serpentis nequissimi perniciem. Hoc enim ipsi ad alias calamitates accessit. Unde illius caussa doleo ac vehementer ingemisco. Hei mihi! quomodo laesus ipsae alios plerosque laesisti, atque ab externis mundi huius disciplinis, quasi ab horribili quadam vipera morsus, ceteris veneni instar es factus!

Ceterum naturalium rerum scriptores asserunt Myoxum in latibulis suis fetus eodem partu plures edere, quinque videlicet, et eo amplius iisque insidiari viperam. Quae universos in latibulo nacta cum devorare simul omnes nequeat, tum quidem unum alterumque ad satietatem absumit, ceteros confossis oculis ad pabulum aufert, caecosque nutrit, donec prolatos, ubi libitum est, singulos depascatur. Ac si forte ignari quidam in tales inciderint, et ad vescendum ceperint, letiferum ex iis venenum hauriunt, utpote viperae veneno nutritis. Ita et tu, Origenes, a Graecanicis illis disciplinis mentis oculis excaecatus, in eos qui tibi adhaeserunt tuum virus evomuisti, iisdemque exitialis cibi loco fuisti, atque iis ipsis rebus, quae detrimento tibi fuerunt, detrimentum illis attulisti.

FINIS PRIORIS TOMI LIBRI SECUNDI.

σατο, καὶ ἄνω πλημμελήσασαν εἰς τὸ σῶμα κατῆχθαι, καὶ ὅτι ὁ διάβολος ἀποκατασταθήσεται εἰς τὴν ἰδίαν ἀρχήν. Ἐμακαρίσθη τοίνυν Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς καὶ οἱ λοιποὶ ἅγιοι ὅτι κοινωνοὶ αὐτοῦ ἔσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἀλληγορικῶς εἶναι Παράδεισον, καὶ τὰ ὕδατα ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ.

pag. 605.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΔΕΥΤΕΡΩΙ ΤΟΜΩΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ, ΠΕΜΠΤΩΙ ΔΕ ΟΝΤΙ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ, ΕΝ ΩΙ ΕΙΣΙΝ ΑΙΡΕΣΕΙΣ ΠΕΝΤΕ, ΟΥΤΩΣ.

α΄. Παύλου τοῦ Σαμοσατέως. Οὗτος ἀνύπαρκτον τὸν Χριστὸν ὀλίγου δεῖν διαβεβαιοῦται, λόγον προφορικὸν [1] ὄντα σχηματίσας, ἀπὸ δὲ Μαρίας καὶ δεῦρο εἶναι· προκαταγγελτικῶς τὰ περὶ αὐτοῦ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰρημένα [2] ἔχοντος, μὴ ὄντος δὲ, ἀλλὰ ἀπὸ Μαρίας καὶ δεῦρο ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου [3] παρουσίας.

β΄. Μανιχαῖοι, [4] οἳ καὶ Ἀκουανῖται, οἱ [5] ἀπὸ τοῦ Μάνη μαθηταὶ τοῦ Πέρσου, Χριστὸν [6] σχήματι λέγοντες, ἥλιον σέβοντες καὶ σελήνην, ἄστροις τε καὶ δυνάμεσι καὶ δαίμοσιν εὐχόμενοι, ἀρχὰς δύο εἰςάγοντες, πονηράν τε καὶ ἀγαθὴν, ἀεὶ οὔσας· Χριστὸν δὲ δοκήσει πεφηνέναι, καὶ δοκήσει πεπονθέναι· παλαιὰν διαθήκην βλασφημοῦντες, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα θεόν· κόσμον δὲ οὐ τὸν πάντα, ἀλλὰ μέρος ἐκ θεοῦ γεγενῆσθαι ὁριζόμενοι.

γ΄. Ἱερακῖται, οἱ ἀπὸ τοῦ [7] Ἱέρακος τοῦ Λεοντοπολίτου τοῦ Αἰγύπτου, ἐξηγητοῦ τινος, σαρκὸς ἀνάστασιν [8] ἀθετοῦντος· χρώμενοι παλαιᾷ καὶ νέᾳ διαθήκῃ, καὶ ἀπαγορεύοντες γάμον παντελῶς, μονάζοντάς τε καὶ παρθένους δεχόμενοι, καὶ ἐγκρατευομένους, καὶ [9] χήρους· τὰ δὲ μηδέπω ἐν ἡλικίᾳ γεγονότα παιδία βασιλείας μὴ μετέχειν, διὰ τὸ μὴ ἠθληκέναι.

δ΄. [10] Μελητιανοὶ, οἱ ἐν Αἰγύπτῳ σχίσμα ὄντες, ἀλλ' οὐχ αἵρεσις, μὴ συνευξάμενοι τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσι, νῦν δὲ Ἀρειανοῖς συναφθέντες.

1. αὐτὸν *Io. Damascenus et Anacephal.*
2. ἔχοντος μὲν, μὴ *Io. Damasc. In Anacephalaeosi hoc* μὲν *comparet post* προκαταγγελτικῶς.
3. παρουσίας ἔχειν τὴν ὕπαρξιν *Io. Damasc.*
4. οἱ *libri.*
5. *Vocem* ἀπὸ *uncinis inclusit Petav. Nec habent Io. Damasc. et Anaceph. Pro* Μάνη *in Anaceph. extat* Μανῆ, *in Io. Damasc.* Μανοῦ.

INDICULUS HAERESEON QUAE IN TOMO II. LIB. II. CONTINENTUR, QUI EST EO QUEM SUPRA POSUIMUS ORDINE V., IN QUO HAERESES V CONTINENTUR, HOC MODO.

I. Pauli Samosateni. Hic propemodum non existere Christum affirmat, atque eiusmodi verbum esse fingit quod in prolatione consistit; eundem porro esse a Maria coepisse. Ac quae sacris in literis de eo pronuntiata sunt, praedicentis esse more dicta, cum ipse nondum existeret, sed a Maria, uti diximus, et ab eo duntaxat tempore quo carne praeditus advenit esse coeperit.

II. Manichaei, quos et Acuanitas vocant, Manis Persae discipuli. Christum figuram quandam esse defendunt, Solem Lunamque venerantur. Stellis ac virtutibus et daemonibus supplicant. Sempiterna duo principia, bonum ac malum, constituunt. Christum specie tenus apparuisse, specieque tenus esse passum. Vetus testamentum, eumque qui in illo locutus est, maledictis onerant. Mundum non universum a deo, sed eius partem fabricatam esse statuunt.

III. Hieraciae ab Hierace interprete ac doctore quodam Leontopoli, quod Aegypti oppidum est, oriundo. Qui resurrectionem carnis respuit. Utuntur illi veteri ac novo testamento. Nuptiis penitus interdicunt. Monachos et virgines continentes ac viduos admittunt. Pueros matura nondum aetate regni coelestis participes esse negant, quod nondum certamine perfuncti sunt.

IV. Meletiani schismatis in Aegypto, non haeresis locum obtinent. Qui cum illis precum communione coniungi noluerunt, qui in persecutione lapsi sunt. Nunc se ad Arianos aggregarunt.

6. *Ita et Io. Damasc. Sed in utroque fortasse reponendum* σχῆμά τι.

7. *Ab ipso Epiphanio plerumque appellatur* Ἱέραχας; *sed et* Ἱέραξ *haer.* 55, 5.

8. ἀθετοῦντες *Io. Damasc.*

9. χήρας *Io. Damasc. Cf. haer.* 67, 2., *ubi etiam extat* χήρα.

10. Μελιτιανοί, *uterque codex scriptus.*

pag. 606. ε'. Ἀρειανοὶ, [11] οἳ καὶ Ἀρειομανῖται, οἱ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ κτίσμα λέγοντες, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα κτίσματος, σάρκα μόνον τὸν σωτῆρα ἀπὸ Μαρίας εἰληφέναι διαβεβαιούμενοι, καὶ οὐχὶ ψυχήν. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἄρειος πρεσβύτερος Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

[12] Αὕτη καὶ ἡ τοῦ δευτέρου βιβλίου, πέμπτου δὲ ἀπ' ἀρχῆς τῆς ἀκολουθίας ὄντος, ἀνακεφαλαίωσις αἱρέσεων πέντε.

11. *Vulgo* οἱ.

V. Ariani, sive Ariomanitae, dei filium creaturam esse dicunt, spiritum vero sanctum aliam esse creaturam. Salvatorem nostrum carnem duntaxat a Maria, non animam accepisse confirmant. Fuit hic Arius Alexandri episcopi Alexandriae presbyter.

Haec est quinque haereseon summa, quae in hoc II. libro, sive ordine V., continentur.

12. *Verba* Αὕτη - - - πέντε *non extant in cod. Rhedig.*

pag. 607.

* ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

ΚΑΤΑ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ,

τεσσαρακοστὴ πέμπτη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ πέμπτη.

Κεφ. α'. *Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς καλούμενος τούτους διαδέχεται, γεγονὼς μετὰ Ναυᾶτον καὶ Ὠριγένην, τὸν [1] λοιπὸν ἐν αἱρέσει ἀριθμούμενον δι' ἣν ἠθέλησεν ὑψαυχενίαν ἑαυτῷ ἐπισπάσασθαι, καὶ ἐπαρθῆναι κατὰ τῆς ἀληθείας, διὰ τῆς κομπώδους αὐτοῦ φλυαρίας καὶ ἐν διαβόλου [2] ἐπισεσεισμένης ἐννοίας. Ὃν πενθεῖν δεῖ, ὡς ἀληθῶς φθόνῳ διαβόλου [3] ἐξοκείλαντα, καὶ ἀπὸ ὕψους παραπεπτωκότα. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ πληροῦται τὸ εἰρημένον, Βασκανία φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον.*

Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν ἐπιμνημονευόμενος Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, οὗ τοῦ ὀνόματος ἐν ἀρχῇ ἐμνήσθημεν, καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ ποιούμεθα τὴν διήγησιν, ἀπὸ Σαμοσάτων ἦν τῆς ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Μεσοποταμίας καὶ Εὐφράτου, ὃς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ἡμέραις
pag. 608. *Αὐρηλιανοῦ καὶ Πρόβου τῶν βασιλέων ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων καθίσταται ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. Ἀρθεὶς δὲ τῇ διανοίᾳ ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας, καὶ ἀνεκαίνισε τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτέμωνος, τοῦ ποτε ὄντος ἐν ἀρχῇ πρὸ ἐτῶν πολλῶν, καὶ ἐσβεσμένου.*

Φάσκει δὲ οὗτος θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἕνα θεὸν, ἐν θεῷ δὲ ἀεὶ ὄντα τὸν αὐτοῦ λόγον καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὥςπερ ἐν ἀνθρώπου καρδίᾳ ὁ ἴδιος λόγος· μὴ εἶναι δὲ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνυπόστατον, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ [4] τῷ θεῷ, ὥςπερ ἀμέλει καὶ ὁ Σαβέλλιος, καὶ ὁ Ναυᾶτος, καὶ ὁ Νόητος, καὶ ἄλλοι. Οὐκ ἴσως δὲ ἐκείνοις οὗτος, ἀλλὰ [5] ἄλλως παρ' ἐκείνους. Ἐλθόντα δὲ τὸν λόγον, καὶ ἐνοικήσαντα

* *Inscriptio haec desideratur in utroque libro ms.*

Cap. I. — 1. *Post* λοιπὸν *in cod. Rhedig. est rasura septem fere litterarum.* 2. ἐπισεσεισμένης *cod. Rhedig.* ἐπισπεισμένης *cod. Ien., et editi.*

SANCTI

EPIPHANII

CONTRA HAERESES

LIBRI II. TOMUS II.

CONTRA PAULUM SAMOSATENUM, haeresis XLV., sive LXV.

Secundum illos Paulus Samosatenus sequitur, qui post Novatum atque Origenem extitit. Qui quidem Origenes postremo inter haereticos numeratus est, ob arrogantiam illam quam adsciscere sibi voluit, et insolenti ac nugarum plenissima loquacitate immissaque a diabolo mente adversus veritatem insurgere. Sane is lugendus nobis admodum venit, qui diaboli invidia lapsus ex alto praecipitavit. Nam in illo scripturae dictum illud impletur: *Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit mentem sine malitia.* Cap. I. Sap. 4, 12.

Recedo nunc ad illum, cuius explicandum dogma suscepimus, Paulum Samosatenum, cuius nominis supra mentionem fecimus, et nunc illius haeresin proponimus. Hic Samosatis Mesopotamiae ad Euphratem urbe natus, Aureliano ac Probo imperantibus Antiochenae ecclesiae propositus est. Qui elatus arrogantia ac fastu a veritate excidit, atque Artemonis haeresin instauravit, qui cum ante multos annos extitisset, penitus est extinctus.

Est autem haec illius opinio. Deum patrem et filium ac spiritum sanctum unum esse deum; verbum dei eiusque spiritum inesse deo perpetuo, sicut hominis in corde proprium verbum inesse cernimus. Filium dei subsistentiam habere per sese nullam, sed in deo subsistere, id quod Sabellio quoque placuit, et Novato, et Noëto, aliisque nonnullis, quamquam non eodem cum istis modo, sed diverso quodam ille sentiat. Ad haec, dei verbum in terras delapsum

3. ἐξωκεiλαντα *cod. scr. uterque et ed. princ.*

4. τῷ *adieci ex utroque libro ms.*

5. ἄλλος *uterque liber ms.*

ἐν Ἰησοῦ ἀνθρώπῳ ὄντι· καὶ οὕτως, φησὶ, εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, καὶ οὐχὶ πατὴρ ὁ πατὴρ, καὶ υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἀλλὰ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ [6] ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, ὡς λόγος ἐν ἀνθρώπῳ· δῆθεν ἀπὸ τῶν μαρτυριῶν τούτων ἑαυτοῦ τὴν αἵρεσιν προβαλλόμενος, ἀπὸ τοῦ εἰρηκέναι τὸν Μωϋσέα, Κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστιν. Οὐ φάσκει δὲ οὗτος κατὰ τὸν Νόητον τὸν πατέρα πεπονθέναι, ἀλλὰ, φησὶ, ἐλθὼν ὁ λόγος ἐνήργησε μόνος, καὶ ἀνῆλθε πρὸς τὸν πατέρα καὶ πολλὴ παρὰ τούτῳ ἡ ἀτοπία.

Κεφ. β'. Ἴδωμεν δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ συσταθήσονται τοῦ ἠπατημένου. Φάσκει γὰρ ὅτι, Εἶπεν, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Καὶ αὐτοὶ δέ φαμεν ἐκ πατρὸς θεὸν λόγον, καὶ μετ' αὐτοῦ ἀεὶ ὄντα ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, ἀλλ' οὐχὶ τὸν πατέρα λέγομεν ἄνευ λόγου ἐνυποστάτου, ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς θεὸς λόγος, ὥς φησι, Πᾶς ὁ ὁμολογῶν ἐν ἐμοὶ ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου· τὸ δὲ Ἐν ἐμοὶ, Ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου, ἔδειξε φύσει ἐνυπόστατον τὸν πατέρα. Οὗτοι δὲ τὸν Ἰουδαϊσμὸν παραφθείροντες, οὐδὲν περισσότερον τῶν Ἰουδαίων κεκτημένοι, δεύτεροι Ἰουδαῖοι κληθήσονται, καὶ Σαμοσατῖται, μηδὲν ἕτερον ὄντες ἢ τῷ ὀνόματι μόνον [1] Ἰησοῦ προσεσχημένοι. Τὸν γὰρ ἐκ θεοῦ θεὸν υἱὸν μονογενῆ καὶ λόγον ἀρνούμενοι ἐκεῖνοί εἰσιν ὁποῖοι καὶ οἱ αὐτὸν ἐν τῇ παρουσίᾳ ἀρνησάμενοι, θεοκτόνοι τε καὶ κυριοκτόνοι καὶ ἐπαρνησίθεοι γεγονότες. Τἀληθῆ δὲ, ὅτι οὔτε περιτομὴν ἔχουσιν, οὔτε σάβ-
pag. 609. βατον φυλάσσουσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα καθάπερ Ἰουδαῖοι.

Κεφ. γ'. Καὶ γὰρ τὸ ὄντι καὶ αὐτοὶ οὐ δύο φαμὲν εἶναι θεοὺς, οὐδὲ θεότητας, ἀλλὰ μίαν θεότητα, ἐπειδὴ γὰρ οὔτε δύο λέγομεν πατέρας, οὔτε δύο υἱοὺς, οὔτε δύο πνεύματα ἅγια, ἀλλὰ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, μίαν θεότητα, μίαν δοξολογίαν. Οὗτος δὲ οὐ λέγει μόνον θεὸν διὰ τὸ πηγὴν εἶναι τὸν πατέρα, ἀλλὰ μόνον θεὸν, ἀναιρῶν ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν τὴν τοῦ υἱοῦ θεότητα καὶ ὑπόστασιν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔχων δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα ἕνα θεὸν, ἄγονον υἱοῦ, ὡς εἶναι τὰ δύο ἀτελῆ, πατέρα καὶ υἱὸν, τὸν μὲν πατέρα ἄγονον υἱοῦ, καὶ ἄκαρπον τὸν λόγον θεοῦ ζῶντος καὶ σοφίας ἀληθινῆς. Λόγον γὰρ οἷον τὸν ἐν καρδίᾳ εἶναι νομίζουσι, καὶ σοφίαν, [1] οἵαν ἐν ψυχῇ ἀνθρώπου ἕκαστος ἔχει τὴν ἐκ θεοῦ φρόνησιν ἐκ θεοῦ κεκτημένος.

6. ὁ *om. ed. Pet.*

Cap. II. — 1. Ἰησοῦ προσεσχημένοι (*vel* προσισχόμενοι) *mea est emendatio. Etiam Petavium video vocabulum* οἰήσει *vertisse Iesu, quamquam in marg. suae edit. proposuit solum* τὸ ὄνομα *et* προισχόμενον, *de voce* οἰήσει *vel* Ἰησοῦ *vero tacuit. Vulgata librorum scriptura est* οἰήσει προϊσχημένοι. *Cornarius vertit* nihil aliud existentes quam nomine so-

in Iesu, qui homo merus esset, habitasse. Ita unus, inquit ille, deus est, neque aut pater est pater, aut filius filius, aut spiritus sanctus spiritus est sanctus, imo vero deus unus est pater, et huius in ipso filius, ut est in homine sermo. Quam quidem opinionem ex hisce fere testimoniis colligit, primum, quod Moyses dixerit, *Dominus deus tuus dominus unus est.* Deut. 6, 4. Neque vero cum Noëto patre ille passum esse definit, sed solum, inquit, adveniens verbum, totum illud administravit, et ad patrem revertit. Ac sunt omnia quae ab illo dicuntur sane quam absurda.

Cap. II. Videamus igitur ecquid opinione falsi hominis constare possit oratio. Nam ita proponit. Dixit, inquit, Christus, *Ego in patre, et pater in me est.* Ioann. 14, 10. Et nos istud una profitemur, ex patre profectum esse deum verbum, ac cum eodem esse perpetuo, ab eoque progenitum. Sed non ideo patrem sine subsistente verbo esse dicimus. Quinimo verbum patris unigena filius deus est verbum, ut et ipse declarat: *Omnino qui confitetur in me, confitebor et ego in illo coram patre meo.* Matth. 10, 32. Ubi haec ipsa verba *In me, Coram patre meo,* patrem ipsum natura sua subsistere demonstrant. At isti Iudaicam opinionem interpolantes, neque quicquam iis habentes amplius, Iudaei alteri nominandi sunt, et Samosateni, neque aliud omnino sunt, ac solum nomen Iesu prae se ferunt. Nam cum deum ex deo, unigenamque filium ac verbum abnegent, eiusmodi sunt quales ii fuerunt qui praesentem illum eiurarunt, hoc est dei ac domini parricidae, et eiusdem dei negatores. Quamquam neque circumcisionem adhibent, neque sabbatum, aliosve Iudaeorum ritus observant.

Cap. III. — 1. ἐπὶ cod. Rhedig. a 2. ἐπὶ edit. Petav. Colon. vitiose.

ter eum qui revera est esse alium arbitrantur, atque a duabus, ut ita dicam, radicibus, sive principiis, universa perfici, quod omnium impium maxime est ac longe perditissimum. Sed de ea re postea dicemus. In iis igitur Scythianus ille excaecatus animo, atque a Pythagora erroris argumenta nactus eiusmodi opiniones habuit, ac libros quatuor conscripsit; quorum unum Mysteriorum inscripsit, alterum Capitum, tertium Evangelium, quartum Thesaurorum. In iis paria atque aequalia duo principia personasque in unoquoque argumento copulans, ita sibi persuaserat miser, itaque hac in parte somniabat, magnum a se quiddam in vita repertum. Et vero magnum sane malum in suam eorumque quibus imposuit perniciem in vitam invexit.

Inter haec cum audisset prophetarum ac legis oraculis mundi procreationem atque unum solumque omnium principem moderatoremque celebrari, qui et semper existeret, nec desineret unquam, patrem scilicet ac filium et spiritum sanctum, nimiis deliciis impulsus, atque ut rudi imperitoque erat ingenio, cavillans ac vehementiore luxu fractus, Hierosolymam sub apostolorum tempora proficisci statuit, ut illic sermonem cum iis conferret qui ea praedicarent quae ad unius principatum, resque a deo conditas pertinerent. Itaque simulatque ad urbem illam accessit, cum presbyteris, qui illic erant, quique ex legis a deo Mosi traditae ac propheticae disciplinae praescripto vitam instituebant, disputare coepit. Qui enim, aiebat, unum esse deum asseritis, qui noctem diemque condiderit, nec non carnem et animam, siccum et humidum, coelum atque terram, tenebras ac lucem? Quod cum illi aperte demonstrarent (neque enim occulta veritas est), contra ille sine ullo pudore contendere. Verum ubi nihil proficit, in eadem nihilominus molestiae impudentia persistit. Postremo cum nihil efficeret omnino, sed victus potius abscederet, magicis quibusdam libris adhibitis (erat enim maleficiorum peritus, ac perniciosam illam et exitiabilem artem ex Indorum et Aegyptiorum, Gentiliumque disciplina velut mercimonium quoddam abstulerat), praestigiis illudere conatus est, ac domo quadam conscensa nihilo magis quod volebat assecutus est. Quippe inde praeceps decidens ex hac vita migravit, cum multos illic annos egisset, atque unum tantummodo secum discipulum habuisset, Terbinthum videlicet illum quem diximus, cui et sua omnia velut fidissimo benevolentissimoque administro commisit. Hic mortuum Scythianum quam honorificentissime sepelivit. Tum apud se deliberans statuit ad illam Cap. III.

3. τὸν *desideratur in ed. Pelav.* 4. Τέρβιϑον *libri omnes.*

τὸ ἤδη ἀπὸ πορνείας, ἤτοι αἰχμαλωσίας, τῷ Σκυθιανῷ συνημμένον, ἀλλὰ ἀποδιδράσκει λαβὼν πάντα ὅσαπερ εἶχε, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ τὰ ἄλλα, εἰς τὴν τῶν Περσῶν χώραν, [5] ἀλλάξας ἑαυτοῦ τὸ ὄνομα, ἵνα μὴ κατάφωρος γένηται, ἀντὶ Τερβίνθου, ὡς ἄνω μοι προδεδήλωται, Βουδδᾶν ἑαυτῷ ἐπιθέμενος ὄνομα. Οὗτος δὲ πάλιν ἔσχε κακὴν διαδοχὴν κληρονομίας, τὰ τέσσαρα βιβλία τοῦ Σκυθιανοῦ καὶ τὰ τῆς μαγείας [6] καὶ μαγγανείας ἐπιτηδεύματα. Ἦν γὰρ καὶ οὗτος ἐν γράμμασιν ἐπιμελέστατα πεπαιδευμένος. Ὡς δὲ καὶ αὐτὸς διαλεγόμενος ἐν τῇ Περσῶν χώρᾳ, καταχθεὶς πρὸς γραῦν τινα χήραν, καὶ τοῖς τοῦ Μίθρα
pag. 621. νεωκόροις τε καὶ ἱερεῦσι τοῦ εἰδώλου, προφήτῃ τινὶ Πάρκῳ καὶ Λαβδάκῳ, συζητήσας περὶ τῶν δύο ἀρχῶν, καὶ μὴ δυνηθεὶς μήτε κἂν πρὸς τοὺς τῆς [7] εἰδωλολατρίας πρυτάνεις διαλεχθῆναι, ἀλλ' [8] ἐλέγχῳ καταστὰς παρ' αὐτῶν, καὶ αἶσχος ἀπενεγκάμενος, ὡσαύτως τῷ προειρημένῳ Σκυθιανῷ τὰ ὅμοια φρονήσας, ἐπὶ [9] τὸ δωμάτιον ἀνελθὼν, μαγεύειν τι δῆθεν πρὸς τὸ μή τινα αὐτῷ ἀντιλέγειν ἐπιτηδεύσας, ὑπὸ [10] ἀγγέλου καταχθεὶς κατέπεσε, καὶ οὕτως τέθνηκε, δι' ἣν ἠβούλετο ἐπιχειρῆσαι μαντικὴν ἐνέργειαν. Ἡ δὲ γραῦς περιστείλασα τούτου τὸ σῶμα, τῶν χρημάτων αὐτοῦ ἐν καθέξει γεγένηται, καὶ μὴ ἔχουσα παῖδα, μηδέ τινα τῶν διαφερόντων, ἔμεινε πολλῷ τῷ χρόνῳ οὕτως. Ὕστερον δὲ προσελάβετο πριαμένη τὸν Κούβρικον, τὸν καὶ Μάνην, ἑαυτῇ πρὸς ὑπηρεσίαν. Καὶ τελευτῶσα κατέλιπεν αὐτῷ τὰ τῆς κακῆς κληρονομίας, ὡς ἰὸν ἀπὸ ἀσπίδος, καταλειφθέντα εἰς πολλῶν φθορὰν καὶ ἀπώλειαν.

Κεφ. δ'. Πάλιν οὖν Κούβρικος, ὁ ἑαυτὸν ἐπονομάσας Μάνην, ἐν αὐτοῖς διῆγε καὶ ἐν αὐτοῖς διελέγετο. Καὶ ὡς οὐδεὶς αὐτῷ ἐπείθετο, ἀλλὰ ἀκούοντες Μανιχαίου διδασκαλίαν ἐδυσφόρουν μὲν, καὶ ἐξενολεκτοῦντο πάντες ἐπὶ τῇ καινοτομίᾳ καὶ δεινῇ μυθοποιΐᾳ καὶ κενῇ ἀπάτῃ, ὁ δὲ ὁρῶν τὰ ἴδια τῆς κακομηχανίας ἀνατρεπόμενα τῶν λόγων συνθήματα, τὴν διάνοιαν κεπφωθεὶς ἐπενόει ἑαυτῷ πρόφασίν τινα δι' ἧς τὸ ἴδιον [1] πλάσμα τῆς δεινοποιήσεως ταύτης συστήσειε. Καὶ φήμης διαδοθείσης, ὡς ὁ υἱὸς τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως ἀλγήματί τινι περιπέπτωκε, καὶ κατέκειτο ἐν τῇ βασιλευούσῃ Περσίδος πόλει (οὐ γὰρ ἐκεῖσε ὁ Μάνης διέτριβεν, ἀλλὰ ἄλλῃ που ἀπὸ πόρρωθεν τῆς τοῦ βασιλέως), ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας τυφλώττων, καὶ νομίσας [2] μή πω ἀφ' ὧν εὗρε βιβλίων τοῦ ἑαυτοῦ δεσπότου Τερβίνθου, τοῦ καὶ [3] Βουδδᾶ, διαδόχου δὲ τοῦ Σκυθιανοῦ, [4] δύνασθαί τινα ἰάματα ἐνεργῆσαι εἰς τὸν τοῦ βασιλέως

5. ἀλλάξας om. in ed. Petav. Colon.
6. καὶ τῆς μαγγανείας editi.
7. εἰδωλολατρίας uterque cod. scriptus, ed. pr. εἰδωλολατρείας ed. Petav.
8. Fortasse ἐν ἐλέγχῳ.
9. Scribendum, ni fallor, τοῦ δωματίου. Cf. supra cap. 3. ἐπὶ δώματος ἀνελθών.
10. χαγκέλλου Ios. Scaligeri est coniectura probabilis.

mulierculam non reverti, quam e meretricio quaestu ac servitute sibi Scythianus adiunxerat. Itaque cum omnibus quae habebat, auro scilicet, argento, ceterisque copiis in Persidem aufugit. Ibi ne deprehenderetur, mutato nomine pro Terbintho Buddam se, uti diximus, appellat. Atque hic pessimam rursus quatuor illorum Scythiani librorum ac magicarum artium et praestigiarum hereditatem adiit; idem enim literarum apprime studiis erat eruditus. Sed cum in Perside et ipse disputaret, atque apud viduam quandam habitans, cum aedituis ac sacerdotibus Mithrae, inprimisque Parco quodam ac Labdaco prophetis de duobus principiis contenderet, neque vel idololatriae antistitibus resistere posset, sed ab iis turpissime convictus esset, Scythiani, quem sequebatur, exemplo domus fastigium conscendens, ibique magicis artibus id efficere studens, ne quis sibi deinceps contradicere auderet, ab angelo deiectus cecidit, atque ob ea quae moliebatur maleficia periit. Anus porro sepulto illius corpore pecuniam omnem obtinuit. Quae quidem cum liberos ac propinquos haberet nullos, diu in illo statu perseveravit. Tandem vero Cubricum, qui et Manes dictus est, ad obsequia famularia servum coemit, cui moriens malam illam hereditatem, perinde atque aspidis virus, multorum ad interitum ac perniciem reliquit.

Itaque Cubricus, qui se Manem vocavit, inter Persas, apud quos degebat, disputare instituit. Verum cum nemini dogmata sua probaret, sed quicumque doctrinam illius audiebant moleste ferrent, ac novitate ipsa horrendisque illis et ad decipiendum compositis fabulis ac vocibus vehementer obstupescerent, cumque omnes ille, quos de impio commento sermones habebat, refelli evertique cerneret, occasionem quandam excogitavit per quam inanissimis illis et ad stuporem confictis fabulis auctoritatem ascisceret. Cum enim percrebuisset Persarum regis filium quadam aegritudine correptum in regia Persarum urbe decumbere (neque enim Manes illic degebat, sed alio quodam in loco ab regis aula dissito), excaecante illum improbitate sua, ratus in heri sui Terbinthi, sive Buddae, qui ut Scythiani heres fuerat, libris posse se ad sanandum regis filium remedia Cap. IV.

Cap. IV. — 1. πλάσμα τῆς *reposui ex auctoritate cod. Rhedig.* πλάσματι τῆς *habet cod. Ien. In editis extat* πλασματικῆς.

2. *Suspicor* μή που.

3. Βούδδα *est in libris.*

4. δύναται *suspicatus est Petavius; nec improbo hoc. Sic infra cap.* 34. ἐνόμισε μή πη ἄρα δύναται. *Cf. haer.* 69, 30 *et sq.*

υἱὸν, ἀπαίρει ἐκ τοῦ ἰδίου τόπου καὶ ὁρμᾷ, καὶ τολμήσας μηνύει τὰ περὶ ἑαυτοῦ, ὠφελεῖν ἐπαγγελλόμενος. Ἀλλ' οὐ προεχώρησε τῷ γόητι ἡ τῆς ἐλπίδος φαντασία. [5] Ἥμβροτε γὰρ ἀπὸ τῆς καραδοκίας τινὰ εἴδη [6] φαρμακευτικῆς προενέγκας τῷ νοσηλευομένῳ παιδὶ τοῦ βασιλέως. Τέλος γοῦν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ θνήσκει τὸ μειράκιον, ἵνα πάντα τὰ μετὰ τοῦ ψεύδους διελέγχηται μάταια ἐπαγγέλματα. Ὡς δὲ
pag. 612. τοῦτο οὕτως ἀπέβη, προστάγματι βασιλικῷ ἐμβάλλεται εἰς τὸ δεσμωτήριον. Οὐ γὰρ εὐθὺς οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς τὰς τιμωρίας κατὰ τῶν τὰς μείζους αἰτίας, [7] ἤτοι ἀτοπήματα, δρώντων ἐπιφέρουσιν, ἀλλὰ περιττοτέραν τινὰ ἐπινοοῦσι θανατικὴν ψῆφον μετὰ βασάνων [8] τοὺς ἐπαπειλουμένους διατίθεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

Κεφ. ε΄. Ἐπέμενέ τε τῇ εἱρκτῇ διατελῶν ὁ Μάνης, ὁ καὶ Κούβρικος, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων μαθητῶν ἐπισκεπτόμενος. Ἤδη γὰρ ὁ ἀγύρτης συναγήοχεν ἑαυτῷ στρατὸν, ὡς εἰπεῖν, οὓς δὴ μαθητὰς ἐκάλει, τὸν ἀριθμὸν ἤδη περὶ δύο καὶ εἴκοσιν. Ἐξ ὧν τινας τρεῖς ἐκλεξάμενος, Θωμᾶν τινα οὕτω καλούμενον, καὶ Ἑρμείαν, καὶ Ἄδδαν, διενοήθη ἀκηκοὼς περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν καὶ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἱερῶν βιβλίων, φημὶ δὲ Χριστιανικῶν, νόμου τε καὶ προφητῶν, εὐαγγελίων, καὶ ἀποστόλων. Δοὺς τοίνυν χρυσίον τοῖς προειρημένοις ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Ἱεροσολύμων ἀπέστειλε. Τοῦτο δὲ ἐποίησε [1] πρινὴ καθειρχθῆναι ἐν τῇ φυλακῇ, ὅτε διαλεγόμενος πολλοῖς τὸ ἴδιον δόγμα οὐκ ἴσχυσε συστῆσαι. Ἀκηκοὼς δὲ περὶ ὀνόματος Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ δούλων, Χριστιανῶν τέ φημι, διεγνώκει διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς ὑποθέσεως Χριστοῦ ἀπατῆσαι τοὺς πεπλανημένους. Οἱ δὲ ἀπελθόντες ὠνήσαντο· οὐ γὰρ ἀνεβάλλοντο. Παλινδρομήσαντες δὲ, ὡς οὐ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν οὐκέτι ἐν ἐλευθέρῳ ἀέρι, ἀλλὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, κἀκεῖσε εἰςελθόντες, ἐπεδείκνυον αὐτῷ τὰς βίβλους. Ὁ δὲ λαβὼν καὶ ἀνερευνήσας ἐρραδιούργησε, προςπλέξας τῇ ἀληθείᾳ τὸ ἴδιον ψεῦδος ἔνθα που εὗρε πρόςωπον λόγου ἢ κλῆσιν δυναμένην ἀποτελεῖν ὁμοίωμα τοῦ αὐτοῦ φρονήματος. Καὶ ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐκράτυνε τὸ ἐπίπλαστον τοῦ αὐτοῦ [2] κοσμήματος. Ἀλλὰ καὶ μεταξὺ ἄργυρον, προςλιπαρήσας [3] τὸν ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου δίδωσι πολὺν, καὶ φυγὰς ἀπαλλάττεται, καταλείψας τὴν τῶν Περσῶν χώραν, καὶ τῇ Ῥωμανίᾳ προςέβαλε. Μέσον δὲ ἤδη τυγχάνων τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν καὶ τῆς Περσίδος, περὶ τὰς ἐρημίας ἔτι ὑπάρχων, ἤκουσε περὶ μεγάλου τινὸς ἀνδρὸς ἐν θεοσεβείᾳ ἀκροτάτῃ διαπρέποντος, Μαρκέλλου τοὔνομα, κατοικοῦντος ἐν Κασχάρῃ πόλει τῆς Μεσο-

5. ἥμβρον τε *codd. mss. et ed. princ.*
6. φαρχευτικῆς *codd. mss.* φαρχευματικῆς *ed. princ.*
7. ἤτοι *rescripsi pro* τῶν *quod vitium libri retinent. Petavius suspicatus est* καὶ.
8. *Suspicor* τοῖς ἐπαπειλουμένοις, *vel* ἐπὶ τοὺς ἀπειλουμένους.

Cap. V. — 1. „*Corrigendus autem Epiphanius qui in Manichaeorum haeresi cap. 5. ait Manetem discipulos suos ad*

quaedam invenire, ex urbe sua digressus ad regiam contendit, ac quorsum venisset aperiens certam filio regis opem promittit. Sed spes impostorem fefellit. Nam cum aegro medicamenta quaedam adhibuisset, expectatione sua frustratus est, adeo ut inter illius manus adolescens postremo sit mortuus, quo vana ipsius ac mendacia promissa convincerentur. Haec cum ita contigissent, iussu regis in vincula coniicitur. Neque enim Persarum reges in gravioris delicti reos subinde supplicia decernunt, sed exquisitiori quodam mortis excogitato genere tormentis prius illos ac quaestioni subiiciunt. Hic igitur illorum mos est.

At Manes, sive Cubricus, interim in carcere detinebatur, ubi Cap. V.
illum discipuli eius identidem invisebant. Iam enim suam, ut ita dicam, manum circulator iste collegerat, quos discipulos nominabat, duos ac viginti. Quorum e numero tres elegit, Thomam, Hermeam et Addam. Ac cum animo repeteret quae de sacris Christianorum libris audierat, qui in Iudaea totoque terrarum orbe circumferebantur, hoc est lege, prophetis, evangeliis, apostolorumque scriptis, numerata pecunia Hierosolymam illos allegat. Sed hoc ante fecerat quam in carcerem coniiceretur, quando apud multos verba faciens dogma suum probare non poterat. Quamobrem audito Christi eiusque servorum, hoc est Christianorum nomine, hac ipsa professionis huius appellatione ad illudendos homines abuti statuit. Profecti itaque discipuli libros illis nulla interposita mora coemunt. Deinde ad magistrum reversi iam eum libertate privatum atque in carcerem compactum reperiunt. Quo ad illum ingressi libros offerunt. Quibus acceptis ac diligenter evolutis mala fide pleraque depravavit, veritati mendacium suum admiscuit, ubicumque speciem aliquam orationis appellationem nactus est, quae nonnihil opinionis suae simile prae se ferret; unde et confictam deinceps a se fabulam affirmare conatus est. Interim ingenti pecuniarum vi assiduisque precibus exorato commentariensi fugam arripit, ac relicta Perside Romanorum fines ingreditur. Cumque iam ad Mesopotamiae Persidisque confinia ac solitudinem, quae illic est, pervenisset, nuntiatum est praestantissimum quendam esse virum, atque excellenti pietate praeditum, Marcellum nomine, qui Cascharae, quod Mesopotamiae oppi-

inquirendos sacros libros misisse antequam in carcerem truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse quo tempore in carcere detinebatur.“ (Zacagni Praef. ad Collect. Monum. Vett. Eccl. Gr. p. XII.)

2. *Ita cod. Rhedig. et ed. Petav.* βοσχήματος *habent cod. Ien. et ed. princ.*

3. *Suspicor* τῷ ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου.

ποταμίας, ὃς ἦν ἀνὴρ κατὰ πάντα Χριστιανὸς, καὶ [4] ἐν ἔργοις δικαιοσύνης θαυμασιώτατος, χήραις μὲν ἐπαρκῶν καὶ πένησιν, ὀρφανοῖς δὲ
pag. 623. καὶ τοῖς ἐνδεομένοις διανοεῖται προςπλέξαι πρὸς τὸν ἄνδρα, ἵν' ὑποχείριον τοῦτον κτησάμενος δυνηθείη δι' αὐτοῦ κατάρξαι, οὐ μόνον τῆς Μεσοποταμίας, ἀλλὰ καὶ τοῦ κλίματος παντὸς τοῦ πρὸς τὴν Συρίαν τε καὶ Ῥωμανίαν. Γράφει δὲ αὐτῷ ἐπιστολὴν [5] διὰ Τύρβωνος τινὸς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ [6] Στράγγα ποταμοῦ, ἀπὸ Καστέλλου Ἀραβίωνος οὕτω καλουμένου, ἥτις ἡ ἐπιστολὴ περιεῖχε τάδε. Καί μοι λαβὼν ἀνάγνωθι τὸ ἐπιτήδευμα τῆς τοῦ ἀπατεῶνος μοχθηρίας.

* ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥ.

Κεφ. ς'. Μανιχαῖος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ, τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγαπὴν μεγίστην οὖσαν αἰσθηθεὶς λίαν ἐχάρην, τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον [1] ἠχθέσθην. Ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλεὶς, φειδόμενός τε τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς [2] σεαυτοῦ ψυχῆς, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων, πρὸς τὸ [3] μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμὸν, ὡς οἱ τῶν ἁπλουστέρων καθηγεμόνες διδάσκουσι λέγοντες τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰςηγούμενοι, οὐ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, [4] ὡς προείπομεν, ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνῦντες θάτερον θατέρῳ οὐ παύονται. Σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίστως καὶ ἁπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἑνώσῃς, μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθοσύνης θεῷ [5] ἀνατίθεσο. Ἀρχὴν γὰρ καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῶν κακῶν, ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρας ἐγγύς. Οὔτε γὰρ ἐν τοῖς εἰρημένοις [6] εὐαγγελίοις παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου, Ἰησοῦ Χριστοῦ, πιστεύουσιν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς
pag. 624. κακοὺς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλοὺς κάρπους ποιῆσαι.

4. ἐν om. in ed. Petav. Col. repet.
5. οὕτω διὰ, quod vitium typographi fuit, ex ed. pr. repetiit Petavius.
6. Strangae fluvii et Castelli Arabionis mentio fit in Actis Archelai a Zacagnio editis pagg. 7. 100., et 9. 99. 100.
* Inscriptio epistolae, quae reperitur in utroque libro ms., non extat in editis.
Cap. VI. — 1. Ita editi, et cod. Ien. a m. sec.; idem a m. pr. cum cod. Rhed. habet ἠχέσθην.
2. ἑαυτοῦ cod. Rhedig.
3. τὸ μὴ ἀδιάκριτον coniecerunt Cornar. et Petav. τὸν ἀδιάκριτον cod. Rhed.

dum est, habitaret, virum undequaque Christianum, atque in omnibus iustitiae officiis plane mirabilem, qui et viduis et pauperibus, nec non et orphanis, ac denique indigentibus largiretur. Ad hunc igitur applicare se constituit, ut cum obnoxium sibi hominem habuisset, non in Mesopotamia modo, sed et toto illo Syriae Romanique imperii tractu dominari posset. Quocirca eiusmodi ad illum epistolam scribit, per Turbonem quendam unum ex discipulis suis, ex Castello Arabionis, quod ad Strangam fluvium situm est. Epistola porro ita sese habebat. Quam tu in manus accipiens impostoris illius callidam ac veteratoriam artem legendo cognoscito.

MANICHAEI AD MARCELLUM EPISTOLA.

Manichaeus apostolus Iesu Christi, et qui mecum sunt sancti omnes, et virgines, Marcello, filio carissimo, gratia, misericordia, pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo, ac te lucis dextera custodiat a praesenti seculo nequam eiusque casibus et laqueis maligni. Amen. Cap. VI.

Quod te summa caritate praeditum esse cognovi, vehementer sum gavisus: quod vero non rectae rationi consentaneam fidem profiteris, equidem dolui. Quamobrem cum ad corrigendum genus humanum missus fuerim, eorumque qui se in fraudem erroremque commiserint rationem habeam, necessarium putavi has ad te literas scribere, quibus inprimis animae tuae, tum tuorum saluti consulerem, ut ne confusum quiddam perturbatumque sentires, pro eo ac rudiorum magistri docent, qui quidem ita praedicant, bonum ac malum ab eodem proficisci, unumque duntaxat principium statuunt, neque lucem a tenebris, bonum a malo, exteriorem hominem ab interiori, ut ante dixi, discernunt ac separant, imo vero alterius cum altero confundendi miscendique nullum finem faciunt. Tu vero, fili, ne ut plerique hominum temere ac sine ratione ambo ista coniungito, neque bonitatis auctori deo tribuito. Nam illi principium ac finem, et horum auctorem malorum ad deum referunt, *quorum finis maledicto proximus est.* (Hebr. 6, 8.) Non enim iis quae in evangeliis a salvatore ac domino nostro Iesu Christo dicuntur, fidem adhibent: *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala bonos fructus fa-* (Matth. 7, 17.)

τὸ ἀδιάκριτον *cod. Ien. et editi. Acta Archelai:* uti ne indiscretos animos geras.

4. *In aliis nempe scriptis, et pridem disputatis.*

5. *Acta Archelai p. 7:* neque bonitatis deo inferas contumeliam.

6. *Suspicor scribendum esse* ἐν εὐαγγελίοις; *nam praepositio* ἐν *facile poterat absorberi initio vocabuli insequentis. Zacagnius l. l. p. 7. volebat* οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις. *Acta Archelai:* Non enim his (*cod. Casin.* in his) quae dicta sunt in evangeliis salvatoris nostri et domini Iesu Christi credunt, quia *cett.*

Καὶ πῶς τὸν θεὸν τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν κακῶν αὐτοῦ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται. Καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τούτων ἔφθασεν αὐτῶν ἡ ματαιοπονία, καὶ μὴ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, [7] ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῶν γυναικῶν γεγενῆσθαι. Καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς γράφων εἰς μῆκος χρόνου διασύρω σου τὴν ἐπιείκειαν, οὐκ ἔχων τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρκεσθήσομαι. Τὸ δ' ὅλον γνώσῃ παρόντος μου πρὸς σὲ, [8] εἴγε τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἔτι φείδῃ. Οὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς οἱ τῶν πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιοῦσιν. Νόει ἃ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

Κεφ. ζ΄. *Ταύτην ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν ὁ ἀξιολογώτατος Μάρκελλος καὶ θεοσεβέστατος ἀνὴρ, καὶ διαφανὴς, ἐθαύμαζε καὶ ἐξεπλήττετο. Συμβέβηκε γὰρ Ἀρχέλαον τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον οἴκαδε ἅμα αὐτῷ συνεῖναι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Μανιχαίου μετὰ χεῖρας εἴληφεν ὁ τοῦ θεοῦ δοῦλος. Ὁ δὲ Ἀρχέλαος γνοὺς τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἔβρυχε τοὺς ὀδόντας, ὥςπερ λέων ὠρυόμενος, καὶ ζῆλον θεοῦ ἀναλαβὼν ἐπειρᾶτο ὁρμῆσαι μᾶλλον ἕως αὐτοῦ, καὶ χειρώσασθαι τὸν τοιοῦτον ὡς [1] ἐπήλυτον ἐκ βαρβάρων, ὅθεν καὶ ὡρμᾶτο, πρὸς ἀφανισμὸν τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπαναστάντα. Ὁ δὲ συνετὸς Μάρκελλος τὸν μὲν ἐπίσκοπον ἀξιώσας κατεπράϋνε, Τύρβωνι δὲ παρεκελεύετο διανύειν τὴν ὁδοιπορίαν πρὸς τὸν Μάνην ἐν τῷ Καστέλλῳ Ἀραβίωνος, ἔνθα που ἐξεδέχετο τὸν Τύρβωνα (ἔστι δὲ τοῦτο τὸ φρούριον ἀνὰ μέσον τῶν Περσῶν, καὶ ἀναμέσον τῆς Μεσοποταμίας), ὁ δὲ παρῃτήσατο τὴν πρὸς τὸν Μανιχαῖον ἄφιξιν· [2] καὶ μὴ καταναγκάσας τὸν Τύρβωνα ἀποστέλλει τινὰ ταχυδρόμον τῶν ἰδίων, γράψας αὐτῷ ἐπιστολὴν τοιάνδε.*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ ΠΡΟΣ ΜΑΝΙΧΑΙΟΝ.

Μάρκελλος ἀνὴρ ἐπίσημος Μανιχαίῳ τῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ, χαίρειν. Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην,
pag. 625. *τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφροσύνην ἐμὴν, τῶν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνων· εἰ μὴ σὺ παραγενόμενος φράσῃς ἡμῖν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Ἔρρωσθε.*

Κεφ. η΄. *Ταῦτα γνοὺς ὁ Μάνης ἐσκέπτετο οὐκ ἀγαθὴν εἶναι τὴν τοῦ Τύρβωνος ἐν καθέξει γενομένην παρουσίαν (πολλάκις δὲ καὶ [1] αὐτὸν ἠπάτα, ἄλλα παρὰ τὰ ὄντα λογιζόμενος, πληροφορίας τῆς ἑαυτοῦ διανοίας*

7. *Suspicor* καὶ ἐξ. *Acta Archelai p.* 8: cuiusdam mulieris esse dicerent filium, et sanguine et carne ac reliquis spurcitiis generatum.

8. *Acta Archelai p.* 8: si tamen saluti tuae parcere ac providere festinas.

Cap. VII. — 1. *Libri vulgo* ἐπήλυτον.

cere. Quemadmodum vero deum satanae malorumque quae ab eo geruntur conditorem ac procreatorem asserere audeant, magnopere demiror. Atque utinam hactenus vanissima illorum consilia progrederentur, nec unigenitum dei filium Christum dominum, *qui de patris sinu descendit,* Ioann. 1, 18. Mariae cuiusdam mulierculae filium esse dicerent, atque ex sanguine carneque, tum vero reliquo mulierum foetore prodiisse. Sed ne longiorem epistolam scribens diutius aequitatem tuam detineam, cum praesertim naturali eloquentia caream, his quae dicta sunt ero contentus. Ubi vero ad te venero, plenius omnia cognoscens, si quidem salutis tuae curam aliquam suscipis. Neque enim *cuiquam laqueum iniicimus,* ut stolidiores nonnulli faciunt. 1. Cor. 7, 35. Intellige quae dico, fili carissime.

Cap. VII. Hanc epistolam cum Marcellus vir egregius ac religiosissimus, et inprimis illustris legisset, mirum in modum obstupuit. Ac tum forte contigit ut eodem die quo illam a Manichaeo epistolam dei servus accepit, Archelaus, urbis episcopus, una cum illo domi esset. Qui re omni perspecta, dentibus fremens, rugientis leonis instar, ac divino quodam ardore percitus ad Manichaeum potius proficisci cupiebat, hominemque e barbaris, unde is ortus erat, advenientem, et ad humani generis perniciem insurgentem, capere. Sed prudens Marcellus mitigato precibus episcopo, Tyrbonem hortatus est, ut ad Manem in Arabionis castellum rediret, ubi ab illo expectabatur. Hoc autem castellum est inter Persidem ac Mesopotamiam situm. Sed cum Tyrbo reverti ad Manichaeum nollet, eo relicto expeditum quendam cursorem e familia sua destinat, per quem has ad illum literas dedit.

MARCELLI AD MANICHAEUM EPISTOLA.

Marcellus, vir illustris, Manichaeo per epistolam mihi cognito salutem. Accepi quas ad me dedisti literas. Tyrbonem vero pro mea benignitate suscepi. Quid autem literae tuae sibi velint nondum intellexi: nisi tu ad nos veniens singula, uti per literas recepisti, ad verbum exposueris. Valete.

Cap. VIII. Haec ubi Manes accepit, tametsi nihil in ea Tyrbonis retentione boni esse secum animadverteret (persaepe vero falli opinione solebat, aliaque omnia quam ita uti se res habebat coniicere), ut de

2. *Petavius annotavit* „Deest καὶ ὁ Μάρκελλος." *Nihil desidero.* — *In seqq. verba* πληροφορίας τῆς ἑαυτοῦ διανοίας χάριν *cum Cornario retraxi ad apodosin.*

Cap. VIII. — 1. *Libri habent* αὐτόν.

χάριν)· ὅμως διὰ τῆς ἐπιστολῆς λαβόμενος τὴν πρόφασιν δρομαίως ἧκε πρὸς τὸν Μάρκελλον. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀρχέλαος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ μετὰ [2] τὸν λόγον καὶ τὸ ζηλωτικὸν τῆς πίστεως, [3] ἐβουλεύετο, εἰ ἦν δυνατὸν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνδρα ὥςπερ πάρδαλιν, ἢ λύκον, ἤ τι ἕτερον τῶν θηρίων ἀγρεύσας θανάτῳ παραδοῦναι, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὰ θρέμματα τοιούτου θηρὸς [4] ἐφόδῳ, τὴν εἴςοδον κατανοῶν. Ὁ δὲ Μάρκελλος τῇ μακροθυμίᾳ μᾶλλον ἠξίου καὶ ἀνεξικάκως τὸν πρὸς αὐτὸν διάλογον ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι· ὁ δὲ ἤδη μεμαθηκὼς τῆς τοῦ Μάνη γνώμης τὴν πᾶσαν ὑπόθεσιν. Διηγήσατο γὰρ αὐτοῖς ὁ Τύρβων, αὐτῷ τε καὶ Μαρκέλλῳ, τὴν τῆς αἱρέσεως [5] πᾶσαν κενοφωνίαν, ὡς ὁ μὲν Μάνης δύο ἀρχὰς εἰςηγεῖται ἀνάρχους ἀεὶ οὔσας, καὶ μηδέποτε [6] διαλειπούσας τὸ εἶναι, ἀντικειμένας πρὸς ἀλλήλας, καὶ τῇ μὲν μιᾷ ὄνομα τίθησι τὸ Φῶς καὶ Ἀγαθὸν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ Σκότος καὶ Κακίαν, ὡς εἶναι θεὸν καὶ διάβολον· ποτὲ δὲ καὶ θεοὺς τοὺς ἀμφοτέρους καλεῖ, θεὸν ἀγαθὸν, καὶ θεὸν πονηρόν. Εἶναι δὲ ἐκ τῶν δύο ἀρχῶν τὰ πάντα καὶ συνεστάναι. Καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν τὰ ἀγαθὰ πάντα ποιεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν ὁμοίως τὰ φαῦλα· ἔχειν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τῶν δύο τούτων ἀρχῶν τὰς ὑποστάσεις. Καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν πεποιηκέναι τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν εἶναι τῆς ἑτέρας. Αὐτὴν δὲ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις καὶ ἐν παντὶ ζώῳ, καὶ πετεινῷ, καὶ ἑρπετῷ, καὶ κνωδάλῳ, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς τὴν τῆς ζωῆς ἰκμάδα κίνησιν εἶναι ψυχῆς φάσκων, ἣν καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχουσαν λέγει.

Κεφ. Ѳ'. Ἄλλα δὲ ὅσα μυθοποιῶν καὶ διδάσκων φάσκει. Τὸν ἐσθίοντα σάρκας ψυχήν φησι ἐσθίειν τὸν τοιοῦτον, καὶ εἶναι αὐτὸν ἔνοχον τοῦ
pag. 626. καὶ αὐτὸν τοιοῦτόν τι γενέσθαι. Ὡς εἰ ἔφαγε χοῖρον, χοῖρον αὖθις γενέσθαι, ἢ ταῦρον, ἢ ὄρνεον, ἤ τι τῶν ἐδωδίμων κτισμάτων. Διὸ ἐμψύχων οὐ μετέχουσιν οὗτοι. Καὶ ἐὰν, φησὶ, τὶς φυτεύσῃ ἢ συκῆν, ἢ ἐλαίαν, ἢ ἄμπελον, ἢ συκομορίαν, ἢ περσέαν, καὶ αὐτὸν τελευτήσαντα αὖθις δεσμεῖσθαι αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν τοῖς κλάδοις, οἷς ἐφύτευσε δένδρεσι, καὶ μὴ δύνασθαι ὑπερβαίνειν. Καὶ εἴ τις, φησὶ, γήμῃ γυναῖκα, αὖθις αὐτὸν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν μετενσωματοῦσθαι, καὶ γίνεσθαι αὐτὸν γυναῖκα, ὅπως καὶ αὐτὸς γαμηθείη. Καὶ [1] εἴ τις, φησὶ, ἐφόνευσεν ἄνθρωπον, μετὰ τὴν σώματος ἀπαλλαγὴν, αὖθις καταστρέφεσθαι τὴν αὐτοῦ ψυχὴν εἰς [2] κελεφοῦ σῶμα, ἢ εἰς μῦν, ἢ εἰς ὄφιν, ἤ τι τοιοῦτον αὖθις ἔσεσθαι, ὁποίους καὶ ἐφόνευσεν. Ἔφασκε δὲ πάλιν, ὅτι ἡ σοφία ἡ ἄνωθεν τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ [3] βουλευο-

2. τῶν λόγων coniecit Pelav.
3. ἐβούλετο cod. Rhedig.
4. ἐφόδῳ emend. Petav. ἐφ' ὁδοῦ librorum est scriptura. Erat cum suspicarer τοιούτου τοῦ θηρὸς ἀφόβως τ. εἴςοδον κατανοῶν.
5. πᾶσαν editi, πάσης scripti libri.
6. διαλειπτούσας scriptus liber uterque.
Cap. IX. — 1. εἴ τι, φησὶ, ἐφόνευσεν ἄνθρωπος speciosa coniectura est

tota re certior fieret, occasione ex Marcelli literis accepta, celerrime ad illum accurrit. At Archelaus episcopus praeter doctrinam fidei insuper ardore praeditus, auctor erat ut, si fieri posset, homo ille, pardi instar ac lupi, vel cuiusvis alterius bestiae, interceptus morti traderetur, ne eiusmodi ferae incursione pecora laederentur, cum illius ingressum cognosceret. Marcellus contra patienter ac leniter potius illum in colloquio tractandum putabat. Ille vero comperta iam Manis opinione ac doctrina, siquidem Tyrbo utrique totam illius sectae vanitatem explicarat, quemadmodum scilicet duo principia statueret, quae et principio carerent, nec unquam desinerent, invicemque contraria forent, quorum unum lucem ac bonum appellaret, alterum tenebras ac malum, ut idem sint ac deus et diabolus, quos quidem ambos nonnunquam deos nominaret, deum videlicet bonum, ac deum malum. Ab his duobus principiis exorta ac constituta esse omnia; quorum ab altero bona, ab altero mala omnia proficiscuntur, quae amborum principiorum in hoc mundo subsistentiam habeant. Ad haec corpus ab uno illorum esse conditum, animam ab altero: quae quidem anima tam in hominibus quam in ceteris animalibus, adeoque avibus, serpentibus ac bestiis insit, imo etiam stirpibus, in quibus vitalem humorem motum animae definit esse, cuiusmodi in hominibus cernitur.

Praeter haec alias plerasque fabulas adiungit. Velut si quis Cap. IX.
carnibus vescatur, animam devorare, eamque committere poenam ut in idipsum mutetur. Exempli gratia, si porcum comederit, porcum illum fore, vel taurum, vel avem, vel quippiam quo vescimur. Ideoque ab animatis abstinent. Quod si quis, inquit, ficum severit, aut oleam, aut vitem, aut sycomorum, aut persicam, post mortem eius quam plantavit arboris ramis alligatur, ut inde egredi non possit. Quicumque vero uxorem duxerit, post obitum in aliud corpus transit, fitque mulier, ut et vicissim possit nubere. Qui hominem occiderit, ubi ex hac vita discessit, in celephi corpus demigrat, aut muris, aut serpentis, aut aliud denique fit eiusmodi quale id est quod interfecerit. Quin hoc insuper asserebat, coelestem illam boni

Galakeri proposita in eius Opp. Critt. p. 796 sq.

2. „Vox ista κελεφοῦ mihi nondum cognita. Ab hac κελεφίας forsitan derivatur, quod est haer. 55, 9.“ *annotavit Petavius. V. quae ibi protuli ex Salmasii thesauris, et quae adicit Du Cangius Gloss. ad Scriptt. Med. et Inf. Graec. s. v.* Κελεφός. *Adde infra cap.* 28.

3. βουλευομένη *quomodo explicem aut quo adstruam non habeo. Suspicor* βουκολουμένη. *Gatakerus l. l. p.* 799. *suspicatus aliquid excidisse ita corrigendum statuit, atque supplendum:* θεοῦ βουλομένη – - διαχυθεῖσαν σωθῆναι, εἶναι γὰρ *cett. Nec improbo.*

μένη τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἅπασι διαχυθεῖσαν, — εἶναι γάρ φησι αὐτὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Μανιχαῖοι τὴν ψυχὴν μέρος θεοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀποσπασθεῖσαν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἀρχόντων τῆς ἀντικειμένης ἀρχῆς τε καὶ ῥίζης καταβεβλῆσθαι ἐν τοῖς σώμασι· — κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, φησὶ, διὰ τὸ αὐτὴν βρῶμα ὑπάρχειν τῶν αὐτὴν ἁρπαξάντων ἀνθρώπων [4] καὶ ἰσχύος παρεκτικὴν τοῖς αὐτοῖς, καὶ ἐν σώμασι καταμερισάντων τούτου ἕνεκα, φησὶ, ἡ προειρημένη σοφία τοὺς φωστῆρας τούτους κατέθετο ἐν οὐρανῷ, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, μηχανὴν ταύτην ἐργασαμένη διὰ τῶν δώδεκα στοιχείων, ὧν οἱ Ἕλληνες φάσκουσι. Καὶ ταῦτα τὰ στοιχεῖα διϊσχυρίζεται ἀνιμᾶσθαι τὰς ψυχὰς τῶν τελευτώντων ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων, φαεινὰς οὔσας· φέρεσθαι δὲ ἐπὶ τὸ σκάφος. Πλοῖα γὰρ θέλει λέγειν ἥλιόν τε καὶ σελήνην· καὶ τὸ μὲν μικρὸν πλοῖον φορτοῦσθαι ἕως ἡμέρων δεκαπέντε, [5] κατὰ τὴν πλήρωσιν τῆς σελήνης, καὶ οὕτω διαίρειν τε καὶ ἀποτίθεσθαι ἀπὸ πεντεκαιδεκάτης εἰς τὸ μέγα πλοῖον, τουτέστι τὸν ἥλιον. Τὸν δὲ ἥλιον τὴν μεγάλην ναῦν διαπορθμεύειν εἰς τὸν τῆς ζωῆς αἰῶνα καὶ μακάρων χῶρον. Καὶ [6] οὕτως τὰς ψυχὰς διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης [7] διαπορθμευθείσας. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἐν γνώσει λέγει τῆς αὐτῶν χυδαιολογίας ταύτας καθαρθείσας καταξιοῦσθαι τῆς διαπορθμεύσεως ταύτης τῆς παρ' αὐτῷ μυθοποιΐας· πάλιν δὲ ψυχὴν οὐκέτι σώζεσθαι, εἰ μή τι ἂν τῆς γνώσεως τῆς αὐτῆς μετάσχοι. Καὶ πολλή τίς ἐστιν ἡ τῆς ποιήσεως ταύτης τραγῳδία.

Κεφ. ί. pag. 627. *Ὡς δὲ ταῦτα ἦν οὕτως, καὶ ἐν καταλήψει γεγένηται ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου, εἷς [1] τε τὴν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος ἑτοιμότατος [2] ὑπῆρχεν, διὰ τὴν πρὸς [3] θεοῦ πολυποίκιλον γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι' ἣν [4] προςκατεθήκατο [5] παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκὼς τῆς περὶ τὸν ἄνδρα γοητείας τὰ πάντα, ἰδοὺ ὁ Μάνης παρεγένετο μεθ' ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ἀνδρῶν. Ἐξ αὐτῆς οὖν καὶ εὐθὺς παρέρχονται εἰς συζήτησιν δημοσίᾳ, ἐν αὐτῇ τῇ Κασχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος αἱρησάμενοι ὁμοῦ κριτὰς, [6] Μάρσιπόν τινα ὀνόματι, καὶ Κλαύδιον, καὶ Αἰγιαλέα, καὶ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστήν. Καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου ὥςπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου καὶ τῇ ἰδίᾳ*

4. *Vide ne sit invertendum* καὶ ἐν σώμασι καταμερισάντων, καὶ ἰσχύος παρεκτικὴν τοῖς αὐτοῖς. *Quamquam admodum frequentes apud Epiphanium sententiarum sunt eiusmodi et verborum confusiones atque stribligines.*

5. καὶ *pro* κατὰ *mendose expressum video in ed. Pelav. Coloniae repetita.*

6. καὶ οὕτω σωθῆναι τὰς *supplet Gatakerus l. l. p.* 799.

7. *Ita est in libris omnibus. Repono* διαπορθμεύει ἀρθεῖσας (*vel* καταρθεῖσας). *Petavius succurrendum esse putabat ita:* διαπορθμευθείσας ἐπὶ τῶν ἐν γνώσει *cett., deleta particula* γὰρ.

dei sapientiam, cum animam per omnia dissipatam colligere vellet (animam enim tam ille quam eius sectatores Manichaei dei particulam esse putant, ab eoque avulsam et ab adversi imperii radicisque principibus in captivitatem redactam in corpora esse depressam): proinde quod eadem illa cibus eorum esset hominum qui ipsam rapuerant atque in corporibus suis distribuerant, quibus etiam robur viresque suppeditet, propterea Sapientia, inquit, illa quam diximus sidera in coelo ista collocavit, solem ac lunam, stellasque ceteras, et illam duodecim elementis, ut Graecis placet, constantem machinam produxit. Quibus ab elementis affirmat mortuorum hominum animaliumque celerorum animas in altum splendidas ac collucentes evehi, unde in scapham ferantur. Solem quippe ac lunam navigia esse quaedam existimat; quorum quod minus est pro lunae crescentis spatio XV diebus onus vehere, idque demum confecto post XV diem cursu maius in navigium, solem videlicet, exponere, solem vero, sive maiorem illam navim, in aeternam vitam beatorumque sedes animas transmittere. Ad eum modum per solem ac lunam animas transvehi. Quod quidem ad eas pertinere putat quae vanissimi sui dogmatis scientiam perceperint, uti repurgatae fictam illam transductionem obtineant. Quod nisi cognitionis illius particeps fuerit, animae negat spem ullam salutis esse propositam. Omnino denique longa est illius commenti tragoedia.

Haec igitur cum ita se haberent, et Archelaus penitus omnia cognosset, ut de quaestione illa disputare posset, cumque ad id esset instructissimus, partim quod a multiplici divinarum rerum scientia paratissimus erat, partim quod a Tyrbone perdoctus ante fuerat, et omnes nefarii hominis praestigias accurate didicerat, ecce tibi cum suorum comitatu Manes accessit. Quare subinde nulla interiecta mora publicam collationem instituunt in oppido ipso Caschara, ut ante omnia controversiam illam agitarent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt Marsipum quendam, et Claudium, et Aegialeum, et Cleobulum, quorum primus gentilis sapientiae, secundus medicinae professor, tertius grammaticus, postremus erat sophista. Multa in ea disputatione ultro citroque iactata sunt, cum hinc Manes fabulas suas proponeret, inde Archelaus velut egregius miles Cap. X.

Cap. X. — 1. εἴς τε τὴν *ego. Libri habent* εἰς τὴν.

2. ὑπῆρχεν *ego.* ὑπάρχων *libri omnes. Vulgo distinctum est* ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου εἰς τ. ἀντ. τοῦ ζητήματος, ἑτοιμότατος ὑπάρχων, διὰ *cett.*

3. θεοῦ *emendavi cum Galakero Advv. Misc., cui etiam* περὶ θεὸν *placebat.*

4. προσκατεθήκατο *ego.* προενήχητο *coniec. Petavius. Galakerus l. l. proposuit* προσενεθήκατο, *aut* πρώην κατεθήκατο. *Placuit mihi etiam* προσεπεκέκτητο. *Libri habent* προεντεθείκειτο.

5. διὰ τοῦ *cod. Rhedig.*

6. Manippus *appellatur in Actis Archelai p.* 1.

αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν [7] δι' ἐναντίας, τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ (ὅπερ οὐκ ἦν θαῦμα, αὐτοσυστάτης οὔσης τῆς ἀληθείας καὶ μὴ δυναμένης καθαιρεῖσθαι, κἄν τε ἀντιπράττοι ἡ ἀνομία [8] ἀναισχυντίᾳ φερομένη τῷ τῆς ἀληθείας [9] θεσμῷ, τοῦ ψεύδους μὴ ἔχοντος ὑπόστασιν, μηδὲ βάσιν, ὡς καὶ ἡ σκιὰ τοῦ σκότους, καὶ τοῦ ὄφεως τὸ σφαλερὸν τῆς ἐπιβάσεως, καὶ ἀνέρειστον τῆς τῶν ποδῶν στερήσεως), — [10] ἐντεῦθεν ὁ Μάνης [11] ἀποδράσας, βουλομένων τῶν δήμων αὐτὸν λιθοβολῆσαι, εἰ μὴ [12] ὅτι παρῆλθεν εἰς μέσον Μάρκελλος, καὶ τῷ αἰδεσίμῳ αὐτοῦ προσώπῳ κατεδυσώπησε τοὺς δήμους, ἐπεὶ ἂν ὁ τάλας νεκρὸς μένων πάλαι ἐτεθνήκει, ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τινὰ τῆς [13] Καρχάρων εἰς Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ᾗ [14] Τρύφων τις ἐπιεικέστατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐτύγχανε τῶν αὐτόθι πρεσβύτερος.

Κεφ. ια'. Παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τἄλλα καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπείληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ. Ὁ θεὸς γὰρ ἀεὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζου-
pag. 628. σιν ἑτοιμάζει τὰς ἐκ πνεύματος ἁγίου δωρεὰς ἐπιχορηγούμενος, ὡς καὶ ἐπηγγείλατο ἀψευδὴς ὢν ὅτι, Μὴ μεριμνήσητε τί εἴπητε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ὅτι, [1] Ἀνήρ τις ἦλθεν ἐνταῦθα οἷα δὴ λύκος βαρὺς, καὶ διολέσαι τὴν μάνδραν ἐπιχειρεῖ. Ἀλλὰ παρακαλῶ ἀπόστειλόν μοι τί ἂν πρὸς τοῦτον ποιήσομαι, ἢ ποίοις λόγοις ἀντείπω τῇ [2] αὐτοῦ κακοδιδασκαλίᾳ. Καὶ εἰ μὲν αὐτὸς καταξιοῖς παραγενέσθαι, ἀμέριμνον ποιήσειας τὴν τοῦ Χριστοῦ μάνδραν, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι [3] τὸν Μάνην, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν. Ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος [4] αὐτὸς συνάξασθαι, [5] προσκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν.

7. *Vulgo scriptum extat* διεναντίας.
8. ἀναντισχέτως *aut* ἀναισχυντὶ *correxit Gatakerus l. l.*
9. δεσμῷ *mendosa est editorum scriptura.*
10. *Hic apud Petav. incipit cap. undecimum.*
11. *Cave ne corrigas* ἀποδρὰς. *Haer.* 64, 1. ἀπέδρασε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος. *Sic etiam* φύσασαι *pro* φῦσαι *in Epist. ad Acac.* 2. *et Ancor. cap.* 12. *in loco gemello.*
12. *Suspicetur aliquis* τότε: *at etiam supra haer.* 30, 5. εἰ μὴ ὅτι *occurrebat pro* εἰ μὴ *positum.*
13. χαλχάρων *uterque liber scriptus.*
14. *Diodorum appellat Acta Archelai p.* 68.

Cap. XI. — 1. *Integra extat haec epistola Tryphonis, vel Diodori, ad Ar-*

adversarii tela vi sua ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de iudicum sententia veritati victoria cessit. Quod utique mirum nemini esse debet. Veritas enim per se ipsa consistit, nec deiici potest, quantumvis improbitas audacia freta firmissima, quibus est illa constricta, vincula dissolvere conetur. Contra vero mendacium solidi nihil habet, neque fundamento ullo nititur, perinde atque umbra tenebrarum, aut lubricus et instabilis, pro eo quod pedibus caret, serpentis ingressus. Secundum haec Manes fuga sibi consulit. Populus enim lapidibus illum obruere volebat, nisi Marcellus in medium prodiens vultu ipso venerationis pleno aspectuque repressisset. Quod nisi fecisset, iamdudum infelix ille periisset. Inde igitur discedens Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit, ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tum loci illius presbyter.

Ad hunc Manes divertens rursum miscere omnia, ac se arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, et excellenti pietate praeditum, sed orationis praesidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit. Deus enim iis qui in se confidunt spiritus sancti dona praeparat, abunde largitur, prout ipse pollicitus est qui mentiri non potest. *Nolite,* inquit, *solliciti esse quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris mei, qui loquitur in vobis.* Sed cum Manes iterum cum Tryphone presbytero congredi vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per literas Archelao significat, his verbis: Homo quidam huc accessit qui infestissimi lupi more ovile perdere aggreditur. Verum obsecro te scribe ad me quemadmodum adversus illum me gerere oporteat, ac quibus rationibus perniciosae eius doctrinae resistere. Quod si venire ipse dignaberis, Christi ovile gregemque ab omni sollicitudine liberabis. Archelaus his acceptis literis duos ad eum libros mittit, quos in promptu facileque comprehenderet, contra Manem conscriptos. Ceterum ut adventum suum praestolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum

Cap. XI.

Matth. 10, 19.

chelaum data in Actis Archelai p. 68. *ed. Zac.*

2. αὐτοῦ *scripti*, αὐτῶν *editi libri.*

3. *Libri habent* καταλαβέσθαι τῷ Μάνῃ. *Petavius annotavit in marg.* „Vitii nonnihil subest huic loco.“ *Cornarius vertit,* misit duos libros per quos ex facili Mani resisteret. *Correxi* τὸν Μάνην, *ut sensus sit* per quos facile haberet confutare Manetem. *Ceterum illorum* λόγων *ab Archelao Tryphoni missorum nulla mentio fit in Actis Archelai.*

4. αὐτὸς συνάξασθαι *rescripsi pro eo quod vulgo in libris extat* ἐν τῷ συνάρξασθαι, *quod Cornarius atque Petavius intactum liquerunt. Verte*, cum ipse ad congrediendum provocaretur.

5. προχαλεῖσθαι *ed. Petav.*

Καὶ τοῦ Τρύφωνος ἰνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ [6] αὐτῷ πρὸς ἔπος ὧν ἤτησε κατὰ τὴν ἐκ θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα τὸν [7] ἠρέμα πως ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδοίαζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥςπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παρρησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. Εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχέλαον, [8] ὑποκοριστικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη, Ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας [9] ἀπεφίμωσεν, τῶν δὲ ὑπ' ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος αὖθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα. Οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι. Ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον Κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν [10] ἀφῖκται.

Κεφ. ιβ'. *Ἐκεῖθεν δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς γνοὺς τὴν τοῦ Μάνη καταφυγήν, ἀποστείλας, καὶ χειρωσάμενος αὐτὸν ἐν τῷ προειρημένῳ Καστέλλῳ, εἰς τὴν Περσίδα ἀτίμως καθείλκυσε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ κα-*
pag. 629. *λάμῳ κελεύσας ἐκδαρῆναι, οὕτω τὴν τιμωρίαν αὐτῷ ἀπέδωκεν. Ὅθεν καὶ ἐκδαρέντα καλάμῳ καὶ τὸν ἀσκὸν αὐτοῦ ἐμπλησθέντα ἀχύρων ἔτι καὶ δεῦρο ἐν Περσίδι ἔχουσι. Καὶ οὕτω τὸν βίον κατέστρεψε. Διὸ αὐτοὶ οἱ Μανιχαῖοι ἐπὶ καλάμοις τὰς κοίτας αὐτῶν ποιοῦνται. Οὕτω δὲ αὐτοῦ ἀποθανόντος, καὶ καταλείψαντος τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς οὓς εἴπομεν, Ἀδδᾶν, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἑρμείαν, πρὶν ἢ αὐτὸν τὴν δίκην ἀπολαβεῖν κατὰ τὸν δεδηλωμένον τρόπον, ἦσαν ἀποσταλέντες ὑπ' αὐτοῦ, ὁ μὲν Ἑρμείας εἰς τὴν Αἴγυπτον, ᾧ καὶ συνέτυχον πολλοὶ (οὐκ ἔστι γὰρ [1] ἀρχαΐζουσα ἡ αἵρεσις, καὶ οἱ συντετυχηκότες τῷ προειρημένῳ Ἑρμείᾳ, μαθητῇ ὄντι τοῦ Μάνη, ἡμῖν τὰ κατ' αὐτὸν διηγήσαντο)· Ἀδδᾶς δὲ ἐπὶ τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, Θωμᾶς δὲ ἐπὶ τὴν [2] Ἰουδαίαν, ἐξ ὧν ἐκρατύνθη τὸ δόγμα εἰςέτι δεῦρο. Ἔλεγε δὲ ἑαυτὸν ὁ Μάνης εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ παράκλητον· καὶ ποτὲ μὲν ἀπόστολον φάσκει ἑαυτὸν Χριστοῦ, ποτὲ δὲ πνεῦμα παράκλητον. Καὶ πολλὴ τῆς τυφλώσεως [3] τούτων κακόδοξος ἀλλοιοτροπία.*

Κεφ. ιγ'. *Ἐντεῦθεν λοιπόν, ἀγαπητοί, χρεία ἡμῖν γίνεται εἰς τὴν αἵρεσιν εἰπεῖν, καὶ εἰς τὴν αὐτῆς ματαιοφροσύνην (τὰ γὰρ παρελθόντα πάντα κατὰ ἱστορίαν ὑφηγησάμην), ὅθεν δὴ ἄρχεται διδάσκειν τε καὶ γράφειν καὶ λέγειν ὁ χαλεπώτατος Μάνης ἐν τῷ περὶ Πίστεως [1] αὐτοῦ λόγῳ. Βίβλους γὰρ οὗτος διαφόρους ἐξέθετο. Μίαν μὲν ἰσάριθμον εἰκοσιδύο στοιχείων τῶν κατὰ τὴν τῶν Σύρων στοιχείωσιν δι' ἀλφαβήτων*

6. αὐτῷ *libri scripti.* αὐτοῦ *editi.*
7. *Libri* ἠρέμα πῶς. *Pelav. incidendum censuit esse ante* ἐν ᾧ. *Cornarius vertit*, perstringenteque impostorem placide quodammodo in quibus sibi ipsi non integre constabat, prosilit *cett.*
8. ὑποκριτικῶς *ed. Pelav. Colon.*
9. ἀπεφήμωσεν *scripti libri et ed. pr.*
10. ἀφῆκται *scripti et ed. pr.*

se stitisset, et ad omnia quae quaesierat singillatim pro ea quam a deo acceperat sapientia respondisset, atque impostorem lenius agitaret, apud se nonnihil haesitans, repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tanquam acerrimus paterfamilias suorumque studiosissimus audacter in praedonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia, Sine me, inquit, cum Tryphone contendere: tu enim me cum sis episcopus dignitate superas. Archelaus vero, ex eo quod iam illius dogma confutatum erat multo quam verbis exprimi posset simulandi callidiorem esse docuit, osque illi prorsus occlusit. Tum quae ab illo proposita fuerant dissolvens novum ei pudorem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub haec populus ardentibus rursum animis scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.

Sed Persarum rex comperta Manichaei fuga missis satellitibus in eodem illo castello comprehensum hominem ignominiose in Persidem abduxit, ubi calamo cute detracta, ultimum de eo supplicium sumpsit. Quam quidem cutem utris in modum, infartis paleis, ad hodiernum diem in Perside servant. Hunc igitur ille exitum vitae consecutus est. Ob id Manichaei lectulis suis arundinem substernunt. Ergo ille sic mortuus eos quos dixi discipulos reliquit, Addam, Thomam et Hermeam, quos antequam illo mortis genere poenas lueret, varia in loca dimiserat. Hermeas enim in Aegyptum profectus est, quo cum plerique versati sunt. Neque enim antiqua est admodum haec haeresis, adeo ut qui cum Hermea Manis discipulo collocuti sunt nobis quae ad illum pertinebant narraverint. Addas in superiorem regionem abiit, Thomas in Iudaeam. Atque ab iis secta illa ad hodiernum usque diem vires atque incrementum habuit. Ceterum Manes spiritum se esse paracletum asserebat. Ac nonnunquam apostolum se esse Christi, alias paracletum spiritum praedicat. Estque prorsus insolens et absurda excaecati hominis illa persuasio. Cap. XII.

Iam vero necesse est ut deinceps adversus hanc haeresin stolidaque illius decreta disputemus. Nam quae hactenus diximus nudam de illo historiam continent. Ab eo igitur ordiemur quod docendi ac scribendi dicendique initium sumpsit improbissimus Manes in eo libro quem de Fide scripsit; libros enim varios edidit, quorum unus viginti duas in partes distributus est, alphabetico ordine pro Cap. XIII.

Cap. XII. — 1. ἀρχατζουσα *emendatum est a Cornario et Petavio. Scripti enim libri cum ed. princ. habent* ἀχατζουσαι. 2. Ἰνδίαν *corrigit Petav. ex Theodoreto.* 3. τούτων *scripti*, τούτου *editi libri.*

Cap. XIII. — 1. αὐτοῦ *om. cod. Rhedig.*

συγκειμένην (χρῶνται γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν Περσῶν μετὰ Περσικὰ στοιχεῖα καὶ τῷ Σύρῳ γράμματι, ὥςπερ παρ' ἡμῖν πολλὰ ἔθνη τοῖς Ἑλληνικοῖς κέχρηνται, καί τοί γε ὄντων σχεδὸν κατὰ ἔθνος ἰδίων γραμμάτων· ἄλλοι δὲ δῆθεν τὴν βαθυτάτην τῶν Σύρων διάλεκτον σεμνύνονται, [2] τήν τε κατὰ τὴν Παλμύραν διάλεκτον, αὐτήν τε καὶ τὰ αὐτῶν στοιχεῖα, εἰκοσιδύο δὲ ταῦτα ὑπάρχει, διόπερ καὶ ἡ αὐτὴ βίβλος [3] εἰς εἰκοσιδύο τμήματα λόγων τέτμηται)· ταύτῃ δὲ ἐπιτίθησιν ὄνομα Μανιχαίου Μυστήρια. Ἑτέρα δὲ Θησαυρός. Καὶ ἄλλας δὴ βίβλους καττύσας φαντάζεται, τὸν Μικρὸν [4] δὴ Θησαυρὸν οὕτω καλούμενον, ἄλλην δὲ τὴν περὶ Ἀστρολογίας. Οὐ γὰρ ἀποδέουσι τῆς τοιαύτης περιεργίας, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοῖς [5] ἐν προχείρῳ καυχήματος πρόκειται ἀστρο-
pag. 630. νομία· καὶ φυλακτήρια, φημὶ δὲ τὰ περίαπτα, καὶ ἄλλαι τινὲς ἐπῳδαὶ, καὶ μαγγανεῖαι. Ἄρχεται γοῦν ἐν τῇ [6] αὐτοῦ βίβλῳ λέγειν ὁ αὐτὸς Μάνης.

Κεφ. ιδ'. Ἦν θεὸς καὶ ὕλη, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακὸν, τοῖς πᾶσιν [1] ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν θάτερον θατέρῳ. Καὶ οὗτος μὲν ἔστιν ὁ πρόλογος τοῦ ἀγύρτου. Ἐντεῦθεν ἄρχεται τῆς αὐτοῦ κακομηχανίας. Καὶ ἡ μὲν βίβλος ἐν πλάτει κεῖται, τοιαῦτά τινα φαῦλα [2] ἄλλα περιέχουσα, ὧν τὴν δυςκολίαν καὶ τὴν ἐναντιότητα τῶν λόγων καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τοῦ σκοποῦ [3] ἐστι περιληπτέον. Εἰ γὰρ καὶ πολλὴ ἡ λοιπὴ φλυαρία καὶ μυθώδης ὑπόθεσις, ἐκ τῆς εἰςαγωγῆς τὸ πᾶν δειχθήσεται τῆς αὐτοῦ πονηρίας. Τὸ γὰρ, Ἦν θεὸς καὶ ὕλη, οὐδὲν ἀποδέον τῆς τῶν Ἑλλήνων ματαίας ὑπονοίας ὑφηγήσατο. Εὐάλωτον δὲ καὶ ῥᾴδιον καὶ εὐκατάλυτον τῆς συκοφαντίας τοῦτο τὸ κενοφρόνημα. Δύο γὰρ ἐπιτοαυτὸ [4] εἶναι σύγχρονά τε καὶ ἀΐδια ἐξ εὐλόγων λογισμῶν καὶ συνετῆς εὐνοίας ἀδύνατον [5] εἴη ἂν παρὰ τῷ κρίνειν εὐλόγως γινώσκοντι. Καὶ γνωστέον τοῦτο ἔσται παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ. Εἰ γὰρ τὰ δύο σύγχρονα, οὐδὲ κἂν τῷ ὀνόματι διήλλακται· πᾶν γὰρ τὸ σύγχρονον καὶ συναΐδιον. Τὸ δὲ συναΐδιον καὶ ἀεὶ ὑπάρχον, τοῦτο θεὸς, μάλιστα ἀπό τινος αἰτίου ἀρχὴν μὴ εἰληφός. Οὐδὲν γὰρ ἀΐδιον ἢ μόνον θεός. Διαφόροις γὰρ ὀνόμασι ταύτας τὰς ἀρχὰς ἐξέθου, ὦ βάρβαρε τὴν φρένα καὶ πολέμιε τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. Τὸ μὲν ἐξέθου φῶς, τὸ δὲ σκότος, τὸ δ' αὖ ἀγαθὸν, καὶ [6] τὸ ἕτερον κακόν. Φάσκεις δὲ ὅτι τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐστὶ ταῦτα

2. τήν τε τὴν κατὰ *libri exhibent; sed alterum illud* τὴν *uncinis notavit iam Petavius.*

3. εἰς *desideratur in ed. Petavii Col. repet.*

4. *Fortasse* δῆθεν.

5. *Verto* de qua gloriari in promptu haberent. *Cornarius:* Imo potius ad ostentationem in promptu propositam habent.

6. αὐτοῦ *ed. Petav.*

Cap. XIV. — 1. ἄχρως *ed. Petav. ex emend. Cornarii, qui vertit* extreme. *In scriptis et in ed. princ. legitur* ἄκρος.

2. ἄλλα *rescripsi ex coniectura. Nam libri habent* ἄττα. *In cod. Rhedig. est* ἄττα.

literarum quibus Syri utuntur numero. Nam plerique Persarum praeter elementa Persica Syrorum quoque literis utuntur, quemadmodum apud nos innumerae gentes Graecas adhibent; tametsi singulae fere suas ac proprias habeant. Alii vero reconditissima Syrorum lingua sese venditant, cuiusmodi est Palmyrenorum, quem una cum viginti duobus eius elementis adhibent. Hinc est quod Manichaei liber totidem in sectiones dividitur; huius inscriptio est Manichaei Mysteria. Alius est cui Thesauro nomen inditum. Praeter hos alios quosdam ad illudendos homines contexuit, velut Minorem Thesaurum; item de Astrologia. Neque enim a curiosis illis artibus abhorrent; quin potius astronomiae scientiam prae se ferunt, ac de ea gloriantur. Sed et amuleta, hoc est appensa quaedam e collo, nec non et cautiones magicas ac praestigias usurpant. Verum sic illum quem dixi librum Manes exorditur.

illius adventus est, eo plures eius praecones ac praecursores ante-
cedunt: postquam autem princeps urbem ingressus fuerit, quid am-
plius praeconibus opus est, aut veredariis ceterisque regis adventus
praenuntiis, cum iam ipse intra moenia versetur? Eodem modo Ioann. 1, 29.
lex et prophetae ad Ioannem usque perstiterunt. Postquam autem
Ioannes in deserto praedicavit, et agnum illum esse dei monstravit,
qui tollit peccata mundi, nihil amplius prophetas mitti necesse est,
qui nobis Christi ex virgine ortum adventumque denuntient. Olim
quidem necessarii illi fuerunt, qui eundem illum advenire nuntia-
rent, ut adventus eius hoc ipso fides astrueretur, quod ante signi-
ficatus fuerat. Porro quemadmodum si quis paedagogum habeat
(recte enim hac similitudine utimur, cum apostolus dicat, *Paedago-* Gal. 3, 24.
gus noster fuit lex in domini adventum), postquam adoleverit, et
praeceptorem habuerit, non omnino paedagogum velut inimicum re-

a cod. Rhedig.
2. ἡ *codd. mss. Desideratur ea vocula in utroque edito.*
3. ἐν τῷ αὐτῷ *extat in cod. Rhedig. pro* ἐνώπιον αὐτοῦ.
4. *Ita correxit Petavius. Libri vulgo* ἐφ' ἵππους.
5. *Libri omnes* ἐφ' ἵππων.
6. *Vox* Ἰωάννου *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

δηγήθημεν ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις ἕως τῆς παρουσίας τοῦ διδασκάλου, εὑρόντες δὲ τὸν διδάσκαλον οὐκ ἀτιμάζομεν τὸν παιδαγωγὸν ἀλλὰ καὶ χάριν αὐτῷ ὁμολογοῦμεν, ὅτι τὴν ἡμῶν νηπιότητα καθοδηγήσας εἰς τὰ ἐντελέστερα ἡμᾶς μαθήματα προεπέμψατο. Ἢ καθὼς ἐάν τις μέλλων πλεῖν [7] ἐν θαλάσσῃ ἔχοι μεγάλην τὴν ναῦν, ἐν ἀκατίῳ δὲ μικρῷ ἐπέλθοι τὸ σάλος τὸ παρὰ τὴν ὄχθην τῆς θαλάσσης, καὶ διενέγκῃ τὸ ἀκάτιον εἰς τὴν μεγάλην ναῦν τὸν ἄνθρωπον, οὐ πάντως ὁ ἄνθρωπος βυθίζει τὸ ἀκάτιον, ἐπειδὴ εὗρε τὴν μεγάλην ναῦν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ χάριν ἔχειν τῷ ἀκατίῳ καταλαμβάνει τὸ μειζότερον τῆς αὐτοῦ σωτηρίας πλοῖον. Ἢ καὶ ἑτέρως ἵνα εἴπωμεν, ὡς ἐάν τις ἐκβληθῇ ὑπὸ μητρὸς γεννησάσης, [8] ληφθεὶς δὲ ὑπό τινος τοῦ τυχόντος καὶ ἀνατραφείη χρόνῳ, εἰςύστερον ἀνδρωθέντος αὐτοῦ ἐπιγνῷ τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα τὸν κατὰ φύσιν, ἔχοι δὲ ὁ τοιοῦτος σύνεσιν, μὴ ἐπειδὴ [9] ἐπέγνω τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῆς ἰδίας κληρονομίας, παρὰ τοῦτο ἀτιμάζει τὸν ἀναθρέψαντα; οὐ πολλῷ μᾶλλον χάριν ἴσχε τῷ ἀναθρέψαντι, ὅτι οὐκ εἴασεν αὐτὸν εἰς θάνατον παραδοθῆναι; οὕτω καὶ ἡμεῖς χάριν ἔχομεν [10] θεῷ τῷ δεδωκότι νόμον καὶ προφήτας, καὶ χάριν ἔχομεν αὐτῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς τῆς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καινῆς διαθήκης.

Κεφ. οζ΄. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης εἶναι ἡμᾶς μορφὰς Ἀρχόντων, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων γεγονότας, αὐτοῖς δὲ εἰς κατάβρωμα καταβεβλημένους. pag. 697. Πολλὴ δὲ [1] ἄνοια ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις. Ὁρῶμεν γὰρ οὐχ οὕτως τὰ πράγματα συμβαίνοντα. Πᾶν γὰρ ὁτιοῦν ἐπὶ τῆς γῆς, κἄν τε φαυλοτέρων καὶ ἀγριοτέρων θηρίων ὑπάρχοι, οὐ τῇ ἰδίᾳ μορφῇ ἐπέρχεται, ἀλλὰ ταῖς ἄλλαις. Ὡς οἷον εἰπεῖν, λέοντες λέοντας οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ ἴδιον ἐκτύπωμα καὶ ὁμόστοιχον, ἀλλὰ λιμοῦ μεγάλου πιέζοντος ἐν τοῖς ὄρεσι τοὺς θῆρας, καὶ [2] ἔν τι πολλῷ χρόνῳ αὐτῶν μὴ εὑρισκόντων, ἤτοι διὰ χιόνα, ἢ δι' ἑτέραν ἔνδειαν, ἀναστρέφουσιν ἐν τοῖς φωλεοῖς καὶ χηραμοῖς αὐτῶν λέοντες ἅμα σκύμνοις ὑπάρχοντες, καὶ ἅμα λεαίναις. Καὶ οὐκ ἐπέρχεται θὴρ θηρίῳ, οὐ λύκος λύκῳ, εἰ μή τι ἂν εἰς μανίαν ἔλθοι τὸ ζῶον, καὶ λυσσῆσαν ἀγνοεῖ ὃ πράττει. Εἰ τοίνυν λύκος λύκον οὐκ ἐσθίει, διὰ τὴν ὁμόστοιχον μορφὴν, πῶς δύνανται οἱ Ἄρχοντες ἡμᾶς ἐσθίειν, εἰ τῆς αὐτῆς ὑπάρχομεν, καὶ οὐ μᾶλλον θωπεύουσιν, ἵνα δόξωσιν τὰς ἰδίας αὐτῶν μορφὰς περιποιεῖσθαι; Καὶ πανταχόθεν ἐλέγχονται τοῦ ἀγύρτου οἱ λόγοι.

Κεφ. οη΄. Εἶτα πάλιν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου ἐπιλαμβάνεται ὅτι, Οὐ πάντες χωροῦσι τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ἀλλ' οἷς δέδοται. Καὶ οὐκ ἦν ὁ λό-

7. ἐν τῇ θαλάσσῃ cod. Rhedig.

8. Suspicor ληφθείη. Nisi potius malueris ληφθεὶς δὲ - - καὶ ἀνατραφεὶς χρόνῳ cett. Pro ἐὰν in cod. Rhedig. est ἄν.

9. ἔγνω cod. Rhedig.

spuit, ita et nos per legem ac prophetas ad praeceptoris adventum usque perducti, ubi hunc nacti sumus, paedagogum cum ignominia non reiicimus, sed ei gratiam potius habemus, quod infantiam nostram per viam deducens ad perfectiores nos disciplinas promoverit. Item velut si quis in alto mari navigaturus, comparata maiore navi, exiguo lembo vicinum littori salum, in quo maior illa navis fluctuat, traiecerit, et ad eam minoris huius beneficio pervenerit, ubi maiorem attigerit, non statim lembum in profundum deprimit, sed ita grandiori navigio salutem suam committit, ut exiguo illi lembo gratiam habendam putet. Addam et aliud exemplum. Sicut expositus a genitrice quispiam, si ab aliquo forte sublatus et educatus fuerit, posteaquam adoleverit, ac naturalem suum parentem agnoverit, is, si prudentiae aliquantulum habeat, num ubi parentem agnoverit, et hereditatem suam adierit, idcirco nutricium illum aspernabitur, aut non ei potius gratificabitur, quod eius beneficio letum evaserit? Perinde igitur et nos deo gratiam habemus, primum quod legem nobis ac prophetas dederit, tum etiam quod novo nos filii sui testamento dignatus sit.

Idem Manichaeus Principum nos imagines esse, et a Principibus productos affirmat, quibus ad pabulum simus expositi. Quod sane dictu quam impium est. Longe enim aliter omnibus in rebus accidere cernimus. Et vero ex his omnibus quae in terra sunt, licet pessimas ac crudelissimas quasque feras consideres, nulla est quae in sui similem saeviat, sed in alterius generis duntaxat. Exempli caussa leonem leo propter formae ac naturae similitudinem non devorat, sed licet ingens fames in montibus feras illas urgeat, adeo ut propter nives aut inopiam aliquam praedae nihil longo tempore inveniant, in lustris tamen ac latibulis suis cum catulis ac leaenis commorantur; nec ulla omnino bestia in sui similem incurrit, velut lupus in lupum, nisi forte in rabiem concitata quid agat nesciat. Quare cum ne lupus quidem lupum devoret, ob figurae cognationem, quomodo Principes devorare nos possunt, quibus sumus formae similitudine coniuncti? Cur non potius blandiuntur nobis, quo suas ipsorum effigies tueri complectique videantur? Sic impostoris illius undique confutatur oratio. Cap. LXXVII.

Sed illud ex evangelio profert: *Non omnes doctrinam suam capere, sed quibus datum est.* Atqui nulla hic a salvatore de doctrina Cap. LXXVIII. Matth. 19, 18.

10. ϑεῷ *abest a cod. Rhedig.*

Cap. LXXVII. — 1. *Ita correxit Petav. Est ea scriptura in margine exempli Schottiani annotata. Libri enim vulgo habent* ἀνοσία. *Ego olim suspicabar* ἀγνωσία.

2. *Sic correxi. Libri habent* ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ.

γος περὶ διδασκαλίας ἐνταῦθα τῷ Σωτῆρι, ἀλλὰ περὶ εὐνούχων. Εἰ δὲ περὶ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πληροῦται τὸ, Οὐ πάντες χωροῦσιν, ἐνταῦθα τῷ σωτῆρι, ἄρα ἐὰν οὐ χωρήσωσι, κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην οὐ χωροῦσιν. Ἐπαινετοὶ οὖν ἤτοι [1] ψεκτοὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ αὐτεξούσιον κληθήσονται, καὶ οὐκέτι κατὰ φύσιν ἔσται τὸ χώρημα, ἐπεὶ [2] τί ἂν ὠφελήσειε τὴν αὐτῷ καταγγέλλων διδασκαλίαν; Ἐξέπεσε δὲ πανταχόθεν αὐτοῦ ὁ λόγος. Οὔτε γὰρ διδασκαλίαν ὁ σωτὴρ τὸν λόγον ἀπεφήνατο, ἀλλὰ δι' εὐνουχισμόν. Κἄν τε διδασκαλίαν εἴποι, οὐκέτι σταθήσεται τοῦ Μάνη [3] ὁ λόγος. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Μάνης, [4] Ἤιδει τοὺς ἡμετέρους· καὶ γὰρ τὰ ἐμὰ πρόβατα γινώσκει με, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ πρόβατα. Ἐν ἅπασι δὲ ψεύδεται. Βουλόμενος γὰρ θωπείᾳ ἁρπάσαι [5] ψυχὰς κατὰ τῶν τότε παρόντων ἐν τῇ συζητήσει τοῦτον ἐξεῖπε τὸν λόγον, ὑποσπείρων δέλεαρ, ὡς εἰπεῖν, ἵνα διὰ τῆς κολακείας δόξωσιν αὐτῷ συνάπτεσθαι· ἵνα ὅταν συναφθῶσιν ἄρξηται κομπάζειν καὶ λέγειν εἰδέναι αὐτοὺς πρὶν ἢ τὴν ἄφιξιν πρὸς αὐτὸν ποιήσονται.
pag. 698. Γέγονε δὲ [6] αὐτῷ ὡς ὁ τῶν Ἑλλήνων μῦθος κατὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν μάντιν, μαντευόμενον τοῖς ἄλλοις, ἑαυτῷ δὲ μὴ δυνάμενον μαντεύεσθαι, ἀλλὰ ἐκπεπτωκότα αὐτὸν τοῦ μαντείου, ἐρῶντα τῆς Δάφνης, καὶ ἐκπεπτωκότα αὐτῆς διὰ σωφροσύνην. Οὕτω καὶ οὗτος ὁ Μάνης ἐμαντεύετο μὲν εἰδέναι τοὺς ἰδίους, φύσει δὲ διὰ Μάρκελλον ἧκεν ὑποχείριον αὐτὸν ληψόμενος, διέπεσεν δὲ τὸ αὐτοῦ μαντεῖον. Οὔτε γὰρ αὐτῷ Μάρκελλος ἐπείσθη, οὐδέ τις ἕτερος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων.

Κεφ. οθ'. Εἶτα ἔφη ὅτι, Τὰ παλαιὰ ἔτη οὐδεὶς ἐσώθη, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος ἄχρι τῶν [1] αὐτοῦ χρόνων. Πρόβος δὲ ἦν ὁ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ βασιλεὺς, καὶ Αὐρηλιανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ, ὅτε οὗτος ὁ Μάνης ἐνεδήμει. Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν ἐλέγχεται πάντη, τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων περὶ τῶν ἤδη πρότερον σεσωσμένων. Ὡσαύτως ὁ κύριος λέγει, Ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης πᾶν αἷμα δικαίου ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου μέχρις αἵματος Ζαχαρίου τοῦ ἐκκεχυμένου ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Πόθεν οὖν δίκαιος Ἄβελ, πόθεν Ζαχαρίας, εἰ μὴ ὅτι ἦν ἤδη [2] ἡ σωτηρία, καὶ ὅτι ἔσωσεν ἤδη διὰ νόμου καὶ προφητῶν; Φησὶ, Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως· ὅπως γνῷς ὅτι ἐν Μωϋσεῖ [3] ἀνεκόπη ὁ θάνατος, οὐ παντάπασιν ἀφανισθείς. Ἀπεξεδέχετο γὰρ τὸν τελειωτὴν πάντων Ἰησοῦν, ἵνα ὅταν [4] αὐτὸν παραδῴη ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος,

Cap. LXXVIII. — 1. ψευκτοὶ cod. Rhedig.
2. τί desideratur in ed. Petav.
3. Articulum ὁ adieci ex utroque cod. ms.
4. ᾔδει scripsi ex emendatione Petavii. Libri habent ἤδη. Cornarius vertit dicit amplius idem Manes, nostros iam sermones usurpans.
5. ψυχὰς libri mss.; et Cornarius ver-

mentio, sed de eunuchis duntaxat instituitur. Verum ut hoc demus, ad ipsius doctrinam dictum illud spectare; *Non omnes capiunt*, igitur si non capiunt, ex propria animi sententia non capiunt. Quare laude aut vituperio digni ex voluntatis suae libertate dicentur, neque ex natura capacitas illa petenda fuerit; alioqui quid praedicanda doctrina sua proficeret? Verum nihil omnino dicit, quandoquidem non ad doctrinam, sed ad spadones salvatoris ille sermo pertinet. Ac tametsi de doctrina loqueretur, non tamen stare posset Manichaei ratio. Atenim Manichaeus, Noverat, inquit, nostros. *Oves* Ioann. 10, 14. *enim meae cognoscunt me, et cognosco oves meas.* Sed ubique mentitur. Nam cum ex eorum numero, qui tum illi disputationi praesentes aderant, quempiam vellet per ambitionem ac blanditias rapere, istiusmodi vocibus est usus, ac velut escam et illecebram aspersit, ut hac illi adulatione ad eius se societatem aggregarent, ut cum adiuncti essent, gloriari ac iactare posset se illos, antequam ad se venirent, cognitos habuisse. Sed idem illi contigit quod Apollini vati, qui, ut est in Graecorum fabulis cum aliis futura praediceret, sibi ipsi non praesagiit, sed suo ipsius oraculo fraudatus est, cum scilicet Daphnes amore flagrans ob eius castitatem compos esse non potuit. Ita Manichaeus cum se suos nosse vaticinaretur, ac Marcelli captandi gratia venisset, sua illum frustrata divinatio est. Nam neque Marcello, neque alteri cuiquam per illud tempus dogmata sua probare potuit.

Cap. LXXIX.

Praeterea, Nemo, inquit ille, priscis temporibus salutem adeptus est, nisi ab anno decimo quinto Tiberii Caesaris ad aetatem usque suam, quae in Probi et antecessoris Aureliani imperium incidit, sub quibus Manichaeus vixit. In quo rursus explodendus venit, cum de multis olim salutem assecutis tam evangelii quam apostolorum scripta meminerint; imo et dominus ipse, *Requiretur*, inquit, Matth. 23, 36. *ab hac generatione sanguis omnis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae, qui effusus est inter templum et altare.* Potuitne iustus Abel aut Zacharias esse, nisi iam tum salus comparari potuisset, eamque leges ac prophetarum beneficio tribueret? Propterea scriptum est, *Regnavit mors ab Adam* Rom. 5, 14. *usque ad Moysem*, ut intelligas repressam in Moyse mortem esse, non omnino restinctam. Expectabat quippe consummatorem omnium Iesum, donec pro humano sese genere sponte traderet, atque et

tit animas. *At in utroque edito extat* ψυχήν.

6. αὐτῷ *codd. mss. et ed. pr.* αὐτοῦ *ed. Petav.*

Cap LXXIX. — 1. αὐτοῦ *revocavi ex libris manu exaratis. In editis male est* αὐτῶν.

2. *Articulum* ἡ *restitui ex libris mss.*

3. ἀνεχόπει *ed. princ.*

4. *Suspicor* αὐτόν. *Vocem* ὅταν *de-*

ὁ ἀθάνατος θανὼν, ὁ ἀκράτητος κρατητὸς γενόμενος, ἡ ζωὴ ἐν σαρκὶ τὸ παθεῖν ὑπομένων, καὶ κλάσῃ διὰ τοῦ θανάτου τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας καὶ τὸν θάνατον· ὅτε λοιπὸν ἐπληροῦτο, Ποῦ σου θάνατος τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν Μωϋσεῖ ἀνετράπη ἐπισχεθεὶς ὁ θάνατος, βασιλεύσας ἄχρι Μωϋσέως. Καὶ πρῶτον μὲν δίκαιοι ἦσαν οἱ περὶ Ἄβελ, καὶ Ἐνὼχ, ὁ μετατεθεὶς τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο. Ἀλλὰ οὔπω ὁ ἔγγραπτος νόμος, ἀλλὰ ὁ κατὰ φύσιν ἐκ διανοίας, καὶ ἐκ παραδόσεως, κατὰ διαδοχὴν πατέρων πρὸς τοὺς υἱούς. Ὅτε [5] δὲ τηλαυγῶς ἐξετέθη ὁ νόμος, ἐγένετο, ὡς εἰπεῖν, μάχαιρα διχάζουσα
pag. 699. τὴν δύναμιν τῆς ἁμαρτίας, ὅτε δὲ ὁ σωτὴρ παρεγένετο, συνετρίβη τὸ κέντρον τοῦ θανάτου. Καὶ πάλιν καταποθήσεται ὁ θάνατος εἰς νῖκος τότε. Καὶ ὅρα πῶς ἔσωζεν ὁ θεὸς διὰ πολλῶν τρόπων· τὸ δὲ τέλειον τῆς σωτηρίας ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν γεγένηται, καὶ γενήσεται, ὡς καὶ ὁ εὐαγγέλιον φάσκει ὅτι, Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Καὶ, Ποῖον, φησὶ, τὸ πλήρωμα; ἀλλ' ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ ἐγένετο. Ἐκεῖ μὲν ἐδόθη, ὧδε ἐγένετο. Εἰ ἐκ πληρώματος ὁ νόμος, ἡ χάρις, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Ἰησοῦ, παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ νόμῳ καὶ χάριτι καὶ ἀληθείᾳ.

Κεφ. π'. Ἑτέρᾳ δὲ πάλιν λέξει κέχρηται ὁ αὐτὸς Μάνης φάσκων ὅτι, Ὁ Χριστὸς ἐξηγόρασεν ἡμᾶς [1] ἀπὸ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Λεγέτω τοίνυν ποίοις ἀργυρίοις ἡ ἀγορασία γεγένηται, ποῖον τὸ τίμημα ὃ δέδοται, ἵνα ἡμᾶς ἀγοράσῃ. Οὐ γὰρ εἶπεν [2] ὃ ἠγόρασεν, ἀλλ' Ἐξηγόρασεν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἀγορασίαν ἐπίσταται, τὸ δὲ τίμημα ἀγνοεῖ· ἡ δὲ ἀλήθεια τὰ ἀμφότερα ὁμολογεῖ. Ἐξηγόρασε γὰρ ἡμᾶς, καὶ ἠγόρασεν ἀληθῶς ἀπὸ κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Καὶ πῶς ἠγόρασεν ἡμᾶς, εὐθὺς ἐπιφέρει ὁ διδάσκαλος τῆς ἐκκλησίας, [3] φάσκων ὅτι, [4] Τιμῆς ἠγοράσθητε, τιμίῳ αἵματι ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Εἰ τοίνυν τῷ αἵματι ἠγοράσθητε, οὐχ ὑπάρχεις τῶν ἠγορασμένων, ὦ Μάνη, ἐπειδὴ τὸ αἷμα [5] ἀρνεῖσαι. Πόθεν δὲ ἡμᾶς ἠγόρασε; λέγε. Ἀλλοτρίους ὄντας ὠνήσατο; Ἄρα ἠπόρησεν ὁ πρότερον ἡμῶν δεσπότης, καὶ ἐπιδεόμενος τοῦ ἡμῶν τιμήματος, λαβὼν ἀπέδοτο ἡμᾶς Χριστῷ; Καὶ εἰ ἀπεδόθημεν Χριστῷ, οὐκέτι ἐσμὲν τοῦ προτέρου. Εἰ τοίνυν [6] ὁ πρότερος οὐκέτι ἡμᾶς κέκτηται, ἄρα τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἔξω

lendum iudicavit Petavius, non videns ἵνα coniunctionem pertinere ad verba καὶ κλάσῃ, ὅταν vero ad αὐτὸν παραδῷ.

5. Particulam δὲ non agnoscit cod. Rhed.

Cap. LXXX. — 1. ἐκ cod. Rhedig.

2. Immo ᾧ ἠγόρασεν.

3. λέγων cod. Rhedig.

immortalis obiret mortem, et qui comprehendi non potest comprehendi se permitteret, et vita suscepta carne pateretur, ac denique per mortem eum qui morti dominabatur infringeret peccati cum morte stimulum. Quo tempore illud impletum est, *Ubi est mors stimulus* 1.Cor.15,55. *tuus? ubi est inferne victoria tua?* Illic enim mors est eversa profligataque penitus, quae cum regnum ad tempora Mosis obtinuisset, sub illo cohibita fuerat. Inprimis ergo iustus Abel extitit et Enoch, *qui translatus est ne videret mortem, nec inventus est.* Nec dum Gen. 5, 24. scripta lex promulgata fuerat, sed naturalis tantummodo vigebat, quae cuiusque animo infixa, ac per generis successionem a parentibus in filios propagata fuerat. Posteaquam vero palam proposita lex est, fuit hic velut quidam gladius, quo peccati vis est ac potentia divisa. Sed accedente salvatore stimulus mortis confractus est. Atque illo denique tempore *mors in victoriam iterum absorbebitur.* Vides quemadmodum deus homines ad salutem variis modis perduxerit, at perfecta salus in Christo Iesu domino nostro contigit, contingetque perpetuo, perinde atque in evangelio scriptum est: *De plenitu-* Ioann. 1, 16. *dine eius nos omnes accepimus.* Quaenam vero est illa plenitudo? *Lex*, inquit, *per Moysem data est: gratia et veritas per Iesum facta est.* Illic porro data est, hic facta. Quod si ex illa plenitudine derivata lex est, gratia et veritas Iesu tribuitur, tam vetus quam novum testamentum lege et gratia ac veritate continetur.

Quin et illud Manichaeus e scripturis [illegible]: *Christus rede-* Cap. LXXX. *mit nos a maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Dicat igitur Gal. 3, 13. quibus nummis facta illa sit emptio, quodve pretium pro nobis repensum fuerit. Non enim dixit: *Emit*, sed, *Redemit.* Verum cum emptionem noverit, pretium tamen ignorat. Utrumque porro veritas ipsa confitetur. Plane quippe nos redemit, ac pro nobis factus maledictum, a legis nos maledicto pretio vindicavit. Ceterum quonam modo vindicaverit, statim ecclesiae magister subiicit: *Pretio,* 1.Cor.6,20. inquit, *empti estis, pretioso sanguine agni immaculati et incontaminati Christi.* Quamobrem si sanguine redempti sumus, nequaquam inter redemptos, Manichaee, numerandus es, cum sanguinem abneges. Undenam vero nos redemit? dic sodes. An cum alieni iuris essemus acquisivit? Num vero ad inopiam et angustiam prior noster dominus redactus, ac pretio nostro indigens Christo nos vendidit? Igitur si Christo venditi sumus, non amplius in prioris mancipio sumus. Quod si possidere nos ille desiit, ditione sua deiectus est,

4. τιμῆς *libri scripti.* τιμῇ *editi.*
5. *Correxi* ἀρνεῖσαι, *cum libri haberent* ἀρνῆσαι, *quae forma iterum occurrit infra cap.* 83., *et haer.* 69, 9. *In margine exempli Schottiani annotatum est* ἀρνεῖ, *siglo M. addito.*
6. ἡμᾶς ὁ πρότερος οὐ κέκτηται, ἆρα *cod. Rhedig.*

ἐγένετο, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις οὐκ ἔχει ἐξουσίαν. Πῶς οὖν ἐνεργεῖται ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Ἀλλ' οὔτε πῶς ἠγόρασεν, οὔτε πῶς ἠγοράσθημεν, οὔτε πῶς κατάρα ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε, νοεῖ ὁ κατὰ πάντα μανεὶς, ἀνοίξας αὐτοῦ τὸ στόμα, καὶ μὴ δυνάμενος περὶ ὧν λέγει διαβεβαιοῦσθαι. Ἰδοὺ γὰρ αὐτοὺς ὁρῶμεν [7] λέγοντας ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ κράζοντας,
pag. 700. Ἐν τῷ [8] σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν, καὶ ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. Καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτοὺς, Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ κατηραμένοι, οὔπω ἔγνων ὑμᾶς. Πῶς οὖν αὐτὸν ὁμολογοῦσι, καὶ αὐτὸς αὐτοὺς καταρᾶται; Τί δὲ ἦν ἡ κατάρα τοῦ νόμου; ἀλλὰ κατάρα τοῦ νόμου σταυρὸς διὰ τὰς ἁμαρτίας. Ἐὰν γάρ τις καταληφθῇ ἐν παραπτώματι, ἔλεγεν ὁ νόμος, Καὶ κρεμάσητε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου, οὐ μὴ δύνῃ ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ ἐπὶ τῷ θνησιμαίῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καθελόντες καθελεῖτέ τε αὐτὸν, καὶ θάψαντες θάψατε αὐτὸν πρὸ δύσεως τοῦ ἡλίου, ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ [9] τοῦ ξύλου. Ἐπεὶ οὖν διὰ τὴν σταύρωσιν ἡ κατάρα προσετέτακτο, ἐλθὼν δὲ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐπὶ ξύλου, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δεδωκὼς τὸ αἷμα αὐτοῦ ἡμᾶς ἠγόρασε, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἡμῶν τὰς κατάρας ἔλυσε, τουτέστιν λύσας τὰς ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ μετανοίας, καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Οὔτε οὖν ὁ νόμος κατάρα, μὴ γένοιτο, οὔτε τὸ εὐαγγέλιον ἔλαβε τὴν κατάραν, οὔτε ὁ κύριος, ἀλλὰ διὰ τῆς προφάσεως τοῦ αὐτοῦ θανάτου λέλυται ὁ θάνατος ὁ κατὰ τῆς ἁμαρτίας.

Κεφ. πα΄. Εἶτά φησιν ὅτι, Ὁ νόμος διακονία ἦν τοῦ θανάτου. Ἤδη περὶ τούτου πολλὰ εἴπομεν, ὅτι οὐκ αὐτὸς ἦν διάκονος θανάτου. Οὔτε γὰρ ἔλεγε φονεύειν, ἀλλ' ἐκέλευσε λέγων, Μὴ φονεύσῃς. Ἐπειδὴ δὲ ἐφόνευσε τὸν φονεύοντα, ἵνα ἀναιρεθῇ διὰ τοῦ ἑνὸς τοῦ φονευθέντος ἡ τοῦ φόνου ἐνέργεια, καὶ [1] δι' ἕνα φοβηθέντες πολλοὶ κατάσχωσι τὴν ἀδικίαν τοῦ μηκέτι φονεύειν, ἡ διακονία ἦν θανάτου, οὐχ ἵνα θάνατον διακονήσῃ, ἀλλ' ἵνα θάνατον τῷ φονευτῇ ἐργάσηται, ἵνα μηκέτι φονευταὶ πολλοὶ γίνωνται. Ἐλθὼν δὲ ὁ σωτὴρ, ἐπειδὴ λοιπὸν ἐσωφρόνισεν ὁ παιδαγωγὸς, τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου τὰ ἐντελέστερα μαθήματα δεικνὺς μετὰ τῆς συμφωνίας τοῦ νόμου, τοῦ, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, ἔφη ὅτι, Τῷ ῥαπίζοντί σε εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον [2] αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, ἵνα ζωῆς γένηται ἡ διακονία, ἀναιρουμένου παντάπασι τοῦ φόνου. Ὁ γὰρ τυπτόμενος τὴν σιαγόνα παροξυσμὸν οὐκ ἐργάζεται φόνου, ἀλλὰ λύει τὴν χεῖρα τοῦ φονευτοῦ, τῇ ταπεινοφροσύνῃ θωπεύων τὴν ἐν αὐτῷ κακίαν. Καὶ οὕτως πάντα συμφωνεῖ παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη.

7. λέγοντας non habet cod. Rhedig.
8. σώματι ἐφάγομεν cod. Rhedig.
9. τοῦ non habet cod. Rhedig.

Cap. LXXXI. — 1. δι' ἓν habent libri manu exarati et ed. princ.

nec in propriis sedibus ius ullum obtinet. Quonam igitur modo *operatur in filiis inobedientiae*, sicut scriptum est? Sed nimirum neque quomodo nos Christus redemerit, redemptique ipsi fuerimus, neque quomodo maledictum pro nobis extiterit, furiosus ille Manichaeus intelligit; qui aperto ore multa effutiens quae dicit probare non potest. Ecce enim in secundo illius adventu ac restitutione mundi vociferantes illos videmus, *In nomine tuo comedimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus.* Quibus ille respondit, *Discedite a me maledicti; nescio vos.* Cur eum eum confiteantur, ipse tamen illos execratur? Quid autem aliud maledictum legis est praeter crucem, quae propter peccata maledictum legis est facta? Etenim si quis in delicto deprehensus esset, de eo lex ista iubebat, *Suspendetis illum in ligno: non occidet sol super illo, et super cadavere eius, sed deponendo deponetis eum, et sepelientes sepelietis ante solis occasum, quoniam maledictus omnis qui pendet in ligno.* Itaque cum ob crucis supplicium constituta sit maledictio, Christus porro veniens in cruce peccata nostra sustulerit, ac semetipsum nostra caussa tradiderit, eius nos sanguis redemit, ipsiusque corpus execrationes nostras discussit, cum scilicet poenitentia crucis adventuque suo peccata nostra dissolvit. Quocirca neque lex maledictum fuit, nec evangelium maledictum suscepit, nec dominus ipse postremo, sed mortis illius beneficio adversus peccata constituta mortis est poena sublata.

(Eph. 2, 2. — Matth. 7, 22. et Luc. 13, 28. — Matth. 25, 41. — Deut. 21, 22.)

Cap. LXXXI.

Quod vero illud obiicit, *Lex ministra mortis erat,* de eo plura antea diximus, idque ostendimus, nequaquam legem mortis administram fuisse. Non enim caedem praecipiebat, imo e contrario, *Non occides.* Verum quod homicidam interfici iubebat, ut unius hominis nece parricidia prohiberentur, et unius exemplo deterriti plerique improbitatem suam coërcerent, nec amplius caedem perpetrarent, ob id *ministerium mortis* esse dicitur, non quod mortis administra sit, sed quod parricidae mortem infligeret, ne plures eo se scelere amplius obstringerent. Postea vero salvator accedens, cum paedagogus homines castigasset, bonam temporis partem in tradendis perfectioribus documentis insumpsit, summopere cum hisce legis mandatis consentiens, *Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices,* ita ipse praecepit: *Si quis dextram tibi maxillam ceciderit, praebe illi et alteram,* ut parricidio penitus extincto vitae administratio succederet. Cuius enim maxilla percutitur, is ad caedem patrandam non provocat, sed intentas homicidae manus solvit, dum illius nequitiam sui ipsius abiectione demulcet. Atque hoc modo vetus ac novum testamentum sibi in omnibus consentanea sunt.

(2. Cor. 3, 7. — Deut. 5, 17. — Deut. 5, 17. — Matth. 5, 39.)

2. αὐτοῦ *codd. mss. Fortasse* αὑτοῦ, *h. e.* σαυτοῦ.

Κεφ. πβ'. pag. 701. Εἶτα πάλιν ἐπιλαμβάνεται, ἵνα παρεισενέγκῃ δύο προσώπων ἀγωγὴν πρὸς σύστασιν τῆς παρ' αὐτῷ λεγομένης δυάδος, τῶν τε δύο φύσεων, ἀρχῶν τε ἀνάρχων καὶ ῥιζῶν, ὧν ἤδη πρότερον εἰρήκαμεν, τὰ ὅμοια βουλόμενος λέγειν ἐπὶ διαιρέσει τῶν πραγμάτων, διαιρεῖν οὕτως τολμῶν οὐκ αἰδεῖται λέγων ὅτι ἡ παλαιὰ εἶπεν, Ἐμὸν τὸ χρυσίον, καὶ ἐμὸν τὸ ἀργύριον, ἡ δὲ καινὴ διαθήκη λέγει, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. [1] Ἀλλ' οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ἡ παλαιὰ πάλιν λέγει, Πλούσιος καὶ πένης συνήντησαν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύριος τοὺς ἀμφοτέρους ἐποίησε. Καὶ ἡ καινὴ διαθήκη τὸ αὐτὸ συμφωνεῖ, μακαρίζουσα μὲν τοὺς πτωχοὺς [2] φύσει πτωχούς, ἄλλοτε [3] δὲ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἵνα τὰ ἀμφότερα ἐξισχύσῃ· ἵνα καὶ καυχώμενοι οἱ περὶ Πέτρον δείξωσι τὴν ἀληθινὴν πτωχείαν, ὅτι, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστα, καὶ περιπάτει. Ἵνα φύσει τὸν μακαρισμὸν τῶν πτωχῶν σημάνῃ μὴ ἀντίθετον ὑπάρχοντα πρὸς τὸν μακαρισμὸν τῶν πτωχῶν κατὰ πνεῦμα, οἵτινες μὲν εἰσι κεκτημένοι τινὰ μετὰ δικαιοσύνης, πτωχοὶ δέ εἰσι ταπεινοφρονοῦντες· περὶ ὧν ἔλεγεν, Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα φράζει λέγων ὅτι, Οὗτοι ἐποίησαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς. Καὶ θεωρεῖς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐν παλαιᾷ πτωχὸν [4] δεικνύον καὶ πλούσιον, ἅμα καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ; τὸ αὐτὸ ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἐπαινεῖ τὰ ἀμφότερα. Προσέχων γὰρ τῷ γαζοφυλακίῳ [5] ἴδε τοὺς βάλλοντας εἰς τὸν κορβωνᾶν, καὶ οὐκ ἀπηγόρευσε πλουσίων τὰ [6] δόματα, ἐπῄνεσε δὲ καὶ τὴν τὰ δύο λεπτὰ βεβληκυῖαν χήραν, διὰ τὴν προειρημένην πτωχείαν, ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, Πλούσιος καὶ πένης συνήντησαν ἀλλήλοις, ὁ δὲ κύριος τοὺς ἀμφοτέρους ἐποίησε. Καὶ ὅτι μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὸ αὐτό ἐστι πνεῦμα παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης, ὅρα τὸν ἀπόστολον λέγοντα περὶ ἀρχαίων προφητῶν, Ἐπιλείψει μοι ὁ χρόνος διηγουμένῳ περὶ Γεδεὼν, Βαρὰκ, Σαμψὼν, [7] Ἰεφθάε, Δαβὶδ, καὶ λοιπῶν προφητῶν, οἵτινες περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι [8] κακουχούμενοι, στενοχωρούμενοι, θλιβόμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ
pag. 702. κόσμος. Εὑρήκαμεν γὰρ [9] καὶ Ἡσαΐαν ἐνδεδυμένον σάκκον, καὶ Ἠλίαν ὡσαύτως. Καὶ ὁρᾷς πῶς μακαρίζονται ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ οἱ πτωχοὶ δι' εὐσέβειαν, καὶ μακαρίζονται πλούσιοι διὰ δικαιοσύνην.

Κεφ. πγ'. Εἶτα πάλιν λέγει ὁ αὐτὸς Μάνης, Ἡ παλαιὰ διαθήκη, φησὶ,

Cap. LXXXII. — 1. ἀλλ' codd. mss. ἀλλὰ editi.
2. Verba φύσει πτωχοὺς desiderantur in ed. Petav. Colon. repet.
3. δὲ particulam, quae abest ab editis, restitui ex codd. mss.
4. δεικνύων codd. mss. et ed. princ.
5. εἶδε legisse videntur Cornarius atque

Praeter haec vero, ut duas personas introducat, ac suum illum naturarum et principiorum origine carentium ac radicum binarium affirmet, idemque in rebus ipsis divortium constituat; haec enim, ut antea diximus, separare contendit; ut hoc igitur comprobet, obiicere illud non veretur. Vetus, inquit, testamentum ita loquitur, *Meum est aurum, meum est argentum:* novum contra, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.* Nec illud videt, etiam in vetere illud esse dictum, *Dives et pauper occurrerunt invicem; dominus autem ambos fecit.* Cui et novum testamentum astipulatur, in quo nonnunquam qui reipsa pauperes sunt felices praedicantur, alias qui spiritu pauperes sunt, quo nimirum utrique vis sua constaret. Atque ut Petrus cum sodalibus suis veram bonorum inopiam praedicare gloriando posset, *Argentum,* inquit, *et aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: in nomine Iesu Christi surge, et ambula.* Ut quod egentes ac pauperes beati esse dicuntur, cum eo non repugnet, quod eadem illa spiritu pauperibus beatitas tribuitur, qui cum nonnulla iure possideant, pauperes nihilominus animi moderatione et humilitate dicuntur; de quibus haec accipienda sunt: *Esurivi et dedistis mihi manducare: sitivi, et potum mihi dedistis.* Tum illud adiicit, ex his quae sibi suppetebant illos fecisse. Vides, ut in vetere ac novo testamento unus idemque spiritus pauperem divitemque designet, atque ut ambo a salvatore commendentur? Cum enim in gazophylacium intenderet, animadvertit eos qui stipem in gazophylacium immitterent, nec divitum munera prohibuit, sed et viduam illam collaudavit, quae minuta duo iecerat, ob illam quam diximus paupertatem, et ut impleretur quod scriptum est, *Dives et pauper occurrerunt invicem, dominus autem ambos fecit.* Atque ut intelligas eundem esse veteris ac novi testamenti spiritum, vide quid apostolus de veteribus prophetis scripserit: *Deficiet me tempus,* inquit, *narrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, ac ceteris prophetis, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, afflicti, angustiati, vexati, quibus dignus non erat mundus.* Siquidem et Isaiam, et Eliam cilicium induisse legimus. Animadvertis denique uti tam in vetere quam in novo testamento et pauperes pietatis ac religionis, et divites iustitiae nomine beati esse dicantur.

(Margin: Cap. LXXXII. — Agg. 2, 9. — Matth. 5, 3. — Prov. 22, 2. — Act. 3, 6. — Matth. 25, 35. — Marc. 12, 41. — Hebr. 11, 32.)

Rursum vero Manichaeus instat, et obiicit vetus testamentum Cap. LXXXIII.

Petavius, quorum hic animadvertit, *ille* vidit *interpretatus est. At nihil obstat quominus retineamus imperativum.*

6. δόγματα *cod. Rhedig.*

7. *Ita uterque codd. mss. Editi habent* Ἰεφθαὲ.

8. χαχοχούμενοι *cod. ms. uterque et ed. princ.*

9. χαὶ *desideratur in ed. Petav. Colon. repet.*

κελεύει σαββατίζειν, καὶ εἴ τις οὐκ ἐσαββάτισε, λίθοις κατελιθοβολεῖτο, ὡς καὶ φορτίον ξύλων τις συλλέξας παρεδόθη· ἡ δὲ καινὴ διαθήκη, τουτέστιν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔφη ὅτι, Ἐγὼ ἐργάζομαι, καὶ ὁ πατήρ μου ἐργάζεται· καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ ἔτιλλον στάχυας οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσε. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, ἔλεγε. Καὶ ὢ πολλῆς ἀγνωσίας. Οὐδὲν γὰρ χειρότερον τῆς ἀπειρίας· πολλοὺς γὰρ ἐτύφλωσεν ἡ ἀγνωσία. Πότε γὰρ τὸ σάββατον ἐπὶ ἀγαθῇ προφάσει οὐ λέλυται; πότε δὲ οὐκ ἐδεσμεύθη ἀπὸ πονηρίας, οὐ μόνον τὸ σάββατον, ἀλλὰ πᾶσα ἡμέρα; Ἰησοῦς γὰρ ὁ τοῦ Ναυῆ, ὁ διάδοχος Μωϋσέως, ὁ ἐν προφήταις κατηριθμημένος, ὁ ἐκλεκτὸς παρὰ θεῷ, ὁ δι' εὐχῆς κατασχὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὡς ἔφη, Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἰάλω, εὐθὺς εὑρίσκεται τὸ σάββατον λύων ἐπὶ ἀγαθοεργίᾳ. Ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας γὰρ κυκλοῖ τὰ τείχη Ἱεριχὼ ὁ Ἰησοῦς· ὅτι οὐκ ἐξῆν βαδίζειν ἐν σάββασιν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῶν ἓξ σταδίων τῶν ὡρισμένων. Τὸ δὲ περίμετρον τῆς Ἱεριχὼ ὑπὲρ σταδίους εἴκοσι τυγχάνει. Ἐπὶ ἑπτὰ δὲ ἡμέρας κυκλωσάντων αὐτῶν, πάντως ὅτι ὑπέπιπτε τὸ σάββατον ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν. Ἦν δὲ τοῦτο πρόσταγμα θεοῦ, ἵνα δείξῃ αὐτοῦ τὸ θέλημα τῆς θαυματουργίας. Οὔτε γὰρ μηχαναὶ, οὔτε μάγγανα ἦν, οὐ κριοὶ, [1] οὐθ' ἑλεπόλεις, ἀλλὰ μόνῃ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης καὶ εὐχῇ δικαίου ἐκλίθησαν καταπεσόντα τὰ τείχη τῶν ὑπεναντίων. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς τιμωρηθῆναι, ἐπειδὴ ἐπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων.

Κεφ. πδ'. Δικαστὴς γὰρ ἦν ὁ νόμος κατὰ τῆς ἀδικίας, καὶ ἑκάστῳ [1] ἀπεδίδου κατὰ τὰ ἴδια ἔργα, καὶ ἐπειδὴ ἐν ἁμαρτίαις ἐτύγχανον οἱ Ἀμορραῖοι, ἐν παραβάσει γεγονότες καὶ ἀρνησάμενοι τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσαν, ὡς καὶ ἤδη ἀλλῇ πού μοι εἴρηται· οὐδὲν δὲ λυπήσει καὶ ἐνταῦθα τὰ αὐτὰ παραθέσθαι. Ταῦτα γάρ ἐστι τὰ πρόχειρα τῆς τοῦ Μάνη
pag. 703. δεινότητος, ὅτι, Καλὸς ὁ θεὸς τοῦ νόμου, ὃς ἐσκύλευσε μὲν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐξέβαλε δὲ Ἀμορραίους καὶ Γεργεσαίους, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ λέγων, Μὴ ἐπιθυμήσῃς, πῶς ἔδωκεν αὐτοῖς τὰ ἀλλότρια; Καὶ οὐκ οἶδεν ὁ ἰδιώτης ὅτι τὴν ἰδίαν γῆν ἀπείληφαν διηρπασμένην ἀπ' αὐτῶν, καὶ [2] ἐξεδικήθη τὰ μεταξὺ ἀλλήλων γινόμενα ἐν ὅρῳ ἀληθείας καὶ ὅρκῳ. Νῶε γὰρ σωθεὶς ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἡ αὐτοῦ σύμβιος σὺν τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τρισὶ νύμφαις, μόνος διαιρῶν τὸν πάντα κόσμον

CAP. LXXXIII. — 1. οὐδ' ἑλεπόλεις cod. Rhedig. οὐκ ἑλεπόλεις cod. Ien. et edidi. In seqq. corrigendum duxi ἀλλὰ μόνῃ φωνῇ σάλπιγγος καὶ εὐχῇ δ. ἐκλίθησαν. Vulgo enim exlat ἀλλὰ μόνη φωνὴ σ., κ. εὐχὴ δ., ἐκλίθ.

sabbatum observari iubere. Quod si quis non fecisset, lapidibus obruebatur; quo supplicio ille est affectus qui lignorum fasciculum Num. 15, 32. collegerat. Contra in novo testamento, sive evangelio, dominus ait, *Ego operor, et pater meus operatur;* atque etiam, *Sabbato spicas vulsere discipuli.* Ioann. 5, 17. Luc. 6, 1. Eodem sabbato non solum aegros curavit, sed et illud praecepit: *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam.* Ioann. 5, 8. O incredibilem inscitiam! Nihil enim imperitia deterius est, quae plurimos occaecavit. Quo enim tempore sabbatum non licuit honesta de caussa dissolvere? Quo vero tempore, quod ac scelus ac nequitiam attinet, non est religione constrictum, non modo sabbatum, sed et quaelibet dies? Iesus illae Navae filius Moysis successor, qui inter prophetas numeratur, qui a deo dilectus est, qui solis ac lunae cursum oratione sua moratus est, cum ita precaretur: *Stet sol ad Gabaon, et luna ad convallem Ialo,* hic igitur sabbatum Ios. 10, 12. boni operis exercendi caussa solvisse legitur, cum septem totos dies Hierichuntis moenia circumiit. Non enim sabbatis licebat ultra praescriptum sex stadiorum modum ambulando pergere. At Hierichuntis ambitus viginti stadiis amplior est. Quare cum septem diebus urbem circumirent, necesse est in aliquam ex diebus illis incurrisse sabbatum. Sed hoc dei mandato factum est ut quae prodigia ac miracula moliri decreverat ostenderet. Nullae tum illic machinae, nulli arietes, nulla subruendis moenibus instrumenta, sed sola tubae corneae voce, ac viri iusti precibus diruta hostium moenia conciderunt. Quos quidem hostes luere supplicium oportebat, quandoquidem *Amorrhaeorum peccata impleta fuerant.* Gen. 15, 16.

Cap. LXXXIV.

Lex enim adversus scelera iudicis vices obibat, et unicuique pro suorum operum merito rependebat. Amorrhaei porro sese peccatis obstrinxerant, ac iura violarant, quod contra iurisiurandi fidem egerant. De quo cum alio loco dixerimus, iuvat tamen eadem hoc loco proponere. Eiusmodi quippe sunt quae in promptu Manichaei calliditas habet. Praeclarum vero, inquit, legis deum, qui et Aegyptiorum opes praedatus est, et Amorrhaeis, Gergezaeis ac reliquis gentibus eiectis, agros illarum Israëlitis attribuit. Qui hoc mandatum dedit, *Non concupisces,* quomodo illis aliena largitus est? Adeo Exod. 20. vero rudis est ut istud non videat, Israëlitas terram suam recuperasse, quam illi per vim eripuerant, eaque capta, quae inter illos convenerant, quaeque sincere et interposito iureiurando sancita fuerant esse vindicata. Etenim Noë a diluvio cum uxore tribusque filiis, ac totidem nuribus servatus orbem terrarum universum solus

Cap. LXXXIV. — 1. ἐδίδου cod. *Rhedig.*
2. ἐξεδικήθησαν cod. *Rhedig.*

τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ, τῷ Σὴμ καὶ Χὰμ καὶ Ἰάφεθ διεῖλε, βαλὼν τοὺς κλήρους ἐν Ῥινοκορούροις, ὡς καὶ ἡ ἀκολουθία ἔχει, καὶ οὐδὲν κενόφωνον, οὐδὲ παραπεποιημένον. Ῥινοκόρουρα γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ· καὶ οὕτω φύσει οἱ ἐπιχώριοι αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἑβραΐδος ἑρμηνεύεται κλῆροι, ἐπειδήπερ ὁ Νῶε ἐκεῖ ἔβαλε τοὺς κλήρους τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ. Καὶ ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος ἀπὸ Ῥινοκορούρων ἄχρι Γαδείρων, Αἴγυπτον ἔχων, καὶ [3] Μαρειανδίνην, καὶ Ἀμμῶνα, Λιβύην τε καὶ Μαρμαρίδα, Πεντάπολιν, [4] Μακάτην, [5] Μακρόνην τε καὶ [6] Λεπτημάγνην, Σύρτιν, Μαυριτανίαν ἄχρι τῶν Ἡρακλεωτικῶν [7] Στηλῶν λεγομένων καὶ τῆς ἔσω Γαδείρης, ταῦτα τὰ πρὸς νότον· ἀπὸ δὲ Ῥινοκορούρων τὰ πρὸς ἀνατολὴν, τήν τε Ἰδουμαίαν καὶ [8] Μαδιανῖτιν, τήν τε [9] Ἀλαβαστρῖτιν, καὶ [10] Ὁμηρῖτιν, καὶ [11] Ἀξωμῖτιν, καὶ [12] Βούγεαν, καὶ Λίβαν, ἄχρι τῆς τῶν Βάκτρων χώρας. Ὁ δὲ αὐτὸς κλῆρος διορίζει ἀναμέσον τοῦ Σὴμ τὰ πρὸς ἀνατολήν. Τῷ δὲ Σὴμ ὑπέπεσεν ὁ κλῆρος πρὸς πλάτος, ἡ Παλαιστίνη, καὶ Φοινίκη, καὶ Κοίλη, Κομμαγήνη, Κιλικία, Καππαδοκία, Γαλατία, Παφλαγονία, Θρᾴκη, Εὐρώπη, Ῥοδόπη, Λαζία, Ἰβηρία, Κασπία, [13] Καρδυέα, ἄχρι τῆς Μηδίας πρὸς Βορρᾶν, ἐντεῦθεν οὗτος ὁ κλῆρος διορίζει τὸν Ἰάφεθ τὰ πρὸς Βορρᾶν. Πρὸς δὲ τὴν δύσιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἄχρι τῆς Ἱσπανίας καὶ [14] Βριττανίας, ἐκεῖθέν τε τὰ παρακείμενα ἔθνη, [15] Ἔητες, καὶ Δαύνεις, Ἰάπυγες, [16] Κάλαβροι, Λατῖνοι, [17] Ὀππικοὶ, [18] Μάγαρδες, ἕως [19] διακατοχῆς τῆς [20] Σπανίας, καὶ τῆς Γάλλας, τῆς τε τῶν [21] Σκόττων καὶ Φράγγων ἄνω χώρας.

Κεφ. πε'. pag. 704. Ὅτε οὖν οὕτως διῃρέθησαν οἱ κλῆροι, συγκαλεσάμενος Νῶε τοὺς τρεῖς υἱοὺς, ὥρισεν [1] αὐτοῖς ὅρκῳ, ἵνα μηδεὶς ἐπιβῇ τῷ κλήρῳ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πλεονεκτήσῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Χαναὰν δὲ πλεονέκτης ὢν ὁ υἱὸς τοῦ Χὰμ ἐπῆλθε τῇ [2] Παλαιστηνῶν γῇ, καὶ κατέσχεν αὐτὴν, καὶ ἐπεκλήθη ἡ γῆ Χαναὰν, διότι ἐν αὐτῇ κατῴκησε, καταλείψας τὸν ἴδιον κλῆρον διὰ τὸ δοκεῖν εἶναι καυματινόν. Καὶ

3. μαρειανδίνην *cod. ms. uterque et ed. princ.* Μαρειανδύνην *ed. Petav. Corrige* Μαρεῖαν λίμνην.

4. *In Ancorato cap.* 115. *appellantur* Μαγάρδαι, *corrupta haud dubie scriptura. Significat enim utroque loco quos Herodotus IV,* 175. *aliique appellant* Μάκας, *Ptolemaeus* Μακατούτας.

5. Μάκορες *fortasse Chronici Pasch. p.* 32. *In Ancor. l. l. enumerantur* Μακεδόνες, Κράκονες (*cod. Paris.* Κρώκονες), Συρτῖται. *Quorum quidem nominum utrum qui illic* Κράκονες, *an qui* Μακεδόνες *appellantur iidem sint qui hic sub* Macrone *nomine latent, dicere non ausim.*

6. *Ita uterque cod. ms.*, *non* Λεπτημάνην, *ut habent editi. Ancoratus habet* Λεπτῖται Μαγνῆται. *Scribendum fortasse* Λέπτιν (*vel* Λέπτην) Μάγνην.

7. στυλῶν *cod. Rhedig.*

8. μαδιανίτιν *cod. ms. uterque et ed. princ.*

9. ἀλαβαστράτιν *codd. mss.* ἀλαβαστράτην *ed. princ.* ἀλαβαστρίτην *ed. Petav.*

10. Ὁμηρίτην *codd. mss.* ὁμηρέτιν *ed. princ.*

11. Ἀξωμίτιν *codd. mss.* ἀξωνίτιν *ed. princ.* Αὐξομῖται *habet Ancoratus.*

12. *Fortasse* Βουδαίαν *vel* Βουδίαν. *Nam* Βουδίους *Armeniae populum com-*

in tres liberos, Sem, Cham, et Iaphet partitus est, iactis apud Rhinocorurorum oppidum sortibus, uti consentanea fama vulgatum est, cui nihil vanum subest, aut temere confictum. Nam Rhinocorura Neel interpretari possis, itaque ab incolis appellatur, Hebraicum autem vocabulum sortes significat, quoniam Noëmus tribus illic filiis sortes suas assignavit, ex quibus exiit una, quae totum illum terrarum tractum complexa est, qui Rhinocoruris ad Gades extenditur, continetque Aegyptum, Mariandynen, Ammonem, Libyam, Marmaricam, Pentapolim, Macatam, Macronen, Leptemanen, Syrtes, Mauritaniam ad usque columnas Herculis, interioremque Gadiram. Hae sunt regiones ad meridiem porrectae. Ad orientem vero ab eodem Rhinocorurorum oppido Idumaeam, Madianitidem, Alabastritidem, Homeritem, Axomitem, Bugaeam et Lybam, usque ad Bactrianos fines eadem illa sors ad orientem ac attributis Semo regionibus dividit. Cui quidem Semo altera sors in latitudinem porrecta contigit, eaque Palaestinam complectitur, et Phoenicem, et Coelen Syriam, Commagenam, Ciliciam, Cappadociam, Galatiam, Paphlagoniam, Thraciam, Europam, Rhodopen, Lasiam, Iberiam, Caspiam, Cardyaeam, Mediam usque ad Septentriones, ubi Iaphet regionem excludit. Ad occidentem vero ab Europa usque ad Hispaniam et Britanniam, ac finitimas illic nationes. Quo in tractu Veneti sunt, et Daunii, Iapyges, Calabri, Latini, Opici, Magardes usque ad Hispaniam et Galliam, et Scotorum ac Francorum superiorem regionem.

Distributis hunc in modum sortibus Noëmus, convocatis tribus filiis sacramentum illos adegit, ne quis in fratris sui sortem invaderet, eumque iniuria circumveniret. At Chanaam filius Cham alienarum rerum cupidus Palaestinam occupavit, quae ob id terra Chanaan appellata est, quod relicta regione sua, quae ob aestum minus commoda videbatur, illic habitarit. Ergo in Semi possessione do- Cap. LXXXV.

memorat Steph. Byz. Libam Syriae urbem Polyb. V, 51.

13. *Cf. supra haer.* 1, 4. *Significat* Γορδυαίους *Strabonis, quos Iosephus Ant. I*, 4. *et Philostorg.* 3, 7. Κορδυαίους, *alii* Γορδυηνοὺς (Corduenos *Plin. VI*, 15.) *et* Καρδούχους.

14. *Ita cod. Ien. Cod. Rhedig. et editi habent* Βριτανίας.

15. *Fortasse* Ἕλληνες. *In Ancorato enumerantur* Οὐέννοι, Δαυνεῖς, Ἰάπυγες. *Petav. suspicatus est* Ἑνετοί (*i. e.* Οὐένετοι).

16. *Sic correxi ex Ancorato pro* καὶ Δάβροι, *quod vulgo extat. Cod. Rhedig. habet* καὶ λαῦροι. *Petav. volebat* Κάλαυροι.

17. Ἱππικοὶ *habet Ancor.* ὀπτικοὶ *est in Panar. libris.*

18. *Fortasse* Δαλματεῖς, *vel* Μόργητες.

19. διὰ κατοχῆς *ed. princ.*

20. ἰσπανίας *cod. Rhedig.*

21. *Libri habent* Σκόπτων.

Cap. LXXXV. — 1. αὐτοῖς *codd. mss.*, αὐτῶν *editi.*

2. *In Ancorato p.* 118. *in loco gemello legitur* Παλαιστίνων, *at in inscriptione Epist. ad Epiphanium, quae praefixa est Panariis, vulgo* Παλαιστηνόν, *contra in Ancor. cap.* 115. Παλαιστινόν.

καθίσας ἐν τῇ γῇ τοῦ Σὴμ, τῇ νῦν καλουμένῃ Ἰουδαίᾳ ἐγέννησε τοὺς υἱοὺς τούτους τόν τε Ἀμορραῖον, καὶ Γεργεσαῖον, καὶ Φερεζαῖον, καὶ Ἰεβουσαῖον, καὶ Εὐαῖον, καὶ Ἀρουκαῖον, καὶ Χετταῖον, καὶ Ἀσεναῖον, καὶ Σαμαραῖον, καὶ Σιδώνιον, καὶ [3] Φιλισταῖον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος λέγει ἐν τῷ νόμῳ, δεικνὺς ὅτι αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἐν τῷ ὅρκῳ ἐπληροῦντο, ὡς λέγει, Οὔπω ἐπληρώθησαν αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων. Διὰ τοῦτο παρέμειναν ἐν τῷ ὄρει χρονοτριβούμενοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἕως ἂν αὐτοκατακρίτους ἑαυτοὺς ποιήσωσι, καὶ ἐπέλθωσι πρὸς πόλεμον τοῖς υἱοῖς τοῦ Σὴμ τοῖς ἠδικημένοις. Σὴμ [4] γὰρ γεννᾷ τὸν [5] Ἀρφαξὰδ, Ἀρφαξὰδ τὸν [6] Κηννᾶ, Κηννᾶ τὸν Σαλᾶ, Σαλᾶ τὸν Ἔβερ, Ἔβερ τὸν Φαλὲκ, Φαλὲκ τὸν [7] Ῥαγὰβ, Ῥαγὰβ τὸν Σεροὺχ, Σεροὺχ τὸν Ναχὼρ, Ναχὼρ τὸν Θάρρα, Θάρρα τὸν Ἀβραὰμ, Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ τὸν Ἰούδα, Ἰούδα τὸν [8] Φάρες, Φάρες τὸν [9] Ἐσρὼμ, Ἐσρὼμ τὸν Ἀρὰμ, Ἀρὰμ τὸν [10] Ἀμιναδὰβ, Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσών. Ἐν χρόνοις Ναασσὼν τοῦ φυλάρχου τοῦ Ἰούδα, καὶ ἐν χρόνοις Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἔλαβον οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴμ τὴν ἰδίαν γῆν, μηδεμίας ἀδικίας ἐν μέσῳ ὑπαρχούσης, ἀλλὰ δικαιοκρισίας. Ἔπεσεν οὖν τὰ τείχη Ἱεριχὼ αὐτόματα. Ἡ γὰρ δικαιοσύνη ἐκδικεῖ τὴν ἀδικίαν. Ἐν ἑπτὰ ἡμέραις περιεκύκλουν τὰ τείχη, καὶ [11] ἐλύετο τὸ σάββατον, ἵνα πληρωθῇ ἡ δικαιοσύνη.

Κεφ. πς'. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ ἑπτὰ λύχνους ἔσχεν ἡ λυχνία τοῦ ἁγιάσματος ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ ἑπτὰ λύχνοι ἥπτοντο ἴσως, καὶ οὐδ' ὅλως ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἤργει εἷς αὐτῶν, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ αὐτὸ φῶς ἦν. Οὐ γέγονε γὰρ τὸ σάββατον εἰς ἀπόκλεισιν, ἀλλὰ εἰς ἔργον ἀγαθόν. Μηδενὸς δὲ ὅλως ἐργαζομένου ἐν ταῖς δώδεκα φυλαῖς, μόνον τὸ θυσιαστήριον οὐκ ἤργει,
pag. 705. καθὼς λέγει ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Οἱ ἱερεῖς ὑμῶν βεβηλοῦσι τὸ σάββατον ἐν τῷ ναῷ, καί εἰσιν ἀναίτιοι. Τὸ δὲ Βεβηλοῦσι τὸ σάββατον, τουτέστι Λύουσι. Λύουσι δὲ πῶς, ἀλλ' ἢ [1] θυσίας προσφέροντες τῷ θεῷ, ἵνα μὴ ἀργήσῃ τὸ θυσιαστήριον; οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἥλιος ἀνατέλλει καὶ δύνει, καὶ σελήνη αὔξει καὶ φθίνει, καὶ ἄνεμοι πνέουσι, καὶ καρποὶ βλαστάνουσι, καὶ μητέρες γεννῶσι, καὶ πάντα γίνεται ἐν σαββάτῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἐλθὼν οὐκ ἐτεκτόνευσεν ἐν σαββάτῳ, οὐκ ἐχάλκευσεν, οὔ τι ἕτερον, ἀλλὰ θεὸς ὢν θεοῦ ἔργον εἰργάσατο, καί φησι, Ἆρον τὸν [2] κράββατόν σου, καὶ περιπάτει· ἵνα ἀπὸ τοῦ βαστάζοντος φανῇ τὸ ἔργον τὸ γινόμενον, ἵνα πάντες ἐπιγνώσονται τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἐλθόντα πρὸς βοήθειαν υἱοῖς τῶν ἀν-

3. φυλιστιαῖον *legitur in utroque cod. ms.*
4. δὲ *cod. Rhedig.*
5. ἀρφαξᾶδ ἀρφαξᾶδ *cod. Rhedig.*
6. Κινᾶ, Κινᾶ *legitur in Ancorato.*
7. *Repone* Ῥαγαῦ, Ῥαγαῦ. *Cf. pag.* 7.
8. *Scribe* Φαρὲς, Φαρὲς, *ut habet cod. Rhedig., et est scriptum supra pag.* 10., *et in Ancorato.* Φάρες, Φάρες *habet cod. Ien.*

micilium collocans, quae hodie Iudaea dicitur, filios istos genuit, Amorrhaeum, Gergaeseum, Pherezaeum, Iebusaeum, Evaeum, Arrucaeum, Chettaeum, Asenaeum, Samaraeum, Sidonium, et Philistaeum. Quam ob caussam dominus in lege veteri, ut ostenderet in iure iurando illorum impleri peccata, *Nondum,* inquit, *impleta* Gen. 15, 16. *sunt Amorrhaeorum peccata.* Ob id in monte diutius haeserunt, ac moras in solitudine traxerunt, donec ultro seipsos illi condemnarent, ac filiis Sem, quos iniuria pridem affecerant, bellum etiam inferrent. Quippe Sem genuit Arphaxad, Arphaxad Cainam, Cainas Salam, Salas Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Thare, Thare Abraam, Abraam Isaac, Isaac Iacob, Iacob Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Amram, Amram Aminadab, Aminadab Naasson. Ceterum Naasson Iudae tribus principis et Iesu Nave filii tempore filii Sem regionem suam non modo nulla cuiusquam iniuria, sed iustissimo etiam dei iudicio receperunt. Igitur Hierichuntis moenia sponte sua collapsa sunt; iustitia enim poenas de iniustitia repetit. Proinde septem diebus muros ambierunt, in quos sabbatum incidit, quo plena esset, cumulataque iustitia.

Nec illud modo sabbato contigit. Sed cum sanctuarii candela- Cap. LXXXVI. brum in tabernaculo testimonii septem lucernas haberet, omnes illae Exod. 25. quotidie pariter accendebantur, nec ullo die cessabat earum aliqua, sed eadem lux singulis diebus ardebat. Etenim sabbatum non ad intercludendum, sed ad praestandum bonum opus est constitutum. Cumque nemo penitus in duodecim tribubus operatus esset, solum altare nunquam feriabatur, ut in evangelio testatur dominus: *Sa-* Matth. 12, 5. *cerdotes vestri violant in templo sabbatum, ac sine culpa sunt.* Prophanare vero idem est ac solvere. Quomodo vero solvere dicuntur nisi quod deo sacrificium offerunt, ne altare sit otiosum? Sed ut ista praeteream, eodem in sabbato sol oritur et occidit, luna augescit, ac minuitur, ventorum flatus ingruunt, fructus pullulant, matres pariunt, ceteraque fiunt omnia. Ideo veniens ipse dominus non fabrilem in sabbato artem, non aerariam, aut aliam id genus exercuit, sed utpote deus divinum opus molitus est. *Tolle,* inquit, *gra-* Marc. 2, 5. *batum tuum, et ambula,* ut ex ipso gestante de miraculi veritate constaret, et eum omnes agnoscerent qui ut humano generi subve-

9. ἐρώμ, ἐρὼμ *cod. Rhedig.*

10. ἀμιναδάμ, ἀμιναδὰμ *cod. ms. uterque.*

1. ἐλύετο *codd. mss., quod expressit etiam Cornar. in versione Latina. Editi perperam* ἐγίνετο. *Cf. supra cap.* 83.

Cap. LXXXVI. — 1. θυσίας *cod. ms. uterque. Editi* θυσίαν.

2. κράβατον *codd. mss.*

θρώπων. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι ἦλθε λῦσαι τὸ σάββατον. Οὐκ ἠδύνατο δὲ λῦσαι αὐτὸ, εἰ ἀλλότριον αὐτοῦ ὑπῆρχεν. Οὐδεὶς γὰρ [3] ἀλλότριον λύει ἔργον, εἰ μή τι ἂν ἐκλήπτωρ ἀλλοτρίων ὁ τοιοῦτος γένηται, καὶ [4] ἀλλοτριοεπίσκοπος, δίκας [5] ἑαυτῷ ἐξαγοραζόμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἴδιον αὐτοῦ [6] ὑπῆρχε τὸ σάββατον, διὰ τοῦτο λέγει ὅτι, Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου. Καὶ, φησὶ, Οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον γεγένηται, ἀλλὰ τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον. Εἰ τοίνυν ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ προετίμησε τὸν ἄνθρωπον παρὰ τὸ σάββατον, ἵνα ὁ ἄνθρωπος γινώσκῃ τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀνάπαυλαν. Ἀντίτυπα γάρ ἐστι ταῦτα τῶν ἐπουρανίων. Ἐνταῦθα γὰρ ἀπὸ μέρους, ἐκεῖνα δὲ ἡ πᾶσα τελειότης. Τὸ σάββατον οὖν τὸ ἐν [7] νόμῳ ἕως τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἔλυσε δὲ ἐκεῖνο τὸ σάββατον, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν τὸ μέγα σάββατον, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ κύριος, ἡ ἀνάπαυσις ἡμῶν, καὶ ὁ σαββατισμός.

Οὐδεὶς οὖν διοίσει παλαιὰν ἀπὸ καινῆς διαθήκης, οὔτε καινὴν ἀπὸ παλαιᾶς. Μία γάρ ἐστι καὶ ἡ αὐτὴ συμφωνία. Ὁ δὲ ἀμαθὴς καὶ ἄπειρος, ἐὰν ἴδῃ δύο ἀντλητῆρας ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἀντλοῦντας, νομίσῃ δὲ διὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἀντλητήρων διάφορα εἶναι καὶ τὰ ὕδατα, ἀκούσῃ δὲ παρὰ τῶν συνετῶν [8] τὴν ἀλήθειαν ὅτι, Γεῦσαι τῶν δύο ἀντλητήρων, καὶ ἴδε ὅτι [9] δύο μὲν οἱ ἀντλητῆρες, μία δὲ ἡ πηγὴ ὑπάρχει· οὕτως εἷς κύριος, εἷς θεὸς, ἓν πνεῦμα λαλῆσαν ἐν νόμῳ
pag. 706. καὶ ἐν προφήταις καὶ ἐν εὐαγγελίῳ. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ δύο παλαιαὶ διαθῆκαι, καὶ οὔτε δύο καιναὶ διαθῆκαι, ἐπειδὴ οὐκ εἰσὶ δύο οἱ διαθέμενοι, ἀλλ᾽ εἷς ὁ τὴν παλαιὰν [10] παλαιῶν, καὶ τὴν καινὴν ἀνακαινίζων, οὐ τὴν παλαιὰν καταργῶν εἰς ἀφανισμὸν, ἀλλὰ τὴν παλαιὰν καταπαύων, καὶ τῇ δευτέρᾳ προςτιθέμενος περιουσίας κληρονομίαν.

Κεφ. πζ'. Ἄλλην δὲ [1] πάλιν λέξιν ὁ αὐτὸς Μάνης παρειςφέρει, λέγων ὅτι, Οἶδα [2] πνεῦμα σωζόμενον ἄνευ σώματος· τοῦτο γὰρ, φησὶ, διδάσκει ὁ ἀπόστολος λέγων ὅτι, Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὥςτε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν. Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε ἵνα ἀρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο πράξας. Ἐγὼ μὲν ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα τὸν τὸ ἔργον τοῦτο κατεργασάμενον, συνελθόντων ὑμῶν, καὶ τοῦ κυρίου, μετὰ τοῦ ἐμοῦ [3] πνεύμα-

3. ἀλλότριος *cod. Rhedig.*

4. ἀλλοτριοεπίσκοπος *emend. Petavius. Libri habent* ἀλλότριος ἐπίσκοπος. *In marg. exempli Schottiani, quod penes me est, legitur* ἀλλοτριεπίσκοπος *addito siglo M. In cod. ms. Coislin.* 179. *chart., qui glossarium continet satis amplum, legitur glossa* Ἀλλότριος ἐπίσκοπος, ἀπαιτητής, alienus appetitus, *quod corrigo* Ἀλλότριος ἐπίσκοπος, alienorum appetitor. *Nam voc.* ἀπαιτητής *corruptela est voc.* appetitus, *ante voc.* alienus *repetiti. Cf.* 1. *Petr.* 4, 15.

5. ἑαυτοῦ *ed. Petav. Colon. repet.*

niret e coelo descenderat. Nam revera solvendi sabbati gratia venerat; solvere porro si alienum esset, minime potuisset. Nemo enim alienum opus destruit, nisi alienorum usurpator, et eorum peregrinus inspector, qui sibi lites arcessat. Itaque quod ad sese pertineret sabbatum, ideo *dominus*, est, inquit, *filius hominis etiam sabbati*. Item, *Non propter sabbatum homo factus est; sed sabbatum propter hominem*. Quare si sabbatum deus hominis caussa condidit, pluris eundem sabbato fecit, uti futuram illam quietem intelligeret. Haec enim coelestium figurae sunt, cum hic ex parte duntaxat, omnia perfecta illic absolutaque sint. Quamobrem sabbatum illud lege praescriptum ad ipsius adventum usque perseveravit, quo demum abrogato magnum nobis sabbatum obtulit, qui est ipse dominus, requies, sabbatique observatio nostra.

Nemo itaque vetus ab novo testamento, vel hoc ab illo separandum existimet. Est enim amborum una eademque concordia. Sed perinde se res habet ac si imperitus quispiam ac rudis situlas duas haurientes eodem ex fonte videat, tum quod eae diversae sint, diversas etiam aquas esse suspicetur, deinde vero a prudentioribus doceatur, et ita loquentes audiat: Ex utraque situla degusta, ac disce duas illas esse quidem, sed unicum nihilominus fontem. Eodem modo unus dominus est, unusque deus, unus spiritus, qui in lege, prophetis evangelioque locutus est. Ob id non duo vetera testamenta sunt, neque duo nova; quoniam neque testatores duo sunt, sed unus tantummodo qui antiquato vetere novum instaurat, nec ita ut vetus extinguendo deleat, sed ei finem imponat, et ad secundum bonorum possessionem transferat.

Alium e scriptura locum Manichaeus in medium affert. Hoc Cap. LXXXVII.
enim, inquit, invenio, spiritum sine corpore salutem obtinere, quod
ipsum his verbis docet apostolus: *Omnino auditur in vobis fornicatio,* 1. Cor. 5, 1.
et eiusmodi fornicatio quae ne in gentibus quidem cernitur, adeo ut uxorem quidam patris habeat: et vos inflati estis, et non magis luxistis, ut tollatur e medio vestri, qui hoc facinus commisit: ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iudicavi eum qui hoc scelus commisit, convenientibus vobis, et domino, cum meo spiritu,

6. ὑπάρχει *cod. Rhedig.*
7. νόμῳ μωύσεως τῆς (*h. e.* μωΰσεως ἕως) αὐτῶν *cod. Rhedig.*
8. τὴν *om. ed. Petav. Colon. repet.*
9. δύο *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
10. *Vulgo* τῶν παλαιῶν. *Articulum delendum esse vidit iam Cornarius, qui interpretatus est* sed unus qui vetus antiquat, et novum renovat.

Cap. LXXXVII. — 1. πάλιν *om. cod. Rhedig.*
2. σῶμα *cod. Rhedig.*
3. πατρὸς *cod. Rhedig.*

τος, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα
τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου. Ὄλεθρος δὲ ἐπὶ σαρκὸς ὁ
παντάπασίν ἐστιν ἀφανισμός. Πῶς οὖν ἀφανιζομένης τῆς σαρκὸς ἐν
χειρὶ τοῦ διαβόλου, καὶ σωζομένου τοῦ πνεύματος, ἔτι ἔσται ἀνάστα-
σις σωμάτων, ἢ σαρκός; Καὶ οὐκ οἶδεν ὁ ἄπειρος κατὰ πάντα ὅτι τὰ
ἔργα τῆς σαρκὸς πορνεία, μοιχεία, ἀσέλγεια, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια,
καὶ οὐ περὶ αὐτῆς τῆς σαρκὸς λέγει, ἀλλὰ τῶν ἔργων τῆς σαρκός.
Ὅτε μὲν ἐργάσεται πορνείαν, ἡ σὰρξ ἐργάζεται, ἐὰν δὲ κτήσηται ἐγκρά-
τειαν, οὐκέτι ἡ σὰρξ [4] σάρξ ἐστιν, ἀλλὰ ἡ σὰρξ μεταβέβληται εἰς πνεῦ-
μα. Ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει ὅτι, Ὁ ἀπαρχῆς συζεύξας τὰ ἀμφότερα
εἶπεν, Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν
μητέρα αὐτοῦ, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο
εἰς σάρκα μίαν· ὡς ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι, [5] καὶ ὁ
κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν. [6] Ἄρα οὖν ὁ τὴν πορνείαν
ἐργαζόμενος σὰρξ γεγένηται· οὐ μόνον αὐτὴ ἡ σὰρξ, ἀλλὰ καὶ πάντα,
καὶ ψυχὴ καὶ τὰ ἄλλα, σὰρξ γίνεται. Κολληθεὶς γὰρ τῇ πόρνῃ σὰρξ
ἐγένετο, καὶ ὢν σαρκικὸς σὰρξ ὅλως καλεῖται. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ
κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, τουτέστι σῶμα καὶ ψυχὴ, καὶ πάντα εἴ τί ἐστιν
ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἓν πνεῦμα ἐν τῷ κυρίῳ. Καὶ περὶ τούτου νομο-
pag. 707. θετῶν ὁ αὐτὸς ἀπόστολός φησι, Ὁ θεὸς ἔθετο ἐν σώματι πάντα τὰ
μέλη, ἕκαστον καθὼς ἠθέλησε· καὶ ὅρα πῶς ὁμολογεῖ τὸν θεὸν ποιη-
τὴν τοῦ σώματος καὶ θέτην τῶν ἐν ἡμῖν μελῶν, καὶ καθὼς ἠθέλησε
τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ καὶ ἀγαθότητι. [7] Εἶτα πάλιν, ἀντὶ τοῦ παραδείγματος
τοῦ ἡμετέρου σώματος, τοῦ Χριστοῦ, Ὡς καὶ ἡμεῖς σῶμα Χριστοῦ
ἐσμεν, καὶ μέλη ἐκ μέλους, καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶ σῶμα
Χριστοῦ. Εἰ σῶμα τοίνυν θεοῦ ἡ ἐκκλησία κεκολλημένη τῷ πνεύ-
ματι, τουτέστι τῷ κυρίῳ, ἕν πνεῦμά ἐστιν, ὁ ἀπ' αὐτῆς τοίνυν ἁμαρ-
τάνων πνεύματος ἐκπεσὼν, σὰρξ γεγένηται ὅλως, ψυχῇ καὶ σώματι,
καὶ εἴ [8] τί ἐστιν ἐν αὐτῷ. Ἐπεὶ πῶς ἐδύνατο μέρος παραδοθῆναι τῷ
σατανᾷ, καὶ μέρος μὴ παραδοθῆναι; Οὐ γὰρ εἶπε παραδοθῆναι Τὴν
σάρκα τῷ σατανᾷ, ἀλλὰ παραδοῦναι Τὸν τοιοῦτον. Ὁ δὲ λέγων Τὸν
τοιοῦτον ὁλοσχερῇ ἄνθρωπον σὺν ψυχῇ καὶ παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ παρα-
δέδωκεν. Εἰ δὲ ὅλον παραδέδωκεν, ὅλον σάρκα ἀπεφήνατο· τὸ πνεῦμα
δὲ ἐδήλου σώζεσθαι εἰς τὴν ἡμέραν κυρίου. Ἵνα μὴ ὑπὸ αἰτίαν γένη-
ται ἡ ἐκκλησία τοῦ σφάλματος τοῦ σφαλέντος ἀνθρώπου, καὶ μολυνθῇ
ὅλη ἡ ἐκκλησία τῷ παραπτώματι τοῦ ἑνὸς, λέγει, Παράδοτε τὸν σφα-
λέντα, ἵνα τὸ πνεῦμα, τουτέστιν ὅλη ἡ ἐκκλησία, σωθῇ.

4. *Alterum* σάρξ *om. in ed. Pelav. Colon. repet.*
5. καὶ *om. in ed Pelav. Colon. repet.*
6. ἄρα *cod. Rhedig.*
7. „Deest aliquid" *in marg. annotavit Pelavius. Repete modo* φησὶ *ex superioribus. Cornarius vertit, minus accurate*, deinde pro exemplo nostri cor-

tradere eiusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die domini. Iam carnis interitus nihil aliud est quam absoluta illius extinctio. Quomodo igitur cum in diaboli potestate caro funditus extinguatur solusque servetur spiritus, corporum esse potest carnisque resurrectio? Adeo vero est hebes ut illud non videat, carnis opera fornicationem esse, adulterium ac libidinem, et id genus alia, nec de carne illum, sed de carnis operibus loqui. Nam cum stuprum aliquis committit, caro istud exequitur, cum autem temperantiam sibi compararit, iam caro quodammodo esse caro desinit, atque in spiritum convertitur; quemadmodum apostolus refert: *Qui initio coniunxit ambos, dixit, Propter hoc relinquet homo patrem suum,* Eph. 5, 31. *et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carnem unam: sicut qui adhaeret meretrici unum corpus est, et qui adhaeret domino unus spiritus est.* Itaque qui stuprum committit, caro efficitur, non corpus duntaxat, sed et cetera omnia, adeoque anima ipsa in carnem quodammodo mutatur. Dum enim ad meretricem adhaerescit, caro fit, cumque carnalis sit, omnino caro dicitur. At qui domino adhaeret, tam corpore quam animo unus cum eo spiritus est, ac quicquid in homine inest, unus in domino spiritus efficitur. Qua de re statuens idem apostolus, *Deus,* inquit, *posuit in corpore* 1.Cor.12,18. *omnia membra singula prout voluit.* Vide ut corporis quoque conditorem affirmet deum ac membrorum nostrorum compositorem, qui sapientia ac bonitate sua uti voluit universa constituit. Post haec exemplum corporis nostri ad Christi corpus accommodat: *Quemad-* 1.Cor.12,27. *modum et nos corpus Christi sumus, et membra de membro, et ecclesia dei, quae est corpus Christi.* Proinde si corpus dei ecclesia spiritui adhaerens, hoc est domino, unus est spiritus, quicumque ab eadem excidit, perinde a spiritu desciscens, anima pariter et corpore commutatur in carnem, ac si quid aliud in ipso continetur. Nam qui fieri posset, pars ut una satanae traderetur, non traderetur altera? Neque vero dixit apostolus, *Tradere carnem satanae,* sed, *Tradere eiusmodi.* At qui *Eiusmodi* dicit, integrum profecto hominem, hoc est tam animam quam corpus tradiderit necesse est. Qui cum totum tradiderit, totum videlicet carnem esse significat, at spiritum in diem domini servari demonstrat, ut ne ecclesia delinquentis hominis scelere obstringeretur, uniusque delicto tota ipsa pollueretur. Quare ita iubet apostolus: *Tradite eum qui deliquit, ut spiritus,* hoc 1.Cor. 5, 5. est ecclesia universa, *salvus sit.*

poris proponit corpus Christi, quod et nos corpus Christi sumus cett.

8. τι *emendarunt Cornarius et Petav,* τις *est in libris omnibus.*

Κεφ. πη'. Ἀλλὰ, φησὶ, γέγραπται, Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, καὶ νομίζει ἐν τούτῳ λέγειν τι. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι οὐ δύναται πορνεία κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, οὐδὲ μοιχεία, οὐδὲ ἀσέλγεια, οὐδὲ [1] εἰδωλολατρεία, τουτέστι σὰρξ καὶ αἷμα. Εἰ δὲ περὶ σαρκὸς καὶ αἵματος τοῦτο νομίζεις, εἶναι αὐτὴν τὴν σάρκα, πῶς ἔτι πληροῦται τὸ εἰρημένον, Καὶ ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ σαρκὸς ἐγενήθησαν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ; Τίς ἐν κόσμῳ γεγένηται ἄνευ σαρκός; Ἀλλ' ἐπειδὴ μετεβλήθησαν αἱ γνῶμαι, οὐ γὰρ αἱ φύσεις τῶν γενωμένων ἀπὸ μητέρων καὶ πατέρων σαρκὸς καὶ αἵματος [2] καὶ ἐγενήθησαν τὴν δευτέραν γένησιν τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου γενήσεως διὰ πνεύματος καὶ πυρὸς, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. Ὡς οὖν ἐνταῦθα ἐκ σαρκὸς ἐγενήθησαν καὶ ἐξ αἵματος, καὶ [3] οὐκέτι λογίζεται ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος ἡ γένησις, διὰ τὴν μεταβολὴν τῆς δικαιοσύνης, pag. 708. καί τοί γε ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι, ὡς λέγει, Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα, [4] ἄρα οὖν ἔνι σὰρξ, οὐ κατὰ σάρκα στρατευομένη, καὶ διὰ τοῦτο λέγει σάρκα καὶ αἷμα μὴ κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, οὐ περὶ τῆς σαρκὸς ταύτης τῆς καμούσης, τῆς ἁγιασθείσης, τῆς τῷ Θεῷ εὐαρεστησάσης, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐν ἁμαρτίαις ἐξετασθείσης. Ἐπεὶ πῶς ἂν πληροῦται τὸ εἰρημένον, Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο [5] ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Τηλαυγέστερον δὲ περὶ τούτου ὁ αὐτὸς ἀπόστολος σημαίνων, ἵνα μή τινες πλανηθῶσι, καὶ ἀντὶ τῶν φαύλων ἔργων τὴν τοῦ σώματος πλάσιν ἀπελπίσωσιν ἐκ τῆς ἀναστάσεως, λέγει, Νεκρώσατε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἅτινά ἐστι πορνεία, μοιχεία, ἀσέλγεια, καὶ τὰ ἑξῆς. [6] Ἀλλ' ἄκουε καὶ τοὺς ὀφθέντας τοῖς Γαλιλαίοις, καὶ λέγοντας ὅτι, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἑωράκατε ἀφ' ὑμῶν ἀναλαμβανόμενον, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον εἴδετε αὐτὸν ἀναλαμβανόμενον.

Κεφ. πθ'. Ἀπὸ δὲ τῶν εἰρημένων πάντων δύνανται οἱ νουνεχεῖς τὸν νοῦν [1] ἐπιστῆσαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς τῆς ἀληθείας λόγοις, καὶ τοῖς ἀπὸ [2] τοῦ ψεύσματος τοῦ προειρημένου λεγομένου Μανιχαίου, ἵνα, εἰ καὶ οὐκ ἐπεμνήσθην τινὸς μαρτυρίας, ἀπὸ τῶν δύο ἢ τριῶν μαρτυριῶν ὧν εἴπομεν τὰ πάντα αὐτοῦ φωραθῇ ψευδῆ. Ἡμεῖς δὲ πολλὴν ἐπιβεβη-

Cap. LXXXVIII. — 1. εἰδωλολατρία cod. Rhedig. et Ien. (cum rasura).

2. καὶ restitui ex codd. mss. Quod est plane necessarium. Agnoscit etiam Latina versio Cornarii et geniti sunt secunda nativitate cett.

3. οὐχ ed. Petav. Colon. repet.

4. Vulgo ἆρα.

5. δύσασθαι cod. Rhedig.

6. Post verba καὶ τὰ ἑξῆς Cornarius et Petavius aliquam multa excidisse statuerunt, locumque lacunae signo notave-

Atqui scriptum est, ait, *Caro et sanguis regnum dei non possi-* Cap. LXXXVIII.
debunt. Qua scripturae sententia nonnihil efficere se putat. Verum 1. Cor. 15, 50.
longe is aberrat. Certum enim est non posse stuprum coeleste regnum obtinere, nec adulteriu[illegible]que libidinem nec idololatriam, quae omnia per carnem et sanguinem intelligenda sunt. Nam si carnem et sanguinem sic interpretaris, ut ad propriam hominis carnem pertineat, quonam modo verum illud esse poterit? *Quotquot* Ioann. 1, 12.
autem receperunt illum, dedit eis potestatem filios dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex carne nati sunt, sed ex deo. Quis in mundo sine carne natus est? Verum quoniam non naturae quidem illorum, qui ex parentum carne et sanguine propagati sunt, sed animi commutati sunt, ac secunda generatione a domino per spiritum ignemque procreati, propterea, *Dedit,* inquit, *illis potestatem filios dei fieri.* Sic igitur ex carne istic et sanguine nati sunt. Neque tamen ob traductionem illam ad iustitiam alterius ex carne et sanguine habetur generationis ratio. Quamquam in carne nihilominus, et sanguine permaneant; velut alio loco dicit, *In carne ambulantes non se-* 2. Cor. 10, 3.
cundum carnem militamus. Quocirca inest quidem caro, sed non secundum carnem militat. Hinc est quod ait, *Carnem et sanguinem* 1. Cor. 15, 50.
coeleste regnum minime possidere. Ubi non de ea carne loquitur, quae laboribus attrita, quae sanctitate consecrata, quae deo denique grata sit, sed de ea quae in peccatorum sordibus detinetur. Quod nisi ita est, quinam illud impleri poterit: *Oportet enim corruptibile* 1. Cor. 15, 53.
hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem? Quod clarius idem apostolus significans, ne qui forsitan errarent, atque ob scelera de formatione corporis in resurrectione desperarent, his verbis hortatur: *Mortificate membra, quae sunt in terra,* Col. 3, 5.
hoc est, fornicationem, adulterium, libidinem, etc. Imo et eos [audi] qui Galilaeis apparuerunt eosque sic allocuti sunt: *Hunc Ie-* Act. 1, 11.
sum, quem vidistis a vobis assumptum, sic veniet quemadmodum vidistis eum assumptum.

Ex his, quae hactenus dicta sunt, facile intelligentes homines Cap. LXXXIX.
possunt tam ad veros sermones quam Manichaei mendacia animum advertere: ut tametsi quodpiam allatum ab eo testimonium praetermiserim, ex duobus illis tribusque, quae commemoravimus, reliqua ab eo falso conficta deprehendantur. Nos autem longo asperoque

runt. At ut in codicibus manu exaratis nullum eius suspicionis indicium, ita nec sententiam ab ulla iam parte mancam esse videbis, postquam levissima correctione restituimus Ἀλλ' ἄκουε καὶ τοὺς *cett. Vulgo enim legebatur* ἀλλὰ καὶ τοὺς *cett., voce* ἄκουε *vicinis vocabulis absorpta.*

Cap. LXXXIX. — 1. *Sic recte Petavius. Codd. mss. et edit. princ.* ἐπιστῆναι.

2. τοῦ *om. ed. Petav. Colon. repet. In seqq. abundare videtur* λεγομένου.

κότες ὁδὸν τραχεῖαν, καὶ κινδυνώδεις τόπους, μόλις ταυτησὶ τῆς ἀμφισβαίνης καὶ θηρὸς ὀλετηρίου τῆς κεγχρίτιδος, ἀπὸ πολλῶν ὁμοιωμάτων πεποικιλμένης πρὸς ἀπάτην τῶν ὁρώντων, ἐχούσης δὲ κεκρυμμένην [3] κάτω τὴν κεντρώδη καὶ ἰοβόλον πηγὴν, τῆς ἐκ πάντων ὁρμωμένης. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ Ἑλλήνων Ἕλλην ἐστὶν, ἥλιον προςκυνῶν, καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄστρα, καὶ δαίμονας, [4] Ἕλλην ὁ ἀνὴρ, ἀγαπητοὶ, τυγχάνει, καὶ ἡ αὐτοῦ αἵρεσις τὰ τῶν Ἑλλήνων ὑφηγεῖται, τὰ μάγων ἐπίσταται, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐγκυλινδεῖται, ἀστρονόμους ἐπαινεῖ,
pag. 709. τὰ αὐτῶν περιεργαζόμενος, μόνον Χριστοῦ σεμνύνεται ὄνομα λόγῳ, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ κεγχρῖτις κρύπτει μὲν τὸν ἰὸν, ἀπατᾷ δὲ διὰ τῆς ποικιλίας, ἐν μέσῳ ὑλῶν πολλῶν γενομένη, καὶ ἀφομοιουμένη μετὰ τῶν ὄντων. Ἐν δὲ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει τῷ ξύλῳ τῆς ἀληθείας, καὶ αἵματι Χριστοῦ, καὶ σώματι τῷ ἀπὸ Μαρίας, τῷ ἀληθινῶς γεγεννημένῳ, καὶ τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, καὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς μιᾶς ἑνότητος, συντρίψαντες τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐπὶ τοῖς ὕδασι, τὴν πολυκέφαλον ταύτην αἵρεσιν, εἰς τοὐπίσω στρέψαντες, καὶ [5] τὴν κεφαλὴν καταθλάσαντες, εὐχάριστοι μὲν θεῷ διατελέσωμεν, ἐπὶ δὲ τὰς ἑξῆς αἱρέσεις προελθεῖν σπεύσωμεν, θεὸν ἐπικαλούμενοι βοηθὸν τῆς ἡμῶν ἀσθενείας, ὅπως τὰ ἐπηγγελμένα ἐν θεῷ περαιώσαντες, τελείως θεῷ εὐχαριστήσωμεν.

ΚΑΤΑ ἹΕΡΑΚΙΤΩΝ,

τεσσαρακοστὴ ἑβδόμη, ἡ καὶ ἑξακοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α΄. Μετὰ τὴν μοχθηρὰν ταύτην, καὶ ἰοβόλον ὑπὲρ πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ ἑρπετώδη τοῦ Μάνη βαρβαρικὴν θηριοβολίαν τῆς διδασκαλίας ἀνέστη τις Ἱέρακας ὀνόματι, ἀφ᾽ οὗπερ Ἱερακῖται. Οὗτος ἐν τῇ Λεοντῷ, τῇ κατ᾽ Αἴγυπτον ὑπῆρχεν, ἐν προπαιδείᾳ οὐ μικρᾷ ὑπάρξας, Ἑλληνικῶν τε πάντων λόγων ἐπιτηδεύμασιν ἀσκηθεὶς, ἰατροσοφιστικῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις, τοῖς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων μαθήμασιν ἀκριβῶς ἐπιστάς. Τάχα δὲ καὶ ἀστρονομίας· καὶ μαγείας ὁ ἀνὴρ παρήψατο· ἐμπειρότατος γὰρ ὑπῆρχε πολλῶν λόγων, καὶ ἐν ἐξηγήσει, ὡς ὑποφαίνουσι οἱ αὐτοῦ λόγοι, πάνυ δὲ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἐπιστάμενος γλῶσσαν. Αἰγύπτιος γὰρ ὁ ἀνὴρ ἦν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων τετρανωμένος οὐ μικρῶς, ὀξὺς κατὰ πάντα τρόπον. Ὑπῆρχε δῆθεν Χριστιανὸς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέμεινε τῇ τοῦ Χριστοῦ πολιτείᾳ. Παρέπεσε γὰρ, καὶ ὀλισθήσας ἐξώκειλεν. Οὗτος μὲν γὰρ παλαιὰν καὶ

3. *Ita corrigendum erat. Libri habent* κατὰ. *Minus certo potest statui de medicina qua sententiae succurramus, quae mutila videtur esse. Excidit fortasse* κεκρατήκαμεν, *vel simile quid. Nisi participio* ἐπιβεβηκότες, *id quod non semel fecit Epiphanius, usus est pro finito, ut sententia sit* Nos autem magnam viam

itinere per periculosa loca confecto, aegre amphisbaenam illam ac cenchritidem, letalem inprimis bestiam evasimus, quae multarum rerum similitudinibus variegata contuentes decipit. Ex quibus omnibus velut conflatum et occultum mortiferi inaculeo veneni fontem continet. Manichaeus enim cum gentilibus gentilis est, ac solem, lunam, sidera, daemonesque veneratur, gentilis, inquam, est, o carissimi, eiusque secta Graecorum superstitiones tradit; magorum quoque praestigias complectitur, in iisque volutatur, astronomos laudat, quorum curiosas artes persequitur, ac verbo tenus Christi nomine gloriatur. In quo cenchritidis simillima est, quae occultato veneno varietate sua fallit, atque inter varia fruteta versans, rerum omnium quibus circumdata est similitudinem exprimit. Enimvero posteaquam dei ope ac veritatis fuste, nec non et Christi sanguine ac corpore, quod ex Maria revera natum est, ac mortuorum resurrectionis, et unius eiusdemque dei confessione, *draconis illius in* Ps. 73, 14.
aquis caput confregimus, hoc est, multicipitem illam haeresin effugavimus, caputque comminuimus, perpetuae primum habendae deo gratiae sunt, tum ad ceteras deinceps properandum, ita ut a deo supplices postulemus, nostrae ut imbecillitati succurrat, ut iis quae suscepimus absolutis cumulatiores eidem referre possimus.

ADVERSUS HIERACITAS,
quae est haeresis XLVII., vel LXVII.

Post improbam illam, ac prae omni alia haeresi virulentam, Cap. I.
serpentinam et barbaricam Manichaei doctrinam Hieracas quidam nomine prodiit, a quo Hieracitae nominati sunt. Hic in oppido Aegypti Leontone vixit, humanioribus literis inprimis eruditus, ac Graecorum disciplinis, praesertimque medicina et aliis artibus imbutus, ad quas Aegyptiorum quoque doctrinam adiunxerat. Ac nescio an et astronomiae ac magicarum artium scientiam attigerit. Fuit certe variis artibus instructus, atque explicandi peritus, ut ex illius commentariis apparet; sed Aegyptiorum linguam potissimum calluit, utpote genere Aegyptius. Nec vero Graecae linguae scientia mediocriter est perpolitus, vir acutissimo in omnibus ingenio. Atque hic quidem Christianus fuit, sed non in eo vitae genere quod esset Christo dignum perseveravit. Siquidem prolapsus, et impactus a veritate excidit. Cum enim veteris novique testamenti scientissimus

et periculosos huius amphisbaenae demum locos emensi sumus *cett.*
4. *Vox* Ἕλλην *abest a codd. mss. Recte eam restituit Cornarius.*
5. τὴν *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

καινὴν διαθήκην σαφῶς εἰπεῖν ἀποστηθίζων, καὶ εἰς [1] αὐτὰ ἐξηγησάμενος, ἐδογμάτισε παρ' ἑαυτῷ ἀπὸ κενοφωνίας ἑαυτοῦ ὅπερ αὐτῷ ἔδοξε καὶ ὃ ὑπεισῆλθεν αὐτῷ.

Βούλεται γὰρ καὶ οὗτος τὴν σάρκα μὴ ἀνίστασθαι τὸ παράπαν,
pag. 710. ἀλλὰ τὴν ψυχὴν μονωτάτην. Πνευματικὴν δὲ τὴν ἀνάστασιν φάσκει,
καὶ ὅσα ἔστιν ἀπὸ τῶν θειῶν γραφῶν εἰς ἑαυτοῦ νοῦν ἀναλεξάμενος, οὕτως ἑαυτῷ ἐπεσώρευσεν ἀτόπων πλάσματα, [2] ἅττα φαῦλα ἑαυτῷ μηχανησάμενος πρὸς σύστασιν τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ ἔκπληκτος τῇ αὐτοῦ ἀσκήσει, καὶ δυνάμενος πεῖσαι ψυχάς· αὐτίκα πολλοὶ τῶν ἀσκητῶν τῶν Αἰγυπτίων αὐτῷ συναπήχθησαν. Οἶμαι γὰρ ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ὡς ἠρνήσατο τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν, ἀπὸ Ὠριγένους τὰς προφάσεις εἰληφὼς, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς διανοίας τοῦτο ἐξεμέσας. Οὐ παραδέχεται οὗτος γάμον· [3] φάσκει εἶναι τοῦτο παλαιᾶς διαθήκης. Τοὺς μὲν γὰρ περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ Μωϋσέα καὶ Ἀαρὼν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους, Ἡσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν ὁμοίως δέχεται, καὶ προφήτας ἡγεῖται, καὶ συγκεχωρῆσθαί φησι ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τῷ γάμῳ συνάπτεσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς ἐνδημίας τοῦ Χριστοῦ μηκέτι τὸν γάμον παραδέχεσθαι, μήτε δύνασθαι αὐτὸν κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν. Τί γὰρ, φησὶ, ἦλθε ποιεῖν καινὸν ὁ λόγος; ἢ τί καινὸν ἦλθε κηρύξαι ὁμονογενὴς, καὶ κατορθῶσαι; εἰ μὲν γὰρ περὶ φόβου θεοῦ, τοῦτο εἶχεν ὁ νόμος· εἰ δὲ περὶ τοῦ γάμου, κεκηρύχασιν αἱ γραφαί· εἰ δὲ περὶ φθόνου [4] καὶ πλεονεξίας καὶ ἀδικίας, ταῦτα πάντα περιεῖχεν ἡ παλαιὰ διαθήκη. Ἓν δὲ μόνον τοῦτο κατορθῶσαι ἦλθε, τὸ τὴν ἐγκράτειαν κηρύξαι ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἑαυτῷ ἀναλέξασθαι ἁγνείαν καὶ ἐγκράτειαν. Ἄνευ δὲ τούτου μὴ δύνασθαι ζῆν.

Κεφ. β'. Τὰς δὲ προφάσεις ταύτας πανταχόθεν ἀναλέγεται, ὅταν εἴπῃ ὅτι, Καὶ τὸν ἁγιασμὸν [1] ὑμῶν, οὗ χωρὶς τὸν θεὸν οὐδεὶς ὄψεται. Ἐὰν δὲ εἴπωσιν αὐτῷ, Πῶς ὁ ἀπόστολος ἔφη, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεὸς, [2] καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει αὖθις λέγων, Ὑπερβὰς δὲ ὀλίγον λέγει ὅτι, Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ, καὶ ἡ παρθένος· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ, καὶ μεμέρισται. Εἰ τοίνυν ἐστὶ μερισμὸς, πῶς δύναται ὅπου μερισμὸς ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοινωνῆσαι; καὶ εἰ θεῷ οὐκ ἀρέσκει, ἀλλὰ τῷ ἀνδρὶ, πῶς δύναται παρὰ θεῷ κεκτῆσθαι τὴν κληρονομίαν; Διὰ γὰρ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω,
pag. 711. οὐκ ἐπαινῶν φησι γάμον μετὰ τὴν παρουσίαν, ἀλλὰ συμβαστάζων,
ἵνα μὴ εἰς περιττὸν ὄλεθρον ἐμπέσωσιν. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἱ ἑαυτοὺς

Cap. I. — 1. *An* αὐτάς? 2. *Libri habent* ἅττα. 3. φάσκει *cod. Rhedig.* φάσκειν *cod. Ien. et editi. Petavius voluit* φάσκων, *quod et mihi placet.* 4. καὶ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

esset, ut ea de pectore suo velut expromeret, ac commentaria scripsisset, multa de suo dogmata vanissime aspersit, ac quicquid visum est pro libidine sua proposuit.

Negat is omnino resurgere carnem, idque animae soli tribuit, proindeque spiritalem esse resurrectionem asserit. Sacrarum vero literarum testimonia colligens, et ad institutum suum ac mentem accommodans, absurdissima quaedam dogmatum commenta cumulavit, et ad haeresin suam stabiliendam prava quaedam excogitavit. Ceterum vitae ille instituto ac genere plane admirabilis fuit, et ad alliciendos animos inprimis efficax. Quare plerique ex Aegyptiis monachis in illius errores adducti sunt. Nam quod ad mortuorum resurrectionem attinet, quod carnis resurrectionem inficiatur, id ab Origene mutuatus videtur, nisi id ex sese evomuisse dicendus est. Idem nuptias repudiat; quas veteris testamenti proprias fuisse docet. Quippe Abraamum, Isaacum et Iacobum, Moysem, Aaronem, ac sanctos omnes, velut Isaiam et Ieremiam pariter asciscendos existimat, et prophetas arbitratur, nuptiasque in veteri testamento licitas fuisse, sed post adventum Christi easdem reiiciendas; utpote quibuscum coeleste regnum obtineri nequeat. Quid enim, inquit, verbum novi ut faceret advenit? quid inquam novi praedicare, aut quod egregium facinus moliri voluit? Si dei timorem dixeris, hoc iam lex ipsa continebat: si nuptias, etiam in sacris literis praedicantur: si invidiam avaritiam iniustitiam damnasse dicas, haec omnia vetere testamento comprehensa sunt. Superest ergo id ut unum dicere voluerit ut continentiam praedicaret in mundo, ac sibi ipsi castimoniam deligeret; sine qua obtineri vita non possit.

Ad id vero dogma comprobandum undecumque argumenta cor- Cap. II.
rogat, velut illum locum: *Sanctificationem vestram, sine qua nemo* Hebr. 12, 14.
videbit deum. Quod si apostoli dictum illud obiicias, *Honorandae* Hebr. 13, 4.
sunt nuptiae, et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros iudicabit deus, sic ille respondet: Atqui paulo post idem apostolus
dicit, *Innupta sollicita est de his quae dei sunt, quomodo placeat do-* 1. Cor. 7, 34.
mino, et virgo: nupta vero sollicita est quomodo placeat viro, et divisa est. Unde si divisio inest, quomodo intercedere communio potest? Ac si deo non placeat, sed viro, potestne hereditatem a deo con-
sequi? Cum autem sic hortatur: *Propter fornicationes autem, unus-* 1. Cor. 7, 2.
quisque suam uxorem habeat, non laudandas post adventum domini, sed tolerandas nuptias putat, ne maius in exitium praecipites ruant.
Sunt enim eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum coelorum. Matth. 19, 12.

Cap. II. — 1. ἡμῶν *ed. Petav.*
2. *Fortasse* κατευθὺς.

[3] εὐνουχίσαντες διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ, Θέλω, φησὶ, πάντας εἶναι ὡς ἐμαυτόν· καὶ, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, πέντε μωραῖς, καὶ πέντε φρονίμοις. Φρόνιμοι παρθένοι, μωραὶ παρθένοι, πλὴν παρθένοι, βασιλείᾳ οὐρανῶν ἀπεικάζονται, καὶ οὐκ εἶπεν ἔγγαμοι. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα [4] ἑαυτῷ ἐπισωρεύει, ἵνα δῆθεν παρεκβάλῃ γάμον.

Οὐ δέχεται δὲ τοὺς παῖδας τοὺς τελευτῶντας πρὸ γνώσεως, ἀλλ' ἀποβάλλει αὐτοὺς τῆς νομιζομένης ἐλπίδος. Φάσκει γὰρ τούτους μὴ κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, ἐπειδὴ, φησὶ, οὐκ ἠγωνίσαντο. Ἐὰν γὰρ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀθλῶν οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως, πόσῳ γε μᾶλλον οἱ μηδέπω εἰς ἀγῶνα κεκλημένοι; οὐ πιστεύει δὲ πάλιν οὗτος παράδεισον εἶναι αἰσθητὸν, ὥςπερ ἀμέλει καὶ Ὠριγένης· οὐδὲ, ὡς ἔφην, νεκρῶν ἀνάστασιν τὴν διὰ σαρκός. Ἀλλ' ἀνάστασιν μὲν νεκρῶν λέγει, ἀνάστασιν δὲ τὴν τῶν ψυχῶν, καὶ πνευματικήν τινα φάσκων μυθολογίαν. Οὐδεὶς δὲ μετ' αὐτῶν συνάγεται, ἀλλὰ εἰ εἴη παρθένος, ἢ μονάζων, ἢ ἐγκρατὴς, ἢ χήρα. Περὶ δὲ τὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα οὐ φάσκει κατὰ τὸν Ὠριγένην, ἀλλὰ πιστεύει ὄντως τὸν υἱὸν ἐκ πατρὸς γεγεννημένον.

Κεφ. γ'. Καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἐκ πατρὸς [1] εἶναι. Φάσκει δὲ οὗτος, ὡς [2] ἄνω μοι ἐν τῇ τῶν Μελχισεδεκιανῶν αἱρέσει δεδήλωται, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Μελχισεδὲκ, διὰ τὸ, φησὶ, εἰρηκέναι ὅτι, Ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπὲρ ἡμῶν. Καὶ τίς ἐστιν οὗτος; Ἀλλὰ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Τὸ δὲ ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς διὰ τὸ ὑπερεντυγχάνειν. Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα συνηντηκέναι τῷ Ἀβραὰμ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐπειδὴ γὰρ ὅμοιόν ἐστι τῷ υἱῷ. Καὶ διὰ τοῦτό φησι ὁ ἀπόστολος, Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Ἀμήτωρ φησὶ, ὅτι οὐκ ἔχει μητέρα· ἀπάτωρ φησὶ, ὅτι ἐπὶ γῆς οὐκ ἔσχε πατέρα· ἀφωμοιώμενος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Καὶ πολλὰ φλυαρῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διεξ-
pag. 712. ῆλθε περὶ τούτου πολλὴν πραγματείαν. Βούλεται δὲ τὴν τελείαν αὐτοῦ σύστασιν ποιεῖσθαι ἀπὸ τοῦ Ἀναβατικοῦ Ἡσαΐου, δῆθεν ὡς ἐν τῷ Ἀναβατικῷ λεγομένῳ ἔλεγεν ἐκεῖσε ὅτι, Ἔδειξέ μοι ὁ ἄγγελος [3] περιπατῶν ἔμπροσθέν μου, καὶ ἔδειξέ μοι, καὶ εἶπε, Τίς ἐστιν ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ· καὶ [4] εἶπα, Σὺ οἶδας, κύριε; Λέγει, Οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπητός. Καὶ τίς ἐστιν ὁ ἄλλος ὁ ὅμοιος αὐτῷ ἐξ ἀριστερῶν ἐλθών; Καὶ [5] εἶπα, Σὺ γινώσκεις, τουτέστι τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ λαλοῦν ἐν

3. εὐνουχήσαντες scripti libri et ed. princ.
4. ἐπισωρεύει ἑαυτῷ cod. Rhedig.

Cap. III. — 1. Repete πιστεύει.
2. V. haer. 55, 5.
3. Libri scripti habent περιπατῶν, cui

Iterum: *Volo omnes esse sicut meipsum.* Tum: *Simile factum est* 1. Cor. 7, 7.
regnum coelorum quinque virginibus, quarum quinque erant fatuae, et Matth. 25, 1.
quinque prudentes. Ubi tam prudentes virgines quam fatuae, sed nihilominus virgines, cum coelesti regno comparantur, nec de nuptiis mentionem fecit. Multa id genus alia adversus nuptias accumulat.

Neque vero puerulos ante cognitionis usum mortuos admittit, sed a proposita spe reiicit. Negat enim istos coeleste regnum capessere, quandoquidem certamen nullum obierint. Nam qui in certamen descendit, *non coronatur, nisi legitime certaverit.* Quare 1. Timoth. 2, 5.
cum ne ii quidem qui certant nisi id legitime praestiterint, coronentur, quanto minus qui ne ad certamen quidem adhuc vocati sunt? Paradisum porro sensibilem esse non putat, quo in errore versatus est et Origenes. Neque, ut antea dixi, mortuorum resurrectionem ad carnem pertinere, sed ita resurgere mortuos fatetur, solas ut animas id assequi velit, ac spiritalem nescio quam fabulam contexat. Ceterum nemo in illorum gregem admittitur nisi virgo sit, aut monachus, aut continens, aut vidua. De patre, filio et spiritu sancto non eadem cum Origene sentit, quin potius et a patre filium revera genitum, et spiritum sanctum credit a patre procedere.

Quem quidem spiritum, quemadmodum supra in Melchisedecia- Cap. III.
norum haeresi docuimus, Melchisedecum esse sibi persuadet, pro eo quod scriptum est, *Pro nobis orat gemitibus inenarrabilibus.* Et Rom. 8, 26. Hebr. 7, 3.
quis ille tandem est? *Manet*, inquit, *sacerdos in aeternum.* Porro sacerdos in aeternum ideo manet ut orare possit. Hunc ipsum spiritum Abrahamo per illud tempus occurrisse putat. Est enim, inquit, filio similis; quare ab apostolo dicitur *esse sine patre, sine matre, sine genealogia. Sine matre*, quod omnino nullam habuerit; *sine patre*, quod eum in terra non habuerit; *similis vero filio dei factus manet sacerdos in aeternum.* Praeter haec multa alia de spiritu sancto garriens fusissimam de eo disputationem instituit. Sed praecipuum opinionis suae firmamentum ex libro quodam qui Anabaticus Isaiae inscriptus est, arcessit, quo in libro sic loquitur: *Ostendit mihi angelus de omnibus coram me, et ostendit mihi, et dixit, Quis est ad dexteram dei? Et dixi, Tu scis, domine. Tum ille, Hic est dilectus. Et quis est alter et similis qui a sinistra venit, et dixi, Tu nosti; hic est spiritus sanctus, qui in te loquitur et in prophetis. Et*

scripturae testimonium dedit Nicetas Thes. Orthod. Fidei IV, 34. *Cornarius et Petavius ediderunt* περὶ πάντων. *Et tamen verterat Cornarius* obambulans angelus coram me.

4. εἶπα *Nicetas l. l., et ed. Petav.* εἶπε *codd. Rhedig. et Ien.*
5. εἶπα *Nicetas l. l., et ed. Petav.* εἶπε *liber scriptus uterque.*

σοὶ, καὶ ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἦν, φησὶ, ὅμοιον τῷ ἀγαπητῷ. Ἐκ τούτου βούλεται συνιστᾶν τὸ εἰρημένον, [6] Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.

Πόσα τοίνυν δυνήσεται ὁ ἡμέτερος νοῦς καὶ περὶ τούτου διαλαμβάνειν πρὸς ἀντίθεσιν τῆς αὐτοῦ πολλῆς παραπεποιημένης διανοίας; Οὗτος δὲ γηραλέος ἐτελεύτα. Συνεγράψατο δὲ Ἑλληνικῶς τε καὶ Αἰγυπτιακῶς, ἐξηγησάμενος καὶ συντάξας τῆς ἑξαημέρου μύθους τινὰς πλασάμενος, καὶ κομπώδεις ἀλληγορίας· εἰς ἄλλα δὲ [7] ποσὰ ἀπὸ τῆς γραφῆς συνέταξε, ψαλμούς τε πολλοὺς νεωτερικοὺς ἐπλάσατο. Ἐμψύχων τε πολλοὶ ἐξ αὐτῶν οὐ μετέχουσι τῶν [8] ἀληθινῶν αὐτῶν τοῦ δόγματος. Ὁ δὲ Ἱέρακας αὐτὸς τῷ μὲν ὄντι πολλὴν εἶχε τὴν ἄσκησιν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν αὐτοῦ μαθηταὶ καθ' ὑπόκρισιν. Ἐκεῖνος μὲν ἀπείχετο πάντων βρωμάτων, καὶ ἠσκεῖτο, καὶ ἀπὸ οἴνου. Φασὶ δέ τινες περὶ αὐτοῦ ὅτι ὑπὲρ ἐνενήκοντα ἔτη βιώσας ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἐτελεύτα ἐκαλλιγράφει. Καλλιγράφος γὰρ ἦν. Ἔμενε γὰρ αὐτοῦ [9] συνεστὼς ὁ ὀφθαλμός.

Κεφ. δ'. Φέρε δὲ διασκοπήσωμεν καὶ τὰ τούτου ζιζάνια, ποίᾳ διανοίᾳ λόγου θεϊκοῦ συνάψωμεν καὶ ἐξαφανίσωμεν τόδε ἰοβόλον τοῦτο ἑρπετὸν, σκορπίου δίκην [1] τῶν ἔμπροσθεν καὶ κατόπιν παῖον, ἀπὸ δύο διαθηκῶν ἑαυτῷ ἐπισωρεῦον τὰ πρὸς βλάβην, οὐχ ὡς ἔχουσιν οἱ θεῖοι λόγοι, ἀλλ' ὡς ἡ παραπεποιημένη [2] αὐτοῦ ἔννοια τὰ φωτεινὰ σκοτεινῶς διενοεῖτο. Οὐ μεμπτὸν γὰρ τὸ μέλι, οὔτε [3] πικρὸν αὐτὸ, οὐδὲ αἱ ἐδωδαὶ ἐκ θεοῦ ἐκτισμέναι αἱ καλλίους, διδόμεναι δέ τινι πυρέττοντι πικραὶ ἐν τῷ στόματι [4] αὐτοῦ φαίνονται, οὐ τῶν ἡδέων πεπικραμμένων, ἀλλὰ τοῦ γεύματος τοῦ πυρέττοντος πικραίνοντος τὰ αὐτῷ διδόμενα. Οὕτω καὶ πᾶς τις ἀπὸ τῆς ἀληθείας πεσὼν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἠπάτηται, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν πικροῖς διανοήμασιν ἐγεύσατο, καὶ εἰς [5] πικρίαν αὐτῷ μετεβλήθη. Ἴδωμεν δὲ περὶ τῶν [6] παίδων τί εἴπωμεν περὶ τῶν ἀποκτανθέντων εὐθὺς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας διὰ Χριστόν; ἆρα βασιλείας οὐρανῶν εἰσιν ἀμέτοχοι [7] οἱ τοιοῦτοι, ἢ με-

pag. 713.

6. *Libri scripti et ed. princ. habent* ἀφομοιούμενος.

7. *Sic emendavit Petav. Libri habent* πόσα. *Mea suspicio est* ὁπόσα.

8. *Haec verba corrupta sunt. Rescribo* τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τοῦ δόγματος.

9. συνετὸς *cod. Rhedig.*

Cap. IV. — 1. τῶν *uncinis notavit Petavius. Retineo, aptum faciens hunc genetivum a voc.* δίκην, *ut genetivum* σκορπίου *a* τῶν ἔμπρ. καὶ κατόπιν. *Quamquam facile esset corrigere* δίκην ἐκ τῶν *cett. Pro* ἐπισωρεῦον *vulgo exstat* ἐπισωρεύων.

2. *Ita libri scripti, non* αὐτῶν, *ut est in editis. Quamquam Cornarium video translulisse* ipsius.

erat, inquit, similis dilecto. Ex hoc loco illam scripturae sententiam confirmare nititur, *Assimilatus filio dei manet sacerdos in perpetuum.* Hebr. 7, 3.

Verum quam multa de hoc argumento excogitare mens nostra potest, ac disputando complecti, quibus depravata illius intelligentia ac sententia refellatur! Ceterum iste extrema senectute mortuus est, ac Graeca Aegyptiacaque lingua quamplurima scripsit. Inter cetera commentarios et lucubrationes de opere sex dierum, quibus fabulas nonnullas et vanissimas allegorias commentus est. Necnon et alia quaedam ex sacris deprompta literis, quibus et psalmos quosdam novitios a se conditos adiecit. Qui illius sectam vere et ex animo profitentur, plerique ab animatis abstinent. Nam quod ad Hieracam ipsum pertinet, severam admodum vitae disciplinam adhibuit. Sed qui post illum extitere discipuli nihil praeter simulationem habuerunt. Constat illum ab eduliis omnibus sibi temperasse, adeoque severe vixisse ut et vino careret. Auctores nonnulli sunt ultra annos nonaginta vixisse, et ad extremum vitae tempus libros antiquarii more scripsisse. Librarius enim et quidem peritus fuit, nec oculus ei caligavit.

Cap. IV. Nunc ab eo disseminata zizania consideremus, quanam videlicet divini verbi sententia venenatum hunc serpentem constringere atque extinguere possimus, qui scorpii instar anteriori posteriorique parte ferit, hoc est ex utroque testamento quae sunt nocitura colligit; quae non eo sensu accipit quo in divinis literis produntur, sed pro eo ac perversa mens illius quae clarissima ac perspicua sunt obscure ac tenebricose capiebat. Neque enim vituperandum mel aut amarum est, nec exquisitissimi quique cibi, quorum auctor deus est, iidem tamen, si febri laborantibus dederis, amari in illorum ore videbuntur; non quod illorum suavitas amaritudine ulla suffusa sit, sed quod aegrotorum gustus iniucundo illo sapore oblatos cibos infecerit. Ita quisquis a veritate aberrat, nequaquam ab ea in fraudem inductus est. Sed ad veritatem degustandam velut amaros animi sensus attulit, ideoque et in amaritudinem veritas est illi conversa. Sed ut de puerulis potissimum agamus, quid de illis dicemus qui in Matth. 2, 16. Bethleem Iudaeae subinde propter Christum occisi sunt? Quaero utrum necne coeleste regnum consecuti sint? Enimvero consecuti

3. *Reposui* πικρὸν αὐτὸ *pro* πικρότατον, *cum Gatakero Adverss. Miscell. cap.* 36. *pag.* 810., *quem vide, si lubet.*

4. αὐτοῦ *codd. mss.* αὐτῶν *editi. Quamquam hoc quoque loco Cornarius vertit* in ore ipsius.

5. *Editi habent* πικρίας.

6. *Editi habent* παιδίων.

7. οὗτοι *cod. Rhedig.*

τέχουσι; Μετέχουσι μὲν οὖν ὄντες ἄμεμπτοι. Εἰ γὰρ οὐκ εἰσὶ μέτοχοι, ἄρα παραίτιος αὐτῶν ὁ κύριος γεγένηται· δι' αὐτὸν γὰρ ἀπεκτάνθησαν. Εἰ δὲ ἀπεκτάνθησαν δι' αὐτὸν, μὴ φθάσαντες ἀγωνίσασθαι, μήτε λαβεῖν τὸ βραβεῖον, ἄρα ἡ αὐτοῦ παρουσία γενομένη μᾶλλον εἰς βλάβην τῷ κόσμῳ γέγονεν· ἐπειδὴ γὰρ αἰτία γέγονε τοῦ ἄωρα τὸν βίον τὰ βρέφη μεταλλάττειν τιμωρηθέντα, καὶ βασιλικῇ ἀπειλῇ ὑποπεσόντα, τοῦ μὴ φθᾶσαι εἰς ἀγῶνα, ὅπως κομίσωνται τὰ βραβεῖα.

Ἴδωμεν δὲ καὶ ἄλλας θεωρίας. Κάλει μοι Σαλομῶντα τὸν μακάριον καὶ σοφώτατον πρὸς ἔλεγχον τοῦ Ἱέρακα τούτου. Δεῦρο προφητῶν μακαριέστατε, ὁ λαβὼν παρὰ κυρίου χύμα καρδίας καὶ σοφίας, ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, τί ἂν περὶ τῶν παίδων φρονοίης; Καί φησι Γῆρας γὰρ τίμιον οὐ τὸ πολύχρονον, οὔτε ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται. Πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις, καὶ ἡλικία γήρως βίος ἀκηλίδωτος, γενόμενος ἄμεμπτος, θεῷ ἠγαπήθη, καὶ ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη, ἡρπάγη, μὴ ἡ κακία αὐτοῦ ἀλλάξῃ σύνεσιν, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ· βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας [8] μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. Καὶ ὅτι μὲν οὖν περὶ παίδων λέγει, ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων, Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσεν, ἵνα εἴπῃ, Τελευτήσας νέος ἐπλήρωσε χρόνους μακρούς. Ἀρεστὴ γὰρ ἦν κυρίῳ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. Καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ φησὶ ὁ κύριος, Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν σε ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε.

Κεφ. ε'. Ἴδωμεν δὲ αὐτὸν τὸν σωτῆρα, τὸ ἀψευδὲς στόμα, τὸ γινώσκον τὰ πάντα· δεῦρο, κύριε, βοήθει τῇ διανοίᾳ ἡμῶν, ἔλεγξον δὲ τὸν Ἱέρακα, καὶ τὴν [1] αὐτοῦ προπέτειαν. Προσῆλθον αὐτῷ, φησὶ, τὰ παι-
pag. 714. δία, ἵνα θῇ χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, καὶ εὐλογήσῃ· οἱ δὲ μαθηταὶ ἀπωθοῦντο αὐτὰ, καὶ ἐκώλυον· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρὸς μὲ, τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἵνα μὴ μόνον παιδαρίων νοηθῇ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ οὐχὶ ἐπὶ πᾶσαν ἡλικίαν, ἀπ' αὐτῶν μὲν τὴν ἀρχὴν ἄρχεται, τοῖς δὲ ὁμοίοις αὐτῶν δεδώρηται μετ' αὐτῶν ἔχειν τὴν κληρονομίαν. Εἰ γὰρ οἱ κατ' αὐτοὺς βασιλεύειν ἔχουσι, πόσῳ γε μᾶλλον οἱ ἀρχέτυποι τῶν κατ' αὐτοὺς ὑπαρχόντων; Καὶ πέπτωκεν αὐτοῦ ὁ μυθώδης λόγος. Πάντας γὰρ ἐλεεῖ ὁ κύριος. Φυλάσσων γὰρ τὰ νήπια ὁ κύριος. Καὶ, Αἰνεῖτε, παῖδες, κύριον. Καὶ τὰ παιδία ἐκήρυξαν, Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου·

8. Corrige μεταλλοιοῖ.

Cap. V. — 1. αὐτοῦ dedi pro vul-

illi sunt, utpote labis omnis expertes. Nisi enim illud obtinuerint, tantum illis malum dominus consciverit, cuius caussa necati sunt. Quod si ob eundem prius interfecti sunt quam in certamen descenderent ac praemium assequerentur, consequens est illius adventum mundo potius detrimentum attulisse, quoniam quidem caussam illis praebuerit cur et immatura morte vitam per supplicia profunderent, et regio nihilominus interdicto a certamine perinde ac praemio prohibiti fuerint.

Sed et alia praeterea videamus. Prodeat ad Hieracam illum refutandum beatus ac sapientissimus ille Salomon. Ades igitur, prophetarum beatissime, qui a domino *tantam cordis ac sapientiae lati-* 3. Reg. 4, 29.
tudinem nactus es quanta est arenarum in maris litore, dic nobis quae tua sit de pueris opinio, Hic igitur, *Senectus*, inquit, *venerabilis,* Sap. 4, 8.
non longaeva, nec annorum numero computata; canities vero prudentia est hominibus, et aetas senectutis vita immaculata. Cum sine reprehensione esset, a deo dilectus est, et vivens inter peccatores translatus est, raptus est, ne malitia mutaret intellectum, aut dolus deciperet animam ipsius. Fascinatio quippe nugacitatis obscurat bona, et inconstantia concupiscentiae transvertit mentem sine malitia. Ut autem de pueris loqui illum appareat, statim adiicit, *Consummatus in brevi explevit;* quasi dicat, mortuus iuvenis implevit tempora multa. *Placita enim erat domino anima illius; propterea festinavit eum educere de medio malitiae.* Quin et apud Hieremiam dominus, *Antequam,* Hier. 1, 5.
inquit, *in utero formarem te, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te.*

Cap. V.
Sed ad salvatorem ipsum, et os illud expers mendacii omniumque rerum cognitione praeditum veniamus. Adsis igitur, o domine! et intelligentiae nostrae opem ferens Hieracam illum eiusque temeritatem argue. *Accesserunt*, inquit, *ad illum pueruli, ut manus il-* Matth. 19, 13.
lis imponeret ac benediceret: discipuli vero repellebant illos, et prohibebant; ipse vero dixit illis, Sinite parvulos, et ne prohibete illos venire ad me: talium enim est regnum coelorum. Sed ne puerulorum tantummodo, ac non reliquae aetatis, coeleste regnum esse crederemus, sic ab illis exorsus est ut communem cum iis hereditatem illorum similibus tribueret. Iam vero si his ipsis qui proxime ad illos accesserint coeleste regnum promittitur, quanto id ipsi magis assequentur quorum ad exemplar ac archetypum expressi sunt alii? Adeo nullus istius fabulae locus est relictus. Omnium quippe miseretur dominus: *Custodiens enim parvulos dominus.* Item: *Laudate* Ps. 114, 6. Ps. 112, 1.
pueri dominum. Deinde praedicatum illud a pueris est, *Ozanna in* Matth. 21, 9.

gata αὐτῶν. *Scripturam annotavit Fr. Schottus ex scripto libro nescio quo.*

καὶ, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Καὶ πόσα ἐστὶ [2] τὰ τοιαῦτα;

Κεφ. ϛʹ. Περὶ δὲ σαρκὸς ἀναστάσεως, πῶς οὐχὶ σαρκὸς ἔσται ἀνάστασις, ὦ ἐθελόσοφε Ἱέρακα. Αὐτὴ γὰρ ἡ ὀνομασία τῆς φράσεως δείκνυσι τὴν δύναμιν. Ἀνάστασις γὰρ οὐ καλεῖται τοῦ μὴ πεπτωκότος. Ποῖον δέ ἐστι τὸ πεσόν; ποῖον τὸ ταφέν; ποῖον τὸ λυθὲν, ἀλλ' ἢ τὸ σῶμα; καὶ οὐχ ἡ ψυχή. Ψυχὴ τοίνυν οὐ πίπτει, οὔτε θάπτεται. Καὶ πόσα ἐστὶ περὶ τούτου λέγειν; ψυχῆς γὰρ οὐ καλεῖται ἀνάστασις, ἀλλὰ σῶμά ἐστι τὸ ἐγειρόμενον. Περὶ δὲ τῆς ἀναλογῆς [1] ἧς ἦλθεν ὁ σωτὴρ ἀναλέξασθαι παρθενίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ ἁγνείαν, τίνι οὐκ ἔστι δῆλον ὅτι ἔστιν ἐκλογὴ καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας καύχημα [2] καὶ κατὰ τοὺς ἐν σεμνῷ γάμῳ; ἕκαστον γὰρ κατὰ τὸ ἴδιον τάγμα σώζειν εἴωθε. Πῶς γὰρ οὐκ ἔσται τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἐν θεῷ ἔχων τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ὁπότε κέκληται ὁ σωτὴρ εἰς γάμους, ἵνα εὐλογήσῃ γάμον; εἰ μὲν γὰρ παρῃτήσατο εἰς γάμον εἰσιέναι, ἄρα γάμου ἦν καταλύτης, καὶ οὐκ ἀποδεχόμενος ἕκαστον κατὰ συγγνώμην τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας. Τίμιος τοίνυν ὁ γάμος, ὅτι αὐτὸς αὐτὸν ὥρισε. Διὸ παραγίνεται εἰς γάμον, ἵνα φράξῃ τὰ στόματα τῶν λεγόντων κατὰ τῆς ἀληθείας. Ἐκεῖ γὰρ πρῶτον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας τὸ ὕδωρ οἶνον ποιήσας. Ὡς γὰρ ἀνέτειλεν ἀπὸ παρ-
pag. 715. θένου, ἵνα δείξῃ τὸ φῶς ἀπὸ παρθένου ἀνατεῖλαν τῇ οἰκουμένῃ, οὕτω καὶ τὸ πρῶτον σημεῖον εἰς γάμους πεποίηκεν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, ἵνα τὴν μὲν παρθενίαν τιμήσῃ διὰ [3] τῆς ἀποκυήσεως, καὶ φωτὸς βολῆς τῆς δι' αὐτῆς ἀνατειλάσης, τὸν δὲ σεμνὸν γάμον τιμήσῃ διὰ τῶν θεοσημείων, ἐν τοῖς γάμοις πρῶτον ἐπιτελέσας, τὸ ὕδωρ εἰς ἄκρατον μεταβαλών. Ὡσαύτως δὲ εἰ ἀλλότριος ἦν ὁ γάμος, πῶς παραγγέλλει ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος; ὥς λέγει, Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ γαμεῖν ἐθέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν; Τί οὖν φησι; Ἀλλὰ γαμείτωσαν, τεκνογονείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν. Εἰ τοίνυν ταῦτα παραδέχεται, πῶς παρὰ σοὶ, Ἱέρακα, ὁ γάμος ἐστὶν ἐκβαλλόμενος μετὰ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν;

2. τὰ non extat in edit. Petavii Colon. repet.

Cap. VI. — 1. Vide ne sit rescribendum ἣ.

excelsis: benedictus qui venit in nomine domini. Item: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Mitto alia eius generis infinita. Ps. 8, 3.

Ad carnis vero resurrectionem quod attinet, nonne convenire illa carni debet, o vanissime Hieraca, cum et ipsa loquendi ratio satis vim illius arguat? Etenim resurrectio de eo non dicitur, quod minime ceciderit. Quidnam igitur illud est quod cecidit, quod sepultum est atque dissolutum, praeterquam corpus? Neque enim de anima dici istud potest, quae neque cadere neque separari potest. Plura alia de ea re disputari possunt, sed haec summa esto, resurrectionem nequaquam animae tribui, sed corpus esse quod resurgit. Quod vero de electione plura dicit, qua salvator virginitatem, continentiam et castimoniam elegit, quis hoc non intelligit, de eodem delectu gloriari quoque sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam? Sed eadem nihilominus et eos quoque qui honestis nuptiis illigati sunt pro sui conditione status, ad salutem pervenire posse non dubitat. Nam *venerabiles esse nuptias,* ac dei aspirante gratia coeleste regnum obtinere, quis vel ex eo non agnoscat quod ad nuptias invitatus salvator ipse fuerit, ut iis benediceret? Quod si tum nuptiis interesse noluisset, earumdem eversor fuisset, nec unumquemque pro sua imbecillitate benigne atque indulgenter admittere putaretur. Quamobrem *venerabiles nuptiae sunt,* cum eas ipse constituerit. Ideoque et adesse iisdem voluit, ut eorum ora praecluderet qui contra veritatem disputant. Quin et illic apud Canam Galilaeae *primum signum fecit et in vinum aquam convertit.* Nam ut ortus ex virgine fuerat, ut orbi terrarum excitatam ex virgine lucem ostenderet, ita et primum miraculum nuptiarum in gratiam apud Canam Galilaeae facere voluit. Quo nimirum et virginitati suum illo partu, lucisque quae ex illa prodierat emissione honorem tribueret, et honestas nuptias prodigiis ac miraculis illustraret, quibus primum mutanda in vinum aqua miraculum est molitus. Ad haec si abalienandae forent ab eo nuptiae, quorsum ita gentium magister praeciperet: *Iuniores viduas reiice; postquam enim luxuriatae fuerint in Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quoniam primam fidem irritam fecerunt.* Quid igitur iubet? *Nubant,* inquit, *filios procreent, matres familias sint.* Quae cum apostoli auctoritate comprobentur, cur a te, o Hieraca, post Christi domini adventum in carne nuptiae condemnantur?

Cap. VI. — Hebr. 13, 4. — Ioann. 2. — 1. Timoth. 5, 11.

2. καὶ κατὰ τοὺς *reposui pro eo quod libri praebent omnes* καὶ τοὺς. *Petavius volebat* καὶ τοῖς.

3. τῆς *desideratur in edit. Petav. Colon. repet.*

Κεφ. ζ΄. Περὶ δὲ τοῦ Μελχισεδὲκ, [1] ὅτι φάσκεις ὅτι αὐτός ἐστι τὸ πνεῦμα, τοίνυν ἦλθε τὸ πνεῦμα καὶ ἔλαβε σάρκα; οὐκέτι οὖν ὁ μονογενὴς μόνος γεγένηται κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα. Εἰ δὲ γεγένηται κατὰ σάρκα τὸ πνεῦμα, ἰδοὺ ἡ Μαρία ἡ γεννήσασα τὸν σωτῆρα, λεγέτω Ἱεράκας ποῦ ἐστιν ἡ γεννήσασα τὸ πνεῦμα. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, [2] οὐκ ἔστι περὶ πνεύματος ἁγίου ὁ λόγος· οὐ γὰρ εἶπεν Ὅμοιον τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ Ἀφωμοιωμένον. Τὸ δὲ Ἀφωμοιωμένον μετέπειτα ἔχει τὴν ἀγωγήν. Εἰ δὲ μετὰ τὸν χρόνον τοῦ Ἀβραὰμ τὸ πνεῦμα ἀφομοιοῦται τῷ Χριστῷ, ἄρα οὐκ ἦν ποτε, καὶ διὰ τοῦτο ἀφομοιοῦται τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ. Καὶ ἀπάτωρ πῶς δύναται εἶναι; εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ [3] ὑπάρχον ἐστὶ τὸ πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς οἰκείας οὐσίας τῆς θεότητος, εἰκότως ἀπάτωρ δειχθείη· καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι μονογενὴς ὁ υἱὸς καὶ ἀδελφὸν οὐκ ἔχει, υἱὸς δὲ θεοῦ. Ἀλλὰ κἂν τε οὐ λέγομεν τὸ πνεῦμα γεννητὸν, ἐπειδὴ μονογενὴς ὁ υἱὸς, ἀλλὰ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ ἐμοῦ [4] λαμβάνον, φησὶ ὁ Χριστὸς, τὸ γοῦν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ τοῦ ἐμοῦ [5] λαμβάνον ἀπάτωρ οὐ δύναται εἶναι. Κἂν δὲ εἴπῃ Ἀμήτωρ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἀπάτωρ ἐπὶ τῆς γῆς (δύναται γὰρ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος λέγεσθαι), πῶς οὖν ἐπὶ τέλει ὁ ἀπόστολος φράζει λέγων, Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην. Τὸ γὰρ Ἐξ αὐτῶν ἀκρι-
pag. 716. βείας ἐστὶ δηλωτικόν· ὁπότε γὰρ ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ ἄλλων πάντως ἐθνῶν εἶχε τὴν γενεαλογίαν. Διὰ δὲ τὸ μὴ γεγράφθαι τὴν [6] αὐτοῦ μητέρα ἢ πατέρα ἄλλα ἀντὶ ἄλλων φαντάζονται οἱ συκοφάνται τῆς ἀληθείας. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἐν παραδόσεσιν εὕρομεν, καὶ τὸν πατέρα. Ἦν γὰρ οὗτος τῶν γενῶν [7] Σιδῶνος καὶ τῶν Χαναναίων. Διέπεσε τοίνυν ὁ μυθώδης αὐτοῦ λόγος, καὶ μάτην αὐτοῦ καὶ ἡ πολιτεία. Οὐ γὰρ τὸ ἀψύχοις ἀσκεῖσθαι μετὰ κακοπιστίας τοῦτο ζωῆς ἐστι καὶ ἐλπίδος διδασκαλεῖον [8] σωτηρίας. Πάντα γὰρ, φησὶ, εἰς δόξαν θεοῦ γινέσθω.

Κεφ. η΄. Ἀλλὰ περὶ τούτων καὶ αὐτῷ ἀρκεῖσθαι ἡγοῦμαι. Συνετρίψαμεν γὰρ τοῦ σκορπίου τὰς πτέρυγας, καὶ κατεσπάσαμεν αὐτοῦ τὰς δυνάμεις. Ὄφις γὰρ πτερωτὸς οὗτος καὶ σκόρπιος, πτέρυγας ἔχων κατὰ πολλοὺς τρόπους, καὶ πετόμενος, καὶ μιμούμενος μὲν τῆς ἐκκλησίας τὴν παρθενίαν, οὐκ ἔχων δὲ καθαρὰν τὴν συνείδησιν. Ἐπὶ γὰρ τού-

Cap. VII. — 1. Particula ὅτι excidit ab edit. Petav. Colon. repet.
2. οὐκέτι περὶ ed. Petav.
3. Libri habent ὑπάρχων.
4. Libri habent λαμβάνων.
5. Libri habent λαμβάνων.

De Melchisedeco quod asseris, spiritum illum esse sanctum, id si verum est, venisse spiritum et carnem induisse, non solus utique secundum carnem natus est filius, sed et cum eo quoque spiritus. Quod si secundum carnem natus est et spiritus, cum Maria salvatorem ediderit, dicat nobis Hieracas ubinam gentium ea sit quae spiritum pepererit? Nam quod apostolus dicit, *Assimilatus filio dei manet sacerdos in aeternum*, nulla est illic de spiritu sancto mentio. Non enim similem illum filio dei, sed assimilatum esse dixit. Quae vox *Assimilatus* posterius quiddam ut intelligamus inducit. Ac si post Abraami tempora Christo spiritus assimilatur, aliquando non extiterit oportet, ut propterea dei filio similis sit factus. Iam sine patre esse qui potest? Nam si per sese esse spiritus, nec ex propria divinitatis natura procederet, merito sine patre esse diceretur. Revera enim unigenitus est filius, neque fratrem habet, estque dei filius. Sed etsi genitum esse spiritum nequaquam velimus, cum unigenitus sit, ut dixi, filius, verum spiritus sit a patre procedens, et *de meo*, ut Christi verbis utar, *accipiens*, certe quidem qui et a patre progreditur, et de meo accipit, sine patre esse non potest. Quod si et in coelo matre et in terra patre carere dixerit, potest et istud ad salvatorem convenire. Cur igitur apostolus ita postremo loquitur? *Cuius autem genealogia ex illis non ducitur decimavit Abraam patriarcham.* Nam haec verba, *Ex ipsis*, accuratioris explicationis gratia adhibita sunt, ut illud indicaret, eum qui ab Israëlitis genealogiam non duceret ex aliis omnino gentibus eandem arcessere. Ex eo vero quod uterque illius parens in scripturis expressus non fuerit, alia pro aliis veritatis calumniatores somniant. Nos autem tam eius matrem quam patrem in traditionibus invenimus. Atque hic e Sidoniorum et Chananaeorum genere fuisse traditur. Quapropter tota ab eo conficta fabula corruit. Sed et inane est susceptum ab eo vitae severioris institutum. Neque enim iis duntaxat vesci quae anima carent, si cum fidei depravatione coniunctum hoc fuerit, ad vitam ullam et spem, aut ad salutis magisterium pertinet. *Omnia*, inquit, *ad gloriam dei fiant.*

Cap. VII. — Hebr. 7, 3. — Ioann. 16, 15. — Hebr. 7, 6. — 1. Cor. 10, 31.

Sed haec adversus illius errorem disputata sufficiant, quibus scorpii alas confregimus, illiusque vim profligavimus. Est enim ille pennato serpenti ac scorpio similis, qui quidem variis modis alas habere ac volare dicendus est, cumque virginitatem imitetur ecclesiae, conscientiae tamen illa sinceritate caret. Quare ad eum eiusque si-

Cap. VIII.

6. *Vulgo extat* ἑαυτοῦ.
7. *Libri vulgo* Σιδόνος.
8. *Ita omnes libri, et recte. Nam* σωτηρίας *non est substantivum, sed adiectivum, pertinens ad* ἐλπίδος. *Petavius coniecit* καὶ σωτηρίας.

τῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτοῦ πληροῦται τὸ, Κεκαυτηριασμένων τὴν συνείδησιν, καὶ κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς εἰς μετάληψιν ἐποίησεν. Ἁγιάζεται μὲν διὰ [1] λόγου Θεοῦ ζῶντος καὶ ἐντεύξεως, ὅτι πάντα καλὰ καὶ ἡδέα, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον παρὰ Θεῷ. Χλευάζονται δὲ τελειότατα δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος συνεισάκτους γυναῖκας, [2] ἃς εἴωθαν φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. Ἀλλὰ καὶ τούτου, ὡς ἔφην, τὰς πτέρυγας κατασπάσαντες, καὶ τὴν κεφαλὴν καταθλάσαντες τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς, τουτέστι τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν, ἐπικαλούμενοι αὐτὸν τὸν Θεὸν βοηθὸν, πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν αἱρέσεων ἀντίρρησίν τε καὶ ἀνατροπὴν τῶν παρ' αὐτοῖς ματαίως τῷ κόσμῳ [3] ὑποβαλλομένων.

ΤΟΥ * ΜΕΛΗΤΙΟΥ ΣΧΙΣΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ,
τεσσαρακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. α'. [1] Μελητιανῶν τι τάγμα ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ὑπάρχει, ἀπὸ Μελητίου τινὸς ἐπισκόπου ἐν τῇ Θηβαΐδι γενομένου τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως· οὐ γάρ τι μετήλλαττεν ἡ πίστις [2] αὐτοῦ ἐν καιρῷ τινι τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. Οὗτος ὁ Μελήτιος σύγχρονος ἦν καὶ συνακμαστὴς τοῦ προειρημένου [3] Ἱερακά τε καὶ καθεξῆς διαδεξάμενος, ὃς ἦν καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου σύγχρονος. Καὶ οὗτοι πάντες ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ ἦσαν τοῦ γενομένου ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ. Ἡ δὲ κατὰ τὸν Μελήτιον ὑπόθεσις τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. pag. 717.

Σχίσμα ἐποίησεν, οὐ μὴν [4] μετηλλαγμένος τὴν πίστιν γεγένηται. Οὗτος ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ ἅμα Πέτρῳ τῷ ἁγίῳ ἐπισκόπῳ καὶ μάρτυρι καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν ἐπὶ τούτῳ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπιτεταγμένων τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡγεμόνων τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου. [5] Κουλκιανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς. Καὶ ὁ μὲν Μελήτιος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καθειργμένος ἦν, αὐτός τε καὶ οἱ προειρημένοι μάρτυρες, ἅμα τῷ προειρημένῳ Πέτρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπῳ. Ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Μελήτιος [6] τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον προήκων, καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ τὴν ἀρχιεπισκοπὴν, ὡς δι' ἀντιλήψεως αὐτοῦ χάριν, ὑπ' αὐτὸν δὲ ὢν, καὶ [7] ὑπ' αὐτὸν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀναφέρων. Τοῦτο

Cap. VIII. — 1. λόγον *habent libri omnes.*
2. *Ita correxi. Libri enim habent* δι' ἃς.
3. ὑπολαμβανομένων. Τέλος τὰ κατὰ Ἱερακιτῶν. *cod. Rhedig.*
* ΜΕΛΙΤΙΟΥ *codd. mss.*
Cap. I. — 1. Μελιτιανῶν *codd. mss. ubique.*
2. αὐτῶν *librorum mss. uterque.*
Sed rursum novae illi turbae ac calumniae ab Stephano eiusque asseclis apud Constantium conflatae, quibus denuo de sede sua pulsus est. Iterumque Leontius eunuchus illum cum suis alia machinatione perculit, per quam eiectus, ac deinde restitutus est. Nam cum Georgius a Constantino missus esset, Athanasius fuga se subducens aliquamdiu delituit, donec Georgius interfectus est; quo tempore Iulianus imperabat, qui post Constantii obitum ad gentilium superstitionem desciverat. Etenim Alexandrini Georgium, vetere in illum odio concepto, occisum concremarunt, eiusque cineres in ventos sparserunt. Postea Iuliano in Perside mortuo Iovianus felicis memoriae successit. Qui honorificentissimis, fideique plenissimis, literis ad Athanasium scriptis ad sese illum evocans post humanissimos complexus ad sedem suam dimisit. Ita sancta ecclesia episcopo suo recepto nonnihil solatii habuit. Verum mortuo Ioviano iisdem rursum Athanasius periculis ac rumoribus et turbis conflictari coepit. Quamquam de ecclesia ac sede sua minime deiectus est. Nam Alexandrinorum civitas universa publicam pro illo legationem ac supplicationem decrevit, cum interim Lucius ex Ariana factione, qui hodieque sedet, peregrina in regione, ac nisi fallor Antiochiae, creatus episcopus multum apud imperatorem Valentem instaret, ut Alexandrinam ad sedem mitteretur, imperator vero popularem seditionem veritus expellere noluisset. Tandem vero post Athanasii mortem submissus est Lucius, qui ecclesiam, civitatem, plebem, episcopos ac clericos Athanasii fautores, et qui in singulis ecclesiis communionem cum illo retinebant, nec non et Petrum ipsum Athanasii successorem innumeris malis affecit. Cap. XI.

Haec sunt quae ad hodiernum usque tempus Alexandriae sunt gesta. Ubi episcopi, presbyteri et diaconi, partim relegati, partim capitali supplicio multati, partim ad bestias damnati, virgines porro sacrae cum plerisque aliis interfectae. Quae quidem calamitates etiamnum ecclesiam dei exercent, ex ea quam exposui Meletianorum et Arianorum coitione concitatae. Qui quidem Ariani

6. ἐν Ἀντιοχείᾳ *cod. ms. uterque et ed. princ., ut mirum sit quod Petavius, a cuius editione praepositio* ἐν *abest, in marg. libri sui eam supplendam esse censuerit.*

7. δεξαμένοις *emendatio est Petavii. Libri vulgo habent* διαδεξαμένοις. *Praepositio* διὰ *videlicet accrevit per errorem repetita ex terminatione* σια *vocabuli* ἐκκλησίας.

8. καὶ κεφαλικὴν *cod. Rhedig. in quo desideratur voc.* ὑποστάντων.

των τρόπων ἐσχηκότων τὴν στάσιν, καὶ τοῦ ἐνισχῦσαι [9] *τὸ αὐτὸ σύστημα τῆς κακοδοξίας, φημὶ δὲ Ἀρειανῶν. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Ἀρείου ἐλέγχῳ κατὰ λεπτὸν περὶ πάντων διηγησόμεθα. Ὑπερβήσομαι δὲ καὶ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, ἐπὶ δὲ αὐτὴν τὴν τῶν Ἀρειανῶν αἵρεσιν παρελεύσομαι, θεὸν ἐπικαλούμενος βοηθὸν τῷ φοβερῷ τούτῳ, καὶ πολυκεφάλῳ ἑρπετῷ πρὸς μάχην πελάζειν παρερχόμενος*.*

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΡΕΙΟΜΑΝΙΤΩΝ,
τεσσαρακοστὴ ἐνάτη, ἡ καὶ ἑξηκοστὴ ἐνάτη.

Κεφ. α΄. *Τούτους τοὺς περὶ τὸν Μελήτιον καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου* [1] *Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου χρόνους καθεξῆς διαδέχεται Ἄρειος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Ἀρειανοὶ, ἐν χρόνοις ἀκμάσας Ἀλεξάνδρου τοῦ ἁγίου ἐπισκόπου,* [2] *τοῦ διαδόχου Πέτρου, τοῦ καθελόντος τὸν αὐτὸν Ἄρειον διὰ πολλῆς κινήσεως, καὶ* [3] *μεγάλων συνόδων. Ἀπεκίνησε γὰρ αὐτὸν καὶ ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας τε καὶ τῆς πόλεως, ὡς μέγα κακὸν φοιτῆσαν τῷ βίῳ. Φασὶν δὲ αὐτὸν Λίβυν τῷ γένει, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πρεσβύτερον γεγονότα, ὃς προΐστατο τῆς ἐκκλησίας τῆς Βαυκάλεως οὕτω καλουμένης. Ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι, καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων,* [4] *πλησίων ἑκάστης ἐκκλησίας* [5] *αὐτῶν, καὶ ἀμφόδων, ἤτοι* [6] *λαυρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων ὑπὸ τῶν τὴν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Ἐγένετο δὲ οὗτος ὁ Ἄρειος ἐν χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ μακαρίτου βασιλέως, υἱοῦ Κωνσταντίου γέροντος, γενομένου υἱοῦ Οὐαλεριανοῦ βασιλέως, καὶ αὐτῶν συμβασιλευσάντων Διοκλητιανῷ, καὶ Μαξιμιανῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις. Πάντες δὲ τὸν* [7] *Κωνσταντῖνον, τὸν πατέρα τῶν περὶ Κωνστάντιον καὶ Κώνσταν καὶ Κρίσπον, ἴσασιν ἐκθειαζόμενον ἐν χριστιανισμῷ καὶ πίστει τῇ τῶν πατέρων,*
pag. 728. *ἀποστολικῇ τε καὶ προφητικῇ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἕως αὐτοῦ τοῦ Ἀρείου μὴ νοθευθείσῃ. Συμβέβηκε δὲ τοῦτον ἀποσχίσαι πλῆθος.*

Κεφ. β΄. *Τὸν δὲ Ἄρειον τοῦτον πρεσβύτερον ὄντα Ἀλεξάνδρου τοῦ προειρημένου ὑπεισῆλθε πνεῦμα Σατᾶν, καὶ ἐπέσεισεν αὐτὸν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, κατὰ τῆς ἐκκλησίας κονιορτὸν ἐγεῖραι, καὶ ἐξαφθῆναι ἐξ αὐτοῦ πῦρ οὐ τὸ τυχὸν, ὃ κατείληφε πᾶσαν τὴν Ῥωμανίαν σχεδὸν, μάλιστα τῆς ἀνατολῆς τὰ μέρη, ὡς ἔτι καὶ δεῦρο πολεμοῦσα ἡ αὐτοῦ*

9. *Suspicor* τοῦτο τὸ. *Cornarius videtur coniectasse* τὸ αὐτῶν: *vertit enim* et quod ipsorum falsae opinionis congregatio praevaleret.

* *Subscriptum est in utroque cod. ms.* Τέλος τοῦ περὶ τοῦ (τοῦ *om. cod. Ien.*) μελιτίου σχίσματος τοῦ αἰγυπτίου.

Cap. I. — 1. ἀλεξάνδρου *cod. Rhedig.* ἀλεξανδρ *cod. Ien. Idem error observabatur supra haer.* 68, 4. *sq.*

2. τοῦ *om. cod. Rhedig.*

hac ratione stabiliti impii dogmatis factionem corroborarunt. Sed haec omnia in proxima adversus Arium disputatione accuratius erunt explicanda, ad quam praesenti narratione praeterita sermonem conferam, implorata prius ope dei quam cum horribili illo ac multicipiti serpente in certamen descendam.

CONTRA ARIOMANITAS,
quae est haeresis XLIX. sive LXIX.

Post superiora illa Meletii ac Petri Alexandrini episcopi tempora Arius Arianique proxime consequuntur. Ille sub Alexandro Petri successore floruit; a quo non sine magna commotione ingentique coacta synodo profligatus est. Alexander enim illum eiecit atque ex ecclesia et urbe, velut ingens quoddam malum, quod ad humani generis perniciem grassabatur, exterminavit. Ferunt illum ex Libya oriundum Alexandriae presbyterum esse factum, qui tum Baucalensis cuiusdam ecclesiae praefecturam gerebat. Etenim quotquot Alexandriae catholicae communionis ecclesiae sunt, uni archiepiscopo subiectae, suus cuique praepositus est presbyter, qui ecclesiastica munera iis administret, qui circa ecclesias illas habitant, eorumque conventicula vici, sive Laurae, ab Alexandrinis vulgo nominantur. Vixit autem Arius sub imperatore Constantino Constantii senioris filio, qui Valeriani imperatoris filius fuit, qui et ipsi cum Diocletiano et Maximiano, ac ceteris imperarunt. Nemo est vero qui nesciat Constantinum illum Constantii, Constantis et Crispi patrem in Christiana religione ac maiorum fide, hoc est apostolica et prophetica, plane admirabilem et divinum fuisse, quae fides ante Arium integra hactenus et incorrupta permanserat. Primus ille Christianum populum a se mutuo disiunxit. Cap. I.

Hunc igitur Arium Alexandri presbyterum Satanae spiritus invadens impulit ut (quemadmodum scriptum est) pulverem adversus ecclesiam excitaret, ex eoque haud mediocre incendium erumperet, quod universum propemodum Romanorum imperium, ac praesertim orientales illius partes corriperet; adeo ut etiam hoc tempore since- Cap. II.

3. μεγάλων συνόδων *codd. mss.* μεγάλης συνόδου *editi libri.*
4. *Suspicor* πλησίοι.
5. *Suspicor reponendum esse* τῶν κατ' ἀμφόδων.
6. λαβρῶν *codd. mss. et ed. princ. In ed. Petav. plane vitiose extat* λαβῶν.
7. χωνσταν (*vacuo spatio ad explendum nomen relicto*) *codex ms. uterque, et ed. princ.*

αἵρεσις τὴν ἀληθινὴν πίστιν καὶ τὴν ἐκκλησίαν οὐ διέλιπε. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐδόκει πρεσβύτερος εἶναι ὁ Ἄρειος, καὶ γεγόνασι πολλοὶ αὐτοῦ συμπρεσβύτεροι καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν. Εἰσὶ τοίνυν πλείους τὸν ἀριθμὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, σὺν τῇ νῦν κτισθείσῃ τῇ Καισαρείᾳ καλουμένῃ, ὃ πρότερον [1] Ἀδριανὸν ἐτύγχανεν, ὕστερον [2] Λικιννιανὸν γέγονε γυμνάσιον, εἴτουν βασίλειον. Μετέπειτα δὲ ἐν χρόνοις Κωνσταντίου ἔδοξεν αὐτὴν οἰκοδομηθῆναι ἐκκλησίαν, Γρηγορίου τοῦ Μελητιανοῦ καὶ Ἀρειανοῦ ἀρξαμένου, τελειώσαντος δὲ Ἀθανασίου τοῦ μακαρίου καὶ πατρὸς τῆς ὀρθοδοξίας, καυθείσης δὲ ἐπὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ αὖθις ἀνακτισθείσης ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ μακαρίτου Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου. Ἄλλαι δέ εἰσι πλείους, ὡς ἔφην, Διονυσίου καλουμένη ἐκκλησία, καὶ ἡ τοῦ Θεωνᾶ, καὶ ἡ [3] Πιερίου καὶ Σεραπίωνος, καὶ ἡ τῆς Περσαίας, καὶ ἡ τοῦ [4] Διζύας, καὶ ἡ τοῦ Μενδιδίου, καὶ ἡ Ἀννιανοῦ, καὶ ἡ τῆς Βαυκάλεως, καὶ ἄλλαι. Ἐν μιᾷ δὲ τούτων Κόλλουθός τις ὑπῆρχεν, ἐν ἑτέρᾳ δὲ Καρπώνης, ἐν ἄλλῃ δὲ Σαρματᾶς, καὶ Ἄρειος οὗτος ὁ προειρημένος μίαν τῶν προειρημένων κατέχων ἐκκλησίαν. Ἕκαστος δὲ τούτων δῆλον κατὰ τὴν εἰθισμένην [5] σύναξιν τὸν αὐτῷ πεπιστευμένον λαὸν διδάσκων ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν ἔριν τινὰ ἐνέβαλον ἐν τῷ λαῷ. Καὶ οἱ μὲν πρυσεκλίθησαν Ἀρείῳ, ἕτεροι δὲ Κολλούθῳ, ἄλλοι δὲ Καρπώνῃ, ἕτεροι δὲ Σαρματᾷ. Ὡς οὖν ἐξηγεῖτο ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἄλλος [6] ἄλλοθι, καὶ ἄλλος ἄλλο, ἐκ τῆς [7] προςκλίσεως καὶ ἐπαίνου δὲ τοῦ παρ᾽ αὐτῶν, οἱ μὲν Κολλουθιανοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν, ἄλλοι δὲ Ἀρειανούς. Καὶ γὰρ ὁ Κόλλουθός τινα παρατετραμμένα ἐδίδαξεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέμεινεν ἡ τούτου αἵρεσις, ἀλλ᾽ εὐθὺς διεσκορπίσθη· ὡς εἴθε καὶ ἡ τοῦ Ἀρείου ἐμβεβροντημένη πίστις, μᾶλλον δὲ ἀπιστία, [8] ἔτι δὲ μᾶλλον κακοπιστία.

Κεφ. γ΄. pag. 729. Ἐπάρματι γὰρ ἀρθεὶς ὁ γέρων τοῦ προκειμένου ἐξέστη. Ἦν δὲ [1] τὴν ἡλικίαν ὑπερμήκης, κατηφὴς τὸ εἶδος, ἐσχηματισμένος ὡς δόλιος ὄφις, ὑποκλέψαι δυνάμενος πᾶσαν ἄκακον καρδίαν, διὰ τοῦ αὐτοῦ πανούργου προσχήματος. Ἡμιφόριον γὰρ ὁ τοιοῦτος ἀεὶ καὶ κολοβίωνα ἐνδιδυσκόμενος, γλυκὺς ἦν τῇ προςηγορίᾳ, πείθων ἀεὶ ψυχὰς καὶ θωπεύων. Διόπερ αὐτίκα μάλα, τί γὰρ ἀλλ᾽ ἢ ἑπτακοσίας παρθενευούσας τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ ἓν παρείλκυσε; καὶ ἀποσπᾶσαι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγος πρεσβυτέρους τε ἑπτὰ καὶ διακόνους δώδεκα. Ἄχρι δὲ καὶ ἐπισκόπων εὐθὺς ἔφθασε τὸ αὐτοῦ δηλητήριον.

Cap. II. — 1. Ἀνδριανὸν cod. Ien. et editi libri. Ἀνδρειανὸν cod. Rhedig. et Paris. Cf. Casaub. in Spartian. p. 26.

2. λικινιανὸν (altero ν eraso a m. sec.) cod. Rhedig.

3. Male convertit Petavius Pierii, Serapionis, cum ei dicendum esset Pierii et Serapionis. Ecclesia his sanctis dicata sita erat in regione quarta Alexandriae urbis. Baucalis, Persaeae et Dizyae templa, trans canalem sita, propius a Necropoli aberant, Theonae et Aniani erant in tertia, Dionysii in secunda, Mendidii in prima regione.

ram fidem et ecclesiam oppugnare haeresis illa non desinat. Per illud vero tempus presbyter Arius habebatur, ac multi in unaquaque ecclesia collegae illius erant presbyteri. Sane complures Alexandriae ecclesiae sunt, praeter eam quae nuper extructa Caesaria dicitur. Quae olim Adrianum, postea Licinianum gymnasium, sive Basilica fuit; deinde imperante Constantio aedificari in ea ecclesiam placuit. Idque opus a Gregorio Meletiano et Ariano inchoatum a beato Athanasio orthodoxae religionis parente ad exitum perductum est, et ab eodem postea, cum sub Iuliano deflagrasset, instauratum. Praeter hanc vero aliae sunt plures, ut diximus, velut Dionysii ecclesia, Theonae, Pierii, Serapionis, Persaeae, Dizyae, Mendidii, Anniani, Baucalis et ceterae. Harum unam Colluthus administrabat, aliam Carpones, aliam Sarmatas; sed et Arius iste unam ex commemoratis illis ecclesiam regebat. Cum autem singuli, commissum sibi populum per statos et solennes conventus publice docerent, dissensiones in vulgus sparserunt. Itaque alii ad Arium adhaeserant, alii ad Colluthum, alii Carponae, alii Sarmatae partes tuebantur; et cum in sua quisque ecclesia alius aliquid interpretando proponeret, prout in unumquemque favore ac laudatione propensiores erant, alii Colluthianos, Arianos alii sese nominabant. Quippe et Colluthus falsa quaedam ac depravata docuit; sed eius secta diuturna non fuit; statimque dissipata est. Quod utinam et Arii furiosae illi sectae, vel infidelitati potius, aut si mavis, pravae fidei contigisset!

Porro inflatus opinione sui senex ille a scopo veritatis excidit. Cap. III.
Fuit hic proceriore statura, tristi oris specie, totaque corporis configuratione subdoli serpentes instar ad fraudem et fallaciam composita, ita ut callido illo externoque habitu facile simplicioribus animis obreperet. Nam hemiphorium et colobium indutus in colloquiis ac salutationibus blandus erat inprimis, atque omnium animos adulationum illecebris devinctos tenebat. Quare brevi septingentas fere deo consecratas virgines ab ecclesia abstractas in unum coëgit. Addunt et presbyteros ab eo septem ac duodecim diaconos abductos. Quinetiam subinde pestiferum illius virus ad episcopos usque perva-

4. διζὺ *cod. scriptus uterque.*
5. σύνταξιν *cod. Rhedig.*
6. *Sic emendandum erat. In libris enim vulgo extat* ἄλλος ἄλλο τι, καὶ ἄλλος ἄλλο.
7. προςκλίσεως *emendatio est Petavii. Libri habent* προςκλήσεως, *quod ferri vix potest.*
8. *Libri omnes habent* ἔστι, *quod correxi.*
Cap. III. — 1. τῇ ἡλικίᾳ *cod. Rhedig.*

Σεκοῦνδον γὰρ τὸν Πενταπόλεως, καὶ ἄλλους, ἔπεισεν ἅμα αὐτῷ συναπαχθῆναι. Ἐγίνετο δὲ ταῦτα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀγνοοῦντος τοῦ μακαρίου Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου, ἕως ὅτε Μελήτιος ὁ τῆς Αἰγύπτου ἀπὸ Θηβαΐδος δοκῶν εἶναι, καὶ αὐτὸς ἀρχιεπίσκοπος, ὁ ἤδη μοι προειρημένος (οὔπω γὰρ τὰ κατὰ τὸν Μελήτιον εἰς ἔχθραν ἀτοπίας ἐλήλακε), ζήλῳ τοίνυν ἐνεχθεὶς ὁ Μελήτιος — οὐδὲν γὰρ ἦν διηλλαγμένος τῇ πίστει ἢ μόνον προσχήματι ἐθελοδικαιοσύνης, [2] ᾧπερ καὶ αὐτὸς δεινόν τι ἐπειργάσατο τῷ βίῳ, ὡς ἤδη καὶ περὶ αὐτοῦ εἴπομεν —, ἀνήνεγκε τοίνυν εἰς τὰ ὦτα τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξάνδρου ὁ ἀρχιεπίσκοπος Μελήτιος, ὁ κατὰ τὴν Αἴγυπτον· ὑπὸ δὲ χεῖρα Ἀλεξάνδρου ἐδόκει εἶναι. Σύγχρονος δὲ οὗτος ὁ Μελήτιος γέγονε Πέτρου τοῦ μακαρίτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ὡς ἔφην. Ὡς οὖν ἐσήμανε τὰ κατὰ τὸν Ἄρειον πάντα, ὡς ἐκτὸς βέβηκε τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς πολλοὺς ἔχρανε καὶ ἠφάνισεν, ὑποφθείρας ἀπὸ τῆς ὀρθῆς πίστεως τοὺς αὐτῷ πεισθέντας, τότε μεταστειλάμενος ὁ ἐπίσκοπος αὐτὸν τὸν Ἄρειον, ἠρώτα περὶ τῶν ἐνηχηθέντων, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει. Ὁ δὲ οὔτε ἐδίστασεν, οὔτε ἐδειλίασεν, ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς παρατρίψας τὸ μέτωπον τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἐξήμεσε κακοδοξίαν, ὡς αἱ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ δεικνύουσι, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενομένη τότε ἐξέτασις. Συγκαλεῖται τοίνυν τὸ πρεσβυτέριον ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἄλλους τινὰς ἐπισκόπους παρόντας, καὶ ἀνέτασιν τούτου ποιεῖται καὶ ἀνάκρισιν. Ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη τῇ ἀληθείᾳ, ἐξεοῖ αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκκήρυκτον ποιεῖ ἐν τῇ πόλει. Σὺν αὐτῷ δὲ ἀπεσπάσθησαν αἱ προειρημέναι παρθενεύουσαι, καὶ κληρικοὶ οἱ προειρημένοι, καὶ ὄχλος ἄλλος πολύς.

Κεφ. δ'. pag. 730. *Διατρίβοντος δὲ Ἀρείου πολὺν χρόνον ἐν τῇ πόλει, εὐθὺς τελευτᾷ ὁ ὁμολογητὴς Μελήτιος καὶ μάρτυς. Σχίσματα οὖν ποιῶν ὁ αὐτὸς Ἄρειος, καὶ ἕκαστον ὑποκλέπτων, πολλοὺς ἠφάνισεν. [1] Ἐς ὕστερον δὲ ἐπειδὴ ἐφωράθη, καὶ εἰς ἔλεγχον ἦλθεν ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐκκήρυκτος γεγένηται, ἀποδιδράσκει ἀπὸ τῆς [2] Ἀλεξανδρείας καὶ ἐπὶ τὴν Παλαιστίνην στέλλεται πορείαν. Ὃς ἐλθὼν προσεπέλαζεν ἑκάστῳ τῶν ἐπισκόπων μετὰ θωπείας τε καὶ κολακείας, ἵνα [3] αὐτῷ πολλοὺς ποιήσῃ συνεργούς. Καὶ δέχονται μὲν αὐτόν τινες, ἄλλοι δὲ αὐτὸν ἀπώσαντο. Μετέπειτα δὲ εἰς ὦτα ἔρχεται τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξάνδρου, καὶ γράφει ἐπιστολὰς ἐγκυκλίους, αἵτινες παρὰ φιλοκάλοις ἔτι σώζονται, ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα, τῶν ἐπισκόπων ἑκάστῳ, [4] Εὐσεβίῳ εὐθὺς τῷ ἐν Καισαρείᾳ, περιῆν γάρ, καὶ Μακαρίῳ Ἱεροσολύμων, Ἀσκληπιῷ ἐν Γάζῃ, Λογγίνῳ ἐν Ἀσκάλωνι, Μακρίνῳ τῷ ἐν Ἰαμνίᾳ, καὶ ἄλλοις, ἔν τε τῇ Φοινίκῃ Ζήνωνί τινι ἀρχαίῳ ἐν Τύρῳ, καὶ ἄλλοις, ἅμα καὶ ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ. Ὡς οὖν ἀπεστάλησαν αἱ ἐπιστολαί, μεμφόμεναι*

2. ᾧπερ *emendavit Galakerus Opp.* — αὐτὸ *suspicatus est Petavius. Libri Critt. p.* 812. ὅςπερ — αὐτός, *vel* ὅπερ *habent* ὅπερ.

sit: Nam Secundum Pentapolitanum episcopum cum aliis nonnullis in partes suas pertraxit. Quae omnia clam beato Alexandro episcopo in ecclesia gerebantur: donec Meletius Thebaidis in Aegypto archiepiscopus, ut supra dixi, (necdum enim Meletiana factio in hostiles et implacabiles inimicitias eruperat), hic igitur ardore pietatis inflammatus, cum nihil a recta fide alienum et abhorrens teneret, sed sola affectatae cuiusdam iustitiae specie differret, per quam nihilominus, ut antea cum adversus eum disputaremus ostendimus, magnum orbi terrarum exitium attulit. Tum vero is ipse Meletius archiepiscopus in Aegypto, et Alexandro subiectus, rem omnem ad Alexandri archiepiscopi aures detulit. Iam autem diximus Meletium istum b. Petri episcopi et martyris aequalem fuisse. Qui cum Arii facinora omnia significasset, nimirum et a veritate illum aberrare, ac plerosque ab recta fide sua persuasione depravatos et inquinatos in exitium trahere, Alexander Arium ad sese vocans ecquid ita sese res haberet interrogat. Tum ille nihil tergiversatus aut cunctatus, statim frontem perfricans, pravam omnem suam opinionem evomuit, ut ex ipsius epistolis et actis illius inquisitionis constat. Quamobrem Alexander habito presbyterorum ac quorumdam episcoporum qui aderant conventu de eo quaestionem habet ac diligenter examinat. Tum veritati cedere detrectantem eiicit ex ecclesia, ac tota civitate proscribit; cum quo et virgines illae ac clerici, quos antea commemoravi, cum reliqua multitudine haud exigua ab ecclesia distracti sunt.

Hinc Ario longiorem in urbe moram trahente moritur confessor Meletius et martyr. Interim Arius divortium ac dissidium ubique faciens, et in uniuscuiusque animos callide sese insinuans, multos perdidit. Sed ubi deprehensus, et in urbe convictus, atque omnium praeconio traductus est, Alexandria fugiens in Palaestinam abiit. Ibi singulos episcopos adire, ac prensare, adularique coepit, quo plures sibi suffragatores adiungeret. Ex his quidam illum receperunt, alii vero repulerunt. Quae mox ut ad aures Alexandri episcopi perlata sunt, encyclicas ad singulos episcopos literas dedit, quae hodieque studiosorum in manibus versantur, numero fere septuaginta. Scripsit inter alios ad Eusebium Caesareae episcopum, qui adhuc supererat, et ad Macarium Hierosolymorum, Asclepium Gazae, Longinum Ascalonis, Macrinum Iamniae episcopum, et alios, item in Phoeniciam ad Zenonem quendam antiquum Tyri episcopum, et alios; scripsit et in Coelen Syriam. Missis his epistolis, Cap. IV.

Cap. IV. — 1. ἐς ὕστερον *cod. Rhedig.* ἐσύστερον *cod. Ien.* εἰσύστερον *editi.*
2. ἀλεξανδρέας *codd. mss.*
3. *Suspicor* αὐτῷ.
4. Εὐσεβείῳ *libri scripti, ut solent.*

τοὺς αὐτὸν ὑποδεξαμένους, ἕκαστος ἀντέγραψε τῷ μακαρίῳ Ἀλεξάνδρῳ ἀπολογούμενος. Καὶ οἱ μὲν εἰρωνείᾳ γεγράφασιν, ἄλλοι δὲ ἐν ἀληθείᾳ, οἱ μὲν [5] λέγοντες μὴ ὑποδέχεσθαι τοῦτον, ἄλλοι δὲ κατὰ ἄγνοιαν ὑποδέχεσθαι, ἕτεροι δὲ φάσκοντες ὡς διὰ τῆς ὑποδοχῆς κερδῆσαι αὐτὸν ἀπολογούμενοι. [6] Καὶ πολλή τίς ἐστιν ἡ περὶ τούτων ὑπόθεσις.

Κεφ. ε'. Μετέπειτα δὲ ὡς ἔγνω ὁ Ἄρειος ὅτι ἐπιστολαὶ ἠνέχθησαν τοῖς ἐπισκόποις πάντῃ, καὶ λοιπὸν πανταχόθεν ἀπηλαύνετο, καὶ οὐκέτι τις αὐτὸν προςελαμβάνετο ἢ οἱ αὐτοῦ συνεργοὶ — Εὐσέβιος γὰρ ὁ παλαιὸς γέρων Νικομηδεὺς [1] ὅλος αὐτῷ ὑπῆρχεν, ἅμα Λουκιανῷ ἐν Νικομηδείᾳ συμβεβιωκώς, ἀλλὰ καὶ Λεόντιος ὁ ἀπόκοπος ἐν Ἀντιοχείᾳ, οὔπω τὴν ἐπισκοπὴν πεπιστευμένος, καὶ ἄλλοι τινές, — ἐπεὶ οὖν ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ δηλητηρίου φατρίας οὗτοι πάντες ἦσαν, ὑποδέχεται μὲν αὐτὸν Εὐσέβιος [2] χρόνῳ ἱκανῷ, ὅθεν δὴ ἐπιστολὰς πάσης φλυαρίας ἐμπεπλησμένας, περιεχούσας πᾶσαν αὐτοῦ τὴν κακόδοξον πίστιν, γράψας ὁ αὐτὸς Ἄρειος Εὐσεβίῳ τῷ ἐν Νικομηδείᾳ, μηδέπω φθάσας πρὸς αὐτὸν ἐν Νικομηδείᾳ, οὐδὲν πλέον ἀλλ' ἢ τὰ αὐτὰ ὁποῖα
pag. 131. καὶ ἐφρόνει ἐν αὐταῖς ἐντάξας, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐπραγματεύσατο, ἐξ ὧν μίαν ἐλθοῦσαν εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας ἐνταῦθα ἀναγκαῖον ἡγησάμην παραθέσθαι, ὅπως ἴδοιεν οἱ ἐντυγχάνοντες ὅτι οὔ τι κατά τινος σεσυκοφαντημένως εἰρήκαμεν ἢ λέγομεν. Καὶ ἔστιν ἥδε.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑΡΕΙΟΥ *.

Κεφ. ς'. Κυρίῳ ποθεινοτάτῳ ἀνθρώπῳ θεοῦ πιστῷ, ὀρθοδόξῳ Εὐσεβίῳ, Ἄρειος ὁ διωκόμενος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πάπα ἀδίκως διὰ τὴν πάντα νικῶσαν ἀλήθειαν, ἧς καὶ σὺ ὑπερασπίζεις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Τοῦ πατρός μου Ἀμμωνίου εἰς τὴν Νικομήδειαν ἀφικομένου εὔλογον καὶ ὀφειλόμενον ἐφάνη μοι προςαγορεῦσαί σε δι' αὐτοῦ, ὁμοῦ τε καὶ ὑπομνῆσαι τὴν ἔμφυτόν σου ἀγάπην καὶ διάθεσιν, ἣν ἔχεις πρὸς τοὺς ἀδελφούς, διὰ τὸν θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὅτι μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ καὶ διώκει καὶ πᾶν [1] κακὸν κινεῖ καθ' ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος, ὥςτε ἐκδιῶξαι ἡμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ἐπειδὴ οὐ συμφωνοῦμεν αὐτῷ δημοσίᾳ λέγοντι, Ἀεὶ θεὸς, ἀεὶ υἱὸς, ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱὸς, συνυπάρχει ὁ υἱὸς ἀγεννήτως τῷ θεῷ, ἀειγενὴς, ἀγενητογενὴς, οὔτ' ἐπινοίᾳ, οὔτ' ἀτόμῳ τινὶ προάγει ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ, ἀεὶ θεὸς, ἀεὶ υἱὸς, ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ὁ υἱός. Καὶ ἐπειδὴ

5. *Verba* λέγοντες μὴ *desiderantur in ed. Petavii Colon. repet.*

6. Καὶ *om. ed. Petavii Colon. repet.*

Cap. V. — 1. ὅλος *correxerunt Cornarius et Petavius. Libri scripti et editi habent* ὁ λόγος.

2. *Rescribendum esse* χώρῳ *vel* χωρίῳ *persuadent ea quae sequuntur.*

* πρὸς πάπαν ἀλέξανδρον *additum est in cod. Rhedig.*

Cap. VI. — 1. χάλων *reposuit Petavius ex Theodoreto. Prov. e codd. Colbl.*

quibus eos incusabat qui Arium receperant, rescripsere ad Alexandrum singuli, quidam dissimulanter et callide, alii ex animo et sincere. Ac nonnulli exceptum a se hominem negabant, alii per ignorantiam admissum. Erant et qui eo se consilio recepisse faterentur, ut eum lucri facerent. In summa varia literarum argumenta fuerunt.

At Arius ubi scriptas ad omnes episcopos literas comperit, cum ab omnibus passim exclusus a nemine, praeterquam a fautoribus suis, susciperetur, quorum princeps erat Eusebius grandi admodum natu Nicomediensis episcopus, qui cum Luciano Nicomediae simul vixerat. Nec non et Leontius eviratus Antiochiae, nondum episcopalem ad sedem promotus, aliique nonnulli. Cum ergo ex pernicioso illius sodalitio omnes illi essent, eumque diu apud se Eusebius habuisset, epistolas ad hunc ipsum Eusebium scripsit nugarum plenissimas, quibus impium omne dogma complexus est. Quamquam nondum Nicomediam ad illum venerat. Atque hae quidem epistolae nihil aliud continent praeter doctrinae suae declarationem, quam per illud tempus elaboravit. Harum unam, quae ad nostras manus pervenit, hoc loco subscribere necessarium putavi, ut qui eam legerint intelligant nihil a nobis contra quempiam calumniose iactatum alias, aut impraesentia iactari. Est autem eiusmodi. Cap. V.

ARII EPISTOLA.

Domino dilectissimo, viro dei, fideli, orthodoxo Eusebio, Arius, quem Alexander papa iniuste ob victricem omnium veritatem insequitur, cuius et tu propugnator es, in domino salutem. Cap. VI.

Cum Ammonius pater meus Nicomediam proficisceretur, non modo rationi consentaneum ex officio quodam a me debitum putavi, tibi ut per illum salutem dicerem, unaque caritati tuae ac benevolentiae qua propter deum eiusque Christum fratres prosequeris subiicerem quam nos vehementer episcopus infestet atque hostiliter insequatur, nec ullum mali genus non adversum nos commoveat, usque eo ut nos etiam velut impios ac deum negantes ex urbe expulerit, idque ob illam caussam quod ei publice ista pronuntianti nequaquam assentiamur: Semper deus, semper filius: simul pater, simul filius: cum deo ingenito perpetuo filius existit, semper genitus, ab ingenito genitus: neque cogitatione, neque momento ullo deus filium antecedit, semper deus, semper filius, ex ipso deo filius. Quon-

edita a Gaisfordio ed. p. 145. *n.* 287. Πάντα κάλων κινεῖν, ἀντὶ τοῦ πάντα τρόπον ποιεῖν, ἐπὶ τῶν ἀπορούντων. *Cf. Schott. ad Zenob. V,* 62.

Εὐσέβιος ὁ ἀδελφός σου ἐν Καισαρείᾳ, καὶ [2] Θεοδόσιος, καὶ Παυλῖνος, καὶ Ἀθανάσιος, καὶ Γρηγόριος, καὶ Ἀέτιος, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν λέγουσιν ὅτι προϋπάρχει ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ ἀνάρχως, ἀνάθεμα ἐγένοντο, δίχα Φιλογονίου καὶ Ἑλλανικοῦ καὶ Μακαρίου, ἀνθρώπων αἱρετικῶν ἀκατηχήτων, τὸν υἱὸν λεγόντων οἱ μὲν ἐρυγὴν, οἱ δὲ προβολὴν ἀγέννητον. Καὶ τούτων τῶν ἀσεβῶν οὐδὲ ἀκοῦσαι δυνάμεθα, ἐὰν μυρίους θανάτους ἡμῖν ἐπαπειλῶσιν οἱ αἱρετικοί. Ἡμεῖς δὲ τί λέγομεν, καὶ φρονοῦμεν, καὶ ἐδιδάξαμεν, καὶ διδάσκομεν; ὅτι ὁ υἱὸς οὐκ ἔστιν ἀγέννητος, οὐδὲ μέρος ἀγεννήτου, κατ' οὐδένα τρόπον, ἀλλ' οὔτε ἐξ ὑποκειμένου τινὸς, ἀλλ' ὅτι [3] θελήματι καὶ βουλῇ ὑπέστη πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώνων, πλήρης θεὸς μονογενὴς, ἀναλ-
pag. 732. *λοίωτος, καὶ πρὶν γεννηθῇ, ἤτοι κτισθῇ, ἤτοι ὁρισθῇ, ἢ θεμελιωθῇ, [4] οὐκ ἦν· ἀγένητος γὰρ οὐκ ἦν. Διωκόμεθα δὲ ὅτι εἴπομεν, Ἀρχὴν ἔχει ὁ υἱὸς, ὁ δὲ θεὸς ἄναρχός ἐστι. Διὰ τοῦτο διωκόμεθα, καὶ ὅτι εἴπομεν, Ἐξ οὐκ ὄντων ἐστίν. Οὕτως δὲ εἴπομεν, καθότι οὐδὲ μέρος θεοῦ ἐστιν, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός. Διὰ τοῦτο διωκόμεθα, λοιπὸν σὺ οἶδας. Ἐρρῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὔχομαι, μεμνημένον τῶν θλίψεων ἡμῶν, [5] Συλλουκιανιστὰ, ἀληθῶς Εὐσέβιε.*

Κεφ. ζ'. *Ἀλλὰ καὶ ἄλλην ἀπὸ Νικομηδείας τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ Ἀλεξάνδρῳ ἀπολογίας χάριν [1] δῆθεν γραφεῖσαν, καὶ χείρω πάλιν τῆς αὐτοῦ ἰοβολίας ἀπαραλείπτως βλασφήμων ῥημάτων [2] ἐμπεπλησμένην, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [3] ἀπεσταλμένην ὑπετάξαμεν. Καὶ ἔστιν ἥδε.*

Μακαρίῳ πάπᾳ καὶ ἐπισκόπῳ ἡμῶν Ἀλεξάνδρῳ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἡ πίστις ἡμῶν ἡ ἐκ προγόνων, ἣν καὶ ἀπὸ σοῦ μεμαθήκαμεν, μακάριε πάπα, ἔστιν αὕτη. Οἴδαμεν ἕνα θεὸν μόνον ἀγέννητον, μόνον ἀΐδιον, μόνον ἄναρχον, μόνον ἀληθινὸν, [4] μόνον ἀθανασίαν ἔχοντα, μόνον σοφὸν, μόνον ἀγαθὸν, μόνον δυναστὴν, μόνον [5] κριτὴν, πάντων διοικητὴν, οἰκονόμον, ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, δίκαιον καὶ ἀγαθὸν, νόμου καὶ προφητῶν καὶ καινῆς διαθήκης τοῦτον θεὸν, γεννήσαντα υἱὸν μονογενῆ πρὸ χρόνων αἰωνίων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας καὶ τὰ λοιπὰ πεποίηκε, γεννήσαντα δὲ οὐ δοκήσει, ἀλλ' ἀληθείᾳ, ὑπο-

2. Θεόδοτος *emendat Petavius ex Theodoreto et Nicephoro.*
3. βουλῇ καὶ θελήματι *cod. Rhedig.*
4. *Vitiose in edit. Petav. Colon. rep. extat* καὶ ἦν *pro* οὐκ ἦν *exaratum.*
5. Συλλουκιανιστὰ *emendatio est Petavii, quem vide.* συνλουκιανιστᾶ *cod. Rhedig.* σὺν λουκιανιστᾷ *reliqui libri.*

Cap. VII. — 1. δῆθεν *non habet cod. Rhedig.*

iam vero Eusebius frater tuus Caesareae et Theodosius, et Paulinus, et Athanasius, et Gregorius, et Aëtius, et orientales omnes deum asserunt sine ullo principio ante filium existere, anathemate damnantur, excepto Philogonio, Hellanico, Macario haereticis ac rudimentorum fidei ignaris hominibus, qui filium partim eructationem, partim ingenitam productionem appellant. Quorum quidem impiorum voces ne auribus quidem admittere possumus, etiamsi mille nobis mortes ab haereticis intententur. Nos e contrario quid tandem dicimus, sentimus, docuimus, et docemus? Nimirum filium nec ingenitum esse, nec ingeniti ulla ratione partum, sed neque ex subiecta aliqua materia factum, verum dei voluntate, consilio ante tempora seculaque substitisse, plene deum unigenitum, immutabilem, qui antequam gigneretur, sive crearetur, sive decerneretur, aut fundaretur, non fuit. Neque enim non factus est. Nos igitur ob id insectantur quod diximus: Principium habet filius, deus autem principio caret. Haec vexandi nostri caussa est. Tum quod asserimus eadem e nihilo esse. Quod idcirco a nobis usurpatur quia neque dei pars est, nec ex subiecta ulla materia. Propterea nos illi hostilem in modum persequuntur. Reliqua tu nosti. Bene valere te aerumnarum nostrarum memorem cupimus, idque a deo petimus, Collucianista, vere Eusebi, hoc est pie ac religiose.

Aliam praeterea Nicomedia ad sanctissimum papam Alexandrum quasi excusandi sui gratia scripsit longe superiore illa peiorem, quae totam illius est veneno ac contumeliosis in divinum numen vocibus referta, quam Alexandriam misit. Eam nos subiiciendam putavimus. Cap. VII.

EPISTOLA ARII AD ALEXANDRUM.

Beato papae et episcopo nostro Alexandro, presbyteri et diaconi salutem in domino.

Fides illa quam et a maioribus accepimus, et a te didicimus, beatissime papa, eiusmodi est. Credimus unum deum, solum ingenitum, solum aeternum, solum principio carentem, solum verum, solum immortalem, solum sapientem, solum bonum, solum praepotentem, solum iudicem, omnium moderatorem, et administratorem, immotum, et immutabilem, iustum, bonum legis, et prophetarum, ac novi testamenti pariter deum: qui unigenitum filium ante sempiterna tempora genuit: per quem et secula, et reliqua procreavit omnia. Genuisse porro dicimus reipsa, non specie tenus, ac sub-

2. ἀπεμπεπλησμένην *cod. Rhedig.*
3. ἀπεσταλμένου *cod. Rhedig.; et Ien., ni fallor.*
4. μόνον *non legitur in ed. Petav. Colon. repet.*
5. μόνον κρίτην πάντων, διοικητὴν *distinxerunt Cornarius et Petavius.*

στήσαντα δὲ ἰδίῳ θελήματι ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, κτίσμα τοῦ
θεοῦ τέλειον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, γέννημα, ἀλλ' οὐχ ὡς
ἓν τῶν γεννημάτων, οὐδ', ὡς Οὐαλεντῖνος, προβολὴν τὸ γέννημα τοῦ
πατρὸς ἐδογμάτισεν, οὐδ', ὡς Μανιχαῖος, μέρος ὁμοούσιον τοῦ πα-
τρὸς τὸ γέννημα εἰςηγήσατο, οὐδ', ὡς Σαβέλλιος ὁ τὴν μονάδα διαι-
pag. 733. ρῶν, υἱοπάτορα εἶπεν, οὐδ', ὡς Ἱέρακας λύχνον [6] ἀπὸ λύχνου, ἢ ὡς
λαμπάδα εἰς δύο, οὐδὲ τὸν ὄντα πρότερον, ὕστερον γεννηθέντα ἢ
ἐπικτισθέντα εἰς υἱὸν, ὡς καὶ σὺ αὐτὸς, μακάριε πάπα ἐν μέσῃ τε
ἐκκλησίᾳ καὶ συνεδρίῳ πλειστάκις τοὺς ταῦτα εἰςηγησαμένους ἀπηγό-
ρευσας, ἀλλ', ὥς φαμεν, θελήματι τοῦ θεοῦ πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώ-
νων κτισθέντα, καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι παρὰ τοῦ πατρὸς εἰληφότα,
καὶ τὰς δόξας συνυποστήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρός· οὐ γὰρ ὁ πατὴρ
δοὺς αὐτῷ πάντων τὴν κληρονομίαν ἐστέρησεν ἑαυτὸν [7] τὸ ἀγεννήτως
ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Πηγὴ γάρ ἐστιν πάντων.

Κεφ. η. Ὥςτε τρεῖς εἰσιν ὑποστάσεις, πατὴρ, υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα.
Καὶ ὁ μὲν θεὸς αἴτιος τῶν πάντων τυγχάνων ἐστὶν ἄναρχος, μονώτα-
τος· ὁ δὲ υἱὸς ἀχρόνως γεννηθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ πρὸ αἰώνων
κτισθεὶς καὶ θεμελιωθεὶς, οὐκ ἦν πρὸ τοῦ γεννηθῆναι, ἀλλὰ ἀχρόνως
πρὸ πάντων γεννηθεὶς μόνος ὑπὸ μόνου τοῦ πατρὸς ὑπέστη. Οὐδὲ
γάρ ἐστιν ἀΐδιος ἢ συναΐδιος ἢ συναγέννητος τῷ πατρὶ, οὐδὲ ἅμα τῷ
πατρὶ τὸ εἶναι ἔχει, ὥς τινες λέγουσι τὰ πρός τι, δύο ἀγεννήτους ἀρ-
χὰς εἰςηγούμενοι, ἀλλὰ ὡς μονὰς καὶ ἀρχὴ τῶν πάντων, [1] οὕτως ὁ
θεὸς πρὸ πάντων ἐστί. Διὸ καὶ πρὸ τοῦ Χριστοῦ ἐστιν, ὡς παρὰ
σοῦ μεμαθήκαμεν, [2] ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ κηρύξαντος. Καθ' ὃ οὖν
παρὰ τοῦ θεοῦ τὸ εἶναι ἔχει, καὶ τὸ ζῆν, καὶ τὰς δόξας, καὶ πάντα
αὐτῷ παρασχόντα, κατὰ τοῦτο ἀρχὴ αὐτοῦ ἐστιν ὁ θεός. Ἄρχει γὰρ
αὐτοῦ, ὡς θεὸς αὐτοῦ, καὶ πρὸ αὐτοῦ [3] ὢν, καὶ διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ.
Καὶ εἰ τὸ, Ἐκ γαστρὸς, καὶ τὸ, Ἐκ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω, ὡς
μέρος τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ὡς προβολὴ, ὑπό τινων νοεῖται, σύνθετος
ἔσται ὁ πατὴρ, καὶ διαιρετὸς, καὶ τρεπτὸς, καὶ σῶμα κατ' αὐτοῦ,
καὶ, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, τὰ ἀκόλουθα σώματι πάσχων ὁ ἀσώματος
θεός. Ἐρρῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὔχομαι, μακάριε πάπα. Ἄρειος,
[4] Ἐθάλης, Ἀχιλλεὺς, Καρπώνης, Σαρματᾶς, Ἄρειος, πρεσβύτεροι·
διάκονοι, Εὐζώϊος, Λούκιος, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἑλλάδιος, Γάϊος·

6. ἀπὸ λύχνου *non extat in cod. Rhed.*
7. τοῦ *suspicatus est Petavius.*
Cap. VIII. — 1. οὗτος *habet cod. Rhedig.*
2. ἐν, *quod non extat in libris, restitui ex vocabulo eo quod praecedit.*
3. ὢν, καὶ *scripsi pro* εἶναι, *quod vul-*

sistentem illum suapte voluntate condidisse; eiusmodi, ut neque converti, neque mutari possit: perfectam dei creaturam, sed non tanquam rerum creatarum aliquam: foetum itidem, sed non tanquam unum e ceteris. Nec quemadmodum Valentinus asseverabat, emissionem quandam illum esse patris foetum: aut ut Manichaeus eundem illum foetum partem esse dixit patri consubstantialem. Neque ut Sabellius qui unitatem divisit, et filium patrem appellavit. Non item ut Hieracas lucernam e lucerna, aut lampadem in duas partes divisam. Neque vero eiusmodi, ut cum prius fuisset, postea sit genitus, ac denuo creatus in filium. Quemadmodum tu ipse, beatissime papa, media in ecclesia et consessu saepenumero qui haec assererent refutasti. Sed, ut diximus, dei voluntate ante tempora et secula omnia creatum, ut viveret atque esset, a patre accepisse confitemur, adeo ut eadem illa creatione gloriam ei pater splendoremque contulerit. Neque enim existimandum est patrem, cum omnium rerum ei possessionem traderet, sibi ipsi quod ingenita quadam in se ratione continebat ademisse. Fons enim ille omnium est.

Quamobrem tres sunt hypostases, pater, filius, spiritus sanctus. Et quidem deus, cum rerum omnium caussa sit, solus ex omnibus principii est expers. Filius vero sine tempore genitus a patre, et ante secula creatus ac fundatus priusquam gigneretur non fuit. Sed sine tempore et ante omnia genitus solus a solo patre productus est. Non enim aeternus aut coaeternus est, nec cum patre ingenitus. Neque cum patre extitit, ut nonnulli de his quae ad aliud referuntur affirmant, qui ingenita duo principia constituunt, verum sic tanquam unitas et principium omnium ante omnia deus est. Quare etiam ipso Christo prior est, ut a te didicimus, cum id media in ecclesia praedicares. Igitur quatenus a deo ut esset consecutus est, nec non et vitam, splendorem, ceteraque quae in ipsum collata sunt, hac ratione principium illius deus est. Est enim illo prior ac princeps, utpote deus ipsius, qui ante ipsum fuerit, a quo etiam ille prodierit. Quod si istiusmodi loquendi rationes: *Ex utero*, et, *A patre exivi, et venio*, quasi consubstantialis partem aut emissionem cum nonnullis accipiamus, compositus erit ac divisibilis pater, et mutabilis, imo illorum opinione corpus et, quoad in ipsis est, quae corpori consentanea sunt patietur expers corporis deus. Bene valere te optamus in domino, beatissime papa, Arius, Ethales, Achilles, Carpones, Sarmatas, Arius, presbyteri: diaconi, Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Caius: episcopi, Se-

Cap. VIII.

Ps. 109, 3. Ioann. 16, 28.

go extat. Petavius censuit ἔχων τὸ εἶναι.

4. Ἀειθαλής *et* Ἀχιλλᾶς *restituit Petav. ex Theodoreto, quem vide.*

ἐπίσκοποι, Σεκοῦνδος Πενταπόλεως, Θεωνᾶς Λίβυς, Πιστὸς, ὃν κατέστησαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν οἱ Ἀρειανοί.

Κεφ. Θ'. pag. 734. Ὡς οὖν οὕτω παρεκινεῖτο τὰ πράγματα, Ἀλέξανδρος Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ γράφει. [1] Ὁ δὲ μακαρίτης βασιλεὺς συγκαλεσάμενος τὸν Ἄρειον καί τινας ἐπισκόπους ἀνέκρινεν. Ὁ δὲ τοὺς [2] συμμύστας ἔχων τὸ μὲν πρῶτον ἠρνεῖτο εἰς πρόσωπον τοῦ βασιλέως, [3] ἔσωθεν δὲ εἰργάζετο τὴν συσκευὴν τῆς ἐκκλησίας. Ὡς οὖν συνεκαλέσατο αὐτὸν ὁ μακάριος Κωνσταντῖνος, ὡς καὶ ἐκ μέρους πνεύματος ἁγίου ἐνεπνεύσθη, λόγον αὐτῷ προσεφθέγξατο λέγων ὅτι, Πεπίστευκα τῷ Θεῷ, εἰ δολίως ἔχεις τι κεκρυμμένον, καὶ ἀρνῆσαι, τάχιον ὁ πάντων δεσπότης ἐλέγξαι σε ἔχει, μάλιστα καθ' οὗ ὤμοσας. Ὅθεν καὶ ἐφωράθη τὰ αὐτὰ φρονῶν, καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ βασιλέως ἠλέγχθη. Πάλιν δὲ ὡσαύτως ἠρνεῖτο, καὶ πολλοὶ αὐτοῦ ὑπερασπισταὶ ὑπερεδέοντο διὰ Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας. Ὁμοῦ δὲ ζήλῳ ἐπαρθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ ἐπιστολὴν μεγάλην ἐγκύκλιον ὅλῃ τῇ Ῥωμανίᾳ γέγραφε κατὰ Ἀρείου καὶ τῆς αὐτοῦ πίστεως, πάσης σοφίας ἔμπλεων, καὶ ἀληθινῶν ῥημάτων· ὡς καὶ αὕτη εἰς ἔτι δεῦρο παρὰ φιλοκάλοις σώζεται, περιέχουσα τὴν ἀρχὴν, Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς, Μέγιστος, [4] Ἀρείῳ καὶ Ἀρειανοῖς. Κακὸς ἑρμηνεὺς αὐτόχρημα εἰκών τε καὶ [5] ἀνδριάς ἐστι τοῦ διαβόλου. Εἶτα μεθ' ἕτερα, καὶ μετὰ τὸ πολλὴν πρὸς αὐτὸν ἐκθέσθαι ἐκ θείων λογίων ἀντιλογίαν καὶ ἔπος ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου πρὸς αὐτὸν σχετλιασμοῦ ἕνεκα ἀποτεινόμενος παρέθετο, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα παραθέσθαι ἡγησάμην, καὶ ἔστιν, Ἄγε δὴ, [6] Ἄρες Ἄρειε, [7] ἀσπίδων χρεία· μή γε σὺ τοῦτο ποιήσῃς ἱκετεύομεν, ἐπισχέτω δέ σε ἡ γοῦν Ἀφροδίτης ὁμιλία.

Κεφ. ι'. Βουλομένου τοίνυν τοῦ Ἀρείου ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ὁμοῦ συναχθῆναι, Εὐσεβίου ἀναγκάζοντος, καὶ τὰ μεγάλα παρὰ βασιλέως ἰσχύοντος καὶ παρενοχλοῦντος τῷ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπῳ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, κἀκείνου μὴ βουλομένου μετ' αὐτοῦ συναχθῆναι, μήτε εἰς κοινωνίαν αὐτοῦ ἐλθεῖν, καὶ βιοφορουμένου καὶ στένοντος, τοῦ δὲ Εὐσεβίου λέγοντος, Εἰ μὴ βούλει ἰδίᾳ τῇ προαιρέσει, τῇ αὔριον ἡμέρᾳ, κυριακῆς ἐπιφωσκούσης, σὺν ἐμοὶ εἰςελεύσεται, καὶ τί δύνασαι ποιῆσαι; Ὁ δὲ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος καὶ θεὸν φοβούμενος Ἀλέξανδρος, ὁ τῆς αὐτῆς ἀρίστης πόλεως ἐπίσκοπος (ὁμώνυμος γὰρ ἦν καὶ οὗτος τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ) δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, ἐξότου ἤκουσε, καὶ
pag. 735. τῆς νυκτὸς, στενάζων καὶ στυγνάζων διετέλεσεν εὐχόμενος, καὶ παρακαλῶν τὸν θεὸν ἢ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν παραλαβεῖν, ἵνα μὴ συμμιανθῇ τῇ τοῦ Ἀρείου κοινωνίᾳ, ἢ ποιῆσαί τι παράδοξον· ὅπερ καὶ ἐγένετο

CAP. IX. — 1. ὁ δὲ μακαρίτης cod. Ien. et editi; δὲ particula in ed. Petavii Colon. repetita non comparet. ὁ δὲ μακάριος cod. Rhedig. 2. ἀμμύστας cod. Rhedig. 3. ἔωθεν cod. Rhedig.

eundus Pentapolis, Theonas Africanus, Pistus, qui Alexandriae ab Arianis collocatus est.

Cum itaque rerum status his motibus perturbaretur, Alexander ad Constantinum imperatorem scripsit, qui Arium cum nonnullis episcopis evocans interrogavit. At ille sodalium suorum grege stipatus primum coram imperatore inficiatus est, cum interim remotis arbitris occulta contra ecclesiam consilia moliretur. Imperator beatae memoriae Constantinus eum arcessens velut afflatu quodam sancti spiritus impulsu his illum verbis affatus est: Confido deo, si quid callide dissimules ac neges, quam celerrime te ab omnium domino convictum iri, maxime per quem iusiurandum conceperis. Quo ex tempore iisdem in erroribus haerere deprehensus, ac coram principe convictus, iterum inficiatus est. Et plerique illius patroni pro eo per Eusebium Nicomediae episcopum apud principem egerunt. Sed nihilominus imperator divinae fidei ardore commotus epistolam bene longam et encyclicam ad omnes Romano imperio subditos adversus Arium eiusque dogma scripsit, omni sapientia ac veritate refertam, quae in hodiernum usque diem eruditorum manibus teritur. Huius initium est: Constantinus Augustus, maximus, etc. Arius cum Arianis malus interpres ipsissima est imago ac simulacrum diaboli. Tum post alia quaedam ac longam ex scripturis sacris illius refutationem; postremo versum quendam ex Homero cum indignatione ac stomacho contorquet, quem hic adscribendum putavi. Age, inquit, Mars Ari, clypeis opus est. Verum ne id facias obsecramus, ac te saltem Veneris consuetudo cohibeat. Cap. IX.

Post haec cum Arius Constantinopoli catholicae ecclesiae communionem affectaret, instante violenter Eusebio, qui apud imperatorem plurimum poterat, et Constantinopolitanum episcopum molestius urgente, qui communionem illi dare nolens, et per vim oppressus ingemiscebat, cumque Eusebius iactaret, nisi sponte velis admittere, crastina luce, quae dominica erit, mecum in ecclesiam intrabit. Quid autem contra nos efficies? — tum demum religiosissimus episcopus ac deum timens Alexander ecclesiae illi praefectus, qui Alexandrino episcopo cognominis erat, ubi haec audiit, tota die ac nocte cum gemitu ac moerore in oratione perseveravit, supplex a deo petens ut vel animam suam reciperet, nec se Arii communione pollueret, aut stupendum quiddam et inusitatum faceret. Quod qui- Cap. X.

4. *Emendavi haec ex Gelasii Concil. Nic. IV, 1. Epiphanii enim libri habent omnes* Ἄρειος καὶ Ἀρειανοὶ κακὸς *cett.*

5. ἀνδρείας *codd. mss. et ed. pr.*

6. *Pro* Ἄρες *Epiphanii libri habent* ἄδδες.

7. *Fortasse rectius* ἀσπίδων ἢ χρεία· μὴ σύ γε τοῦτο π. — *Ceterum quem versum Homeri significari putet Epiphanius equidem pro certo affirmare non ausim, sed puto verba Athenae Il. V, 31 sqq.*

τούτῳ. Τοῦ γὰρ Ἀρείου προελθεῖν κατὰ τὰς νύκτας ἐπειχθέντος ἐπὶ τὸ παρασκευασθῆναι, διέρχεται μέχρι τοῦ ἀφεδρῶνος, καὶ ἔνδον ἐν τοῖς ἀβάτοις καθεζόμενος εὑρέθη λακήσας, καὶ ἔκπνους γεγονώς. [1] Ὡς δὲ οὕτω κατείληπται ἐν τῷ δυςώδει τόπῳ ἀποδοὺς αὐτοῦ τὰ τέλη, καθάπερ καὶ ἐξήμεσεν ἀκάθαρτον κακοπιστίαν.

Κεφ. ιαʹ. Ὡς οὖν ταῦτα ἐτελέσθη, ὁ βασιλεὺς μέριμναν [1] συνειςενεγκάμενος τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἤδη πολλάκις πολλοὺς εἰς ἀλλήλους διαφέρεσθαί τε καὶ σχίσματα πολλὰ εἶναι, συνεκρότησεν οἰκουμενικὴν σύνοδον ὧν καὶ τὰ ὀνόματα εἰς ἔτι δεῦρο σώζεται τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, καὶ ἀναθεματίζουσι τὴν Ἀρείου πίστιν ἐν τῇ Νικαέων πόλει, καὶ ὁμολογοῦσι τὴν τῶν πατέρων ὀρθόδοξον πίστιν καὶ ἀκλινῆ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν παραδοθεῖσαν. Ὑπογραψάντων δὲ τῶν ἐπισκόπων εἰς ταύτην, καὶ ἀναθεματισάντων τὴν Ἀρειομανίτιδα αἵρεσιν, οὕτω γεγένηται. Ἅμα δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ κανόνας τινὰς ἔθηκαν ἐν τῇ συνόδῳ ἐκκλησιαστικούς· ὁμοῦ δὲ καὶ περὶ τοῦ πάσχα ὥρισαν [2] μίαν ἕνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τὴν ἁγίαν θεοῦ πανάρετον ἡμέραν γίνεσθαι, ἐπειδὴ διαφόρως παρά τισιν ἐφυλάττετο. Οἱ μὲν γὰρ προελάμβανον, οἱ δὲ ἐμέσαζον, οἱ δὲ μετέπειτα ἐπετέλουν. Καὶ ἁπλῶς πολλὴ [3] φύρσις ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. Τούτων δὲ ὁ θεὸς τὸ κατόρθωμα διὰ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίνου ἐβράβευσεν εἰρήνης χάριν. Ὡς οὖν ἀνεθεματίσθη ὁ Ἄρειος, καὶ ταῦτα οὕτως ἐπράχθη, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει παύεται Ἀλέξανδρος τοῦ βίου, καὶ διαδέχεται αὐτὸν Ἀχιλλᾶς. Ἦν δὲ καὶ Θεωνᾶς κατασταθεὶς ὑπὸ τῶν Μελητιανῶν. Τότε διαδέχεται Ἀχιλλᾶν τὸν ἐπίσκοπον ποιήσαντα μῆνας τρεῖς Ἀθανάσιος ὁ μακαρίτης, ὢν τότε διάκονος Ἀλεξάνδρου, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένος ἐπὶ τὸ [4] κομητάτον, ᾧ [5] ὁ Ἀλέξανδρος μέλλων τελευτᾶν παρήγγειλεν ἀποδοθῆναι τὴν [6] ἐπισκοπήν. Ἔθος δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μὴ χρονίζειν μετὰ τελευτὴν ἐπισκόπου τοὺς καθισταμένους, ἀλλ' ἅμα γίνεσθαι εἰρήνης ἕνεκα, τοῦ μὴ παρατριβὰς γενέσθαι ἐν τοῖς λαοῖς, τῶν μὲν τόνδε θελόντων, τῶν δὲ τόνδε. Κατέστησαν δὲ δι' ἀνάγκην,

pag. 736. μὴ παρόντος Ἀθανασίου, Ἀχιλλᾶν. Ὁ δὲ θρόνος ἦν καὶ ἡ ἱερωσύνη ἑτοιμαζομένη τῷ ἐκ θεοῦ κεκλημένου καὶ ἀπὸ τοῦ μακαρίτου Ἀλεξάνδρου ὡρισμένῳ. Ἐπεὶ οὖν ἐλθόντος Ἀθανασίου καὶ κατασταθέντος, ὄντος περὶ τὴν πίστιν ζηλωτοῦ σφόδρα, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὑπερπάσχοντος, ἤδη συνάξεων πάντη καὶ ἀποσπάσματος τῶν λαῶν γινομένων ὑπὸ τῶν Μελητιανῶν καλουμένων, δι' ἣν ἐν τῇ περὶ Μελητίου ὑποθέσει αἰτίαν προδεδήλωκα, καὶ βουλομένου τὴν συνένωσιν τῆς ἐκκλησίας ποιήσασθαι, ἐνεκάλει, καὶ ἠπείλει, ἐνουθέτει τε καὶ οὐδεὶς

Cap. X. — 1. *Rescribendum aut* καὶ ἔκπνους γεγονώς, ὥςτε οὕτω, *aut* καὶ ἔκπνους γεγονὼς δὲ οὕτω.

Cap. XI. — 1. συνειvενεγκάμενος *cod.* *ms. uterque et ed. pr.*, *unde eodem iure quo Petavio* συνειςενεγκάμενος *nobis licerei efficere* συνενενεγκάμενος.

2. *Repono* μίαν καθ' ἕνωσιν καὶ ὁμό-

dem posterius obtinuit. Nam Arius noctu ventris levandi gratia progredi coactus, et in secessum abiens, in ipsa cella desidens crepuit, ac mortuus est inventus. Ita foetidissimo in loco repertus est, cum intestina omnia perinde eiecisset atque impurissimum dogma vomuerat.

His ad eum modum gestis imperator ecclesiae consulens, cum Cap. XI.
iam plerisque a se invicem dissidentibus varia essent schismata, oecumenicam synodum colligit CCCXVIII episcoporum, quorum nomina ad hoc usque tempus extant. Hi Nicaeae congregati damnato Arii dogmatae orthodoxam patrum fidem immutabilem, et ab apostolis ac prophetis traditam confirmant. Postremo ubi subscripsere episcopi, et Arianam haeresin anathemate devovere, synodo finis est impositus. Eadem in synodo canones quidam ecclesiastici conditi sunt. Nec non et de paschatis celebritate constituerunt, uti sancta illa religiosissima dies eodem tempore summa cum consensione ac concordia celebraretur. Nam antea non eadem omnium erat observatio. Quidam enim antevertebant, alii medio tempore, alii postremo sacrum illum diem agebant, et ut uno verbo dicam, summa erat per illud tempus confusio. Quae omnia pacis constituendae gratia beati Constantini opera ac studio componi deus pacificarique voluit. Postquam Arius proscriptus est, ceteraque hoc modo gesta sunt, eodem anno mortuo Alexandro Alexandrinam ecclesiam Achillas obtinuit: contra quem Meletiani Theonam opposuerant. Achilla vero post tres menses defuncto Athanasius successit Alexandrini diaconus, ab eoque ad comitatum missus; cui moriens Alexander episcopatum committi mandaverat. Verum cum haec sit Alexandriae consuetudo ut post episcopi mortem successor non diutius differatur, sed subinde pacis tuendae gratia subrogetur, ne aliis hunc, aliis illum amplectentibus iurgia in vulgens et contentiones existant absente Athanasio Achillam substituere coacti sunt. Enimvero sedes ei ac pontificatus debebatur, qui et a deo vocatus et a beato Alexandro constitutus fuerat. Qui mox ut Alexandriam venit et episcopus creatus est, vehementi religionis ardore aestuans, ac deplorando ecclesiae statu commotus, cum ubique conventicula ac populi divortia a Meletianis fierent, ob eam caussam quam supra exposuimus, cum de Meletiano schismate ageremus, ille ecclesias consociare et ad concordiam redigere cupiens increpandi, commi-

νοιαν τὴν ἁγίαν θεοῦ πανέορτον ἡμέραν.

3. φύρσις *emendatio est Petavii. Cf. infra adnott. ad cap.* 31. φύρασις *placuit Ios. Scaligero. Libri habent* φράσις.

4. κομητάτον *scriptum est ubique.*

5. ὁ ἀλεξανδρεὺς *uterque cod. ms., et ed. princ.*

6. ἐπισκοπὴν *restitui ex libris manu exaratis. In utroque edito est* ἐπισκοπίαν.

[7] ἠνείχετο. Ὅθεν πάντα τὰ κατ' αὐτοῦ κινηθέντα ἐκ τοῦ ὑπερβάλλοντος ἐν αὐτῷ θεόθεν ζήλου ἐπράχθη τε καὶ συνεσκευάσθη· ὥςτε καὶ ἐξορίας αὐτὸν ὑπομεῖναι, [8] ἕνεκα τῆς τῶν Ἀρειανῶν μετὰ [9] δυναστείας ἀδικωτάτης ἀκοινωνησίας. Ἀλλὰ περὶ τοῦ μακαρίτου Ἀθανασίου ἕως ἐνταῦθα ἐχέτω. Ἐρρήθη γὰρ τὰ κατ' αὐτὸν κατὰ λεπτότατον ἄνω ἐν τῇ Μελητίου ὑποθέσει.

Κεφ. ιβ'. Ἄρειος τοίνυν οὗτος ἐνεπνεύσθη ὑπὸ διαβολικῆς ἐνεργείας, καὶ ἀθυρογλώττως ἀναισχυντὶ φερόμενος ἐπῆρεν αὐτοῦ τὴν γλῶτταν κατὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἐξ ἀρχῆς δῆθεν τὴν παρὰ τῷ Σολομῶνι ἐν ταῖς αὐτοῦ παροιμίαις [1] λέξιν ἑρμηνεῦσαι βουλόμενος, τὸ, Ὁ κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη [2] ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Ἔνθεν αὐτῷ ἡ εἰςαγωγὴ τῆς πλάνης γεγένηται. Καὶ οὐκ ᾐδέσθη, καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ, κτίσμα ἀποκαλεῖν τὸν τὰ πάντα κτίσαντα, τὸν ἐκ πατρὸς [3] ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως γεγεννημένον λόγον. Λοιπὸν δὲ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τούτου λόγου εἰς πολλὰς καὶ κακὰς τρίβους ἐλάσας τὴν ἑαυτοῦ κακότροπον γνώμην, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ διάδοχοι μυρία καὶ ἐπέκεινα εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημῆσαι ἐπεχείρησαν. Παρέλυσαν δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸ στῖφος καὶ τὴν ὁμόνοιαν τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ἐκκλησίας, οὐ διὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως ἢ σοφίας· ὀλίγοι γὰρ οἱ [4] προςκληθέντες ἠπατημένοι, πολλοὶ δὲ οἱ ὑποκρίσει ὑπειςδύνοντες. Πολ-
pag. 737. λοὶ δὲ καὶ κατὰ βίαν μὴ ἔχοντες οὕτως κοινωνοὶ τοῖς αὐτοῖς τυγχάνουσιν. Οὐδεὶς δὲ τούτων πρόξενος, ἀλλὰ πρῶτον μὲν δοκιμασία πιστῶν, βασιλέων δὲ ὑπερασπισμὸς, ἀρχὴ μὲν Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς, τὰ μὲν ἄλλα πάντα πρᾷος καὶ ἀγαθὸς, ὡς υἱὸς τοῦ μεγάλου καὶ τελείου Κωνσταντίνου τοῦ θεοσεβοῦς καὶ πίστιν ὀρθὴν ἀληθινῶς πεφυλακότος, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Κωνσταντίου θεοσεβοῦς ὄντος, καὶ ἀγαθοῦ κατὰ πολλοὺς τρόπους· ἐν τούτῳ δὲ μόνον, ἐν τῷ μὴ κατὰ τὴν πίστιν τοῦ πατρὸς αὐτὸν ὡδευκέναι ἐσφάλη, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ αἰτίας, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν μελλόντων δοῦναι λόγον εἰς ἡμέραν κρίσεως, τῶν δοκήσει ἐπισκόπων λεγομένων, παραφθειράντων δὲ τὴν [5] τοῦ θεοῦ ἀληθινὴν πίστιν· οἵτινες ἔχουσι δοῦναι λόγον καὶ ὑπὲρ τῆς πίστεως, καὶ ὑπὲρ τῶν διωγμῶν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοσούτων κακῶν καὶ φόνων τῶν ἐν

7. Cf. supra haer. 68, 6.
8. ἕνεκα palmaria est Ios. Scaligeri emendatio. Libri habent καί.
9. Vulgo μεταδυναστείας.

Cap. XII. — 1. Libri vulgo λέξεσιν, cod. Rhedig. λέξαισιν.
2. Vulgo ἑδρασθῆναι.
3. ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως cod. Rhedig.

nandi et hortandi finem nullum faciebat, auscultante nemine. Ex quo omnes illae contra ipsum turbae conflatae ac comparatae sunt, ob eximium illius ardorem ac studium divinitus in eum a deo collatum. Quae res eo usque processit ut frequenter exilia sustinuerit, et ab Arianis, qui tum viribus ac potentia pollebant, per summam indignitatem excommunicatus fuerit. Verum de b. Athanasio hactenus. Quae enim ad eum attinebant, supra in Meletiano schismate declarata sunt.

Redeo iam ad Arium, qui pessimi daemonis afflatu pari linguae Cap. XII. immoderatione et impudentia os suum adversus dominum efferre non dubitavit. Cum inprimis videlicet Salomonis illam in proverbiis sententiam interpretari vellet: *Dominus creavit me principium* Prov. 8, 21. *viarum suarum, ante secula fundavit me, in initio antequam terram faceret, et antequam crearet abyssos, antequam prodirent fontes aquarum, antequam montes firmarentur, ante omnes colles genuit me.* Hinc erroris sui introducendi occasionem nactus est. Nec illum eiusve discipulos puduit verbum illud quod omnia creavit, quod a patre sine tempore initioque genitum est, creaturam dicere. Qua ex una voce deinceps in multa ac prava errorum diverticula consceleratam mentem immittens, nec ipse modo, sed eius et doctrinae sectatores infinitas in dei filium ac spiritum sanctum contumelias coniicere non dubitarunt. Porro iidem illi sanctae et orthodoxae fidei atque ecclesiae confertum veluti globum concordiamque solverunt, non ulla quidem ipsorum vi aut sapientia; pauci enim ab iis inducti ac circumventi sunt. Sed plerique aut per simulationem obrepentes, aut vi coacti, cum longe aliud in animo foverent, socios se illis adiunxerunt. Neque vero id aliunde conciliatum est, nisi quod ad fidelium probationem id a deo permissum est. Accessit et imperatorum favor, cuius initium a Constantio imperatore profectum est. Qui cum ceteris in rebus perhumanus ac bonus esset, utpote magni illius et in omni virtutis genere perfecti, religiosique Constantini filius, qui sinceram ex animo fidem constanter retinuit: sed et Constantius ipse pius alioquin ac multis probitatis ornamentis praeditus, hac una re aberravit quod non impressa a parente fidei vestigia secutus est. Quod ipsum tamen non illius culpa factum, sed nonnullorum fraude, qui in die iudicii rationem reddituri sunt; qui specie ac nomine tenus episcopi sinceram dei fidem labefactarunt. A quibus procul dubio non ipsius modo fidei reddenda ratio est, sed insectationum ecclesiae omnium ac tantarum calamitatum et caedium, quae in

4. προσκλιθέντες *volebat Petavius. Cornarius vertit,* pauci enim invitati decepti sunt.

5. τοῦ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

ταῖς ἐκκλησίαις ἕνεκεν αὐτῶν γεγενημένων, καὶ τῶν λαῶν τῶν ἐν ὑπαίθρῳ ἔτι δεῦρο τοσούτων μυριάδων θλίψιν ὑπομενουσῶν, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου τοῦ ὑπ' αὐτῶν πεπλανημένου, καὶ ἀγνοήσαντος τὴν πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ ὑπείξαντος αὐτοῖς ὡς ἱερεῦσι κατὰ ἄγνοιαν, ἀγνοήσαντος τὴν ἐν αὐτοῖς πλάνην τῆς τυφλώσεως καὶ κακοπιστίας γενομένης ἐκ διαβόλου παρασκευῆς.

Κεφ. ιγ'. Δεύτερον ἔτι ἐνίσχυσε τὸ τούτων ἑρπετῶδες ἐργαστήριον δι' [1] Εὐσεβίου τοῦ ὑπεισδύντος καὶ παραφθείραντος τὴν ἀκοὴν πάλιν Οὐάλεντος τοῦ θεοσεβοῦς βασιλέως, καὶ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλοῦς· ἐπειδὴ γὰρ παρ' αὐτοῦ τὸ λουτρὸν ἐκομίσατο, διὰ τοιαύτης ὑποθέσεως ἠδυνήθησαν οὗτοι στῆναι. Ἐπεὶ ἂν ἔκπαλαι καὶ ὑπὸ γυναικῶν καὶ παιδαρίων, οὐ λέγω περὶ τῶν ἐντελεστέρων, τῶν τὴν πᾶσαν ἀκρίβειαν τῆς θεοσεβείας καὶ πίστεως τῆς ὀρθῆς ἐπιγινωσκόντων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν τι ἀπὸ μέρους, κἂν τὸ τυχὸν τῆς ἀληθείας ἐπισταμένων, [2] καὶ ἐλεγχόμενοι ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἐδιώκοντο, ὡς βλάσφημοι δεσπότου καὶ δεύτεροι κυριοκτόνοι τινὲς καὶ ἀθετηταὶ τῆς τοῦ κυρίου [3] ἡμῶν Ἰησοῦ ἐνθέου τελειότητος, διὰ τῆς τοῦ βασιλέως προστασίας, ὅπερ ἐστὶν ὑπερασπισμὸς αὐτῶν, εἰς τὸ ἐπιχειρεῖν πάντα τὰ κακὰ ὅσα γέγονε καὶ ἔτι δι' αὐτῶν γίνεται ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Νικομηδείᾳ, ἐν Μεσοποταμίᾳ, ἐν Παλαιστίνῃ, [4] τῇ τοῦ αὐτῶν παρόντος βασιλέως [5] προστασίᾳ.

Κεφ. ιδ'. pag. 738. Ἐκ ταύτης οὖν τῆς λέξεως τῆς ἐν τῷ παροιμιαστῇ γεγραμμένης, ὅτι, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, λοιπὸν τὰ πάντα αὐτοῖς ἐπινοεῖται, ὅσα τε [1] δύναται σύμφωνα τῷ λόγῳ εἶναι, καὶ [2] ἰσορροπεῖ, καὶ δύναται συνᾴδειν, οὔτε αὐτοῦ τοῦ λόγου, οὔτε τῶν ἄλλων ῥημάτων περὶ τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ [3] τοιοῦτόν τι φασκόντων. Ἀλλὰ λοιπὸν ὅσα ἐστὶ τούτοις ὅμοια, τὸ ἐν τῷ ἀποστόλῳ γεγραμμένον, τὸ, [4] Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας [5] ὑμῶν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν· καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ γεγραμμένον, ὅτι, Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον ὑμῖν ὅτι ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονε· καὶ τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι γεγραμμένον, ὅτι, Γνωστὸν ὑμῖν ἔστω, πᾶς οἶκος Ἰσραήλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, καὶ κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε· καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια ὅπου [6] εὕροις παρατήρει σοι εἰς ἐχθρῶν ἄμυναν. Ἐχθροὶ γάρ εἰσιν ὡς ἀληθῶς καὶ ἐπίβουλοι. Τάχα γὰρ περὶ

Cap XIII. — 1. Εὐδοξίου *suspicatus est Petavius.*

2. *Reponendum puto* κατελεγχόμενοι.

3. ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνθέου *cod. Rhedig.*

4. τῇ *scripsi pro* ἡ, *quod habent cod. len. et editi. In cod. Rhedig. est* καί.

5. *Vulgo* προστασία. *Cornarius vertit* per praesentis ipsorum regis praesidentiam ac gubernationem.

Cap. XIV. — 1. *In cod. Rhedig. voc.* δύναται *legitur post* τῷ λόγῳ.

ecclesias illorum caussa derivatae sunt, nec non et infinitorum hominum milium quae in hodiernum usque diem variis aerumnis extra urbes ac tecta conflictantur, postremo et beati quoque Constantii in errorem ab illis inducti, qui rectae fidei regulam ignoravit, eademque ignorantia ad illorum se utpote sacerdotum auctoritatem accommodavit, quod ipsum error illorum ac caecitas depravataque fides et ex diaboli profecta consilio lateret.

Accessit et alia caussa, quae huic serpentum officinae plurimum adiecit virium, Eusebius scilicet, qui callide se insinuans Valentis aures pii ac religiosi imperatoris ac divini numinis amantissimi corrupit. Qui quod ab illo baptismo sit initiatus, ea caussa videlicet fuit cur haec factio stabilis ac firma consisteret. Nam alioqui iamdudum vel a mulierculis ac puerulis, ne adultos commemorem, qui rectae fidei ac religionis exactissima scientia praediti sunt, ab iis, inquam, qui vel tenuissima veritatis notitia perfusi sunt, primis temporibus confutati fugatique essent, tanquam et in dominum contumeliosi, et alteri quidam illius interfectores, ac domini nostri Iesu Christi perfectae divinitatis eversores; id quod imperatoris favore ac patrocinio susceperunt, ut eorum omnium malorum auctores essent quae et hactenus extiterunt et hodieque per illos Alexandriae, Nicomediae, in Mesopotamia ac Palaestina concitantur, ubique praesente ac protegente principe. Cap XIII.

Quamobrem ex hac una voce, quae in proverbiis Salomonis Cap. XIV.
legitur, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*, cetera ab illis excogitantur, quae utcumque ad illorum orationem accommodari possunt, et eandem habere vim ac consentanea esse videntur, cum tamen neque sermo ipse, nec reliqua verba de divinitate filii dei mentionem ullam eiusmodi faciant. Addunt et alia quaedam his similia loca, velut quod ab apostolo scriptum est: *Accipite pontificem confessionis vestrae, fidelem ei qui fecit ipsum:* item ex Ioannis evangelio: *Hic est de quo dixi vobis, Qui post me venit, ante me factus est:* et in Actis apostolorum: *Notum vobis sit, omnis domus Israël, quod hunc Iesum, quem vos crucifixistis, et dominum et Christum Iesum deus fecit:* ac si qua sunt generis eiusdem alia; quae omnia ad cautionem et observationem et propulsandos hostes in promptu esse debent. Hostes enim revera insidiatoresque sunt. Ac nescio an ad ipsos eorumque similes scripturae locus ille conve- Prov. 8, 22. Hebr. 3, 2. Ioann. 1, 27. Act. 2, 36.

2. *Fortasse* ἰσορροπεῖν.
3. τοιοῦτό τι *cod. Rhedig.*
4. *Libri habent* δέξασθαι.
5. ἡμῶν *cod. Rhedig.*
6. *Haec mea est huius loci emendatio. In libris enim est* ὅπου γὰρ εἰς παρατήρησιν (παρατήρησι *cod. Rhedig.*) εἰς ἐχθρῶν ἄμυναν. „Locus defectus aliquot verbis“ *in margine adnotavit Petavius.*

αὐτῶν γέγραπται, καὶ τῶν αὐτοῖς ὁμοίων, ὅτι, Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. Δοκοῦσι δὲ καὶ οἰκειακοὶ εἶναι· οὐδεὶς δὲ [7] χείρων οἰκειακῶν ἐχθρῶν. Ἐχθροὶ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἅπαντες οἱ ἄνδρες τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο τάχα καὶ περὶ τούτων πληροῦται.

Κεφ. ιε΄. Ἀναπηδῶσι γὰρ ὡς λυσσητῆρες κύνες εἰς ἐχθρῶν ἄμυναν, καὶ [1] φασι, Πῶς λέγεις περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ; Ταῦτα γὰρ αὐτῶν ἐστι τὰ τεχνάσματα τῆς εἰςαγωγῆς τοῦ δηλητηρίου αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀφελεῖς. Καὶ τί ἔνι μετὰ ταῦτα, μετὰ τὸ λέγειν υἱὸν θεοῦ; ὢ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐπιγνώμονες ἐνώπιον αὐτῶν καὶ ἐπιστήμονες δοκοῦντες εἶναι. Τί ἔτι προςθείη τις τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, εἰ μή τι υἱὸν γνήσιον λέγοι ἐκ πατρὸς ὄντα, καὶ οὐκ ἠλλοιωμένον; Εἶτα εὐθὺς χλευαστικῶς ἀναπηδῶσι, λέγοντες, Πῶς δύναται εἶναι ἐκ θεοῦ; ἐρωτώμενοι δὲ ὅτι, Οὐκ ἔστιν [2] υἱός; τὸ μὲν Υἱὸς ὀνόματι ὁμολογοῦσι, τῇ δὲ δυνάμει καὶ διανοίᾳ ἀρνοῦνται, νόθον αὐτὸν παντάπασι βουλόμενοι λέγειν, καὶ οὐκ ἀληθινόν. Εἰ γὰρ, φασὶ, ἐκ θεοῦ ἐστι, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ ὁ θεὸς, ὡς εἰπεῖν, ἐξ ἰδίας ὑποστάσεως φύσει, ἢ ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας, οὐκοῦν ὠγκώθη, ἢ τομὴν ἐδέξατο, ἢ ἐν τῷ γεννᾷν ἐπλατύνθη, ἢ συνεστάλη, ἤ τι τῶν κατὰ τὰ πάθη τὰ σωματικὰ ὑπέ-
pag. 739. στη. Καὶ τὸ πᾶν εἰσι χλευαζόμενοι, τὰ ἑαυτῶν εἰς τὸν θεὸν ἀναλογοῦντες, καὶ ἀφ' ἑαυτῶν εἰκάσαι τὸν θεὸν βουλόμενοι. Ἐν γὰρ θεῷ οὐδὲν ἔνι τῶν τοιούτων· πνεῦμα γὰρ ὁ θεὸς, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐγέννησε τὸν μονογενῆ ἀῤῥήτως καὶ ἀκαταλήπτως καὶ ἀχράντως. Πῶς οὖν, φησὶ, εἰ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστιν, οὐκ οἶδε τὴν ἡμέραν, ὡς λέγει, καὶ τὴν ὥραν; Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος. Πῶς δὲ εἰς σάρκα ἦλθεν, εἰ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρός; πῶς δὲ ἐδύνατο ἡ ἀχώρητος ἐκείνη φύσις σάρκα ἐνδύσασθαι, εἰ ἦν ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν;

Κεφ. ις΄. Καὶ οὐκ οἴδασι πῶς εἰς ἑαυτῶν αἰσχύνην τοὺς λογισμοὺς τούτους ἐπισυνάγουσιν. Εἰ γὰρ διὰ τὸ ἠλλοιῶσθαι αὐτὸν παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν ἐνεδύσατο σάρκα, καὶ ἐν αὐτῇ πέπονθε, καὶ ἐσταυρώθη, δειξάτωσαν ἡμῖν τί τῶν ἄλλων πνευματικῶν κτισμάτων, καί τοί γε ὄντων, ἐνεδύσατο σάρκα· οὐ γὰρ δύνανται μὴ οὐχ ὁμολογεῖν τὸν υἱὸν ὑπὲρ πάντα. Κἄν τε κτίσμα αὐτὸν λέγοιεν, ὁμολογοῦσιν αὐτὸν ὑπὲρ ὅλα τὰ κτίσματα αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ὡς χαριζόμενοι αὐτῷ βούλονται [1] αὐ-

7. χείρω codd. mss. et ed. pr. 2. In cod. Rhedig. prius videtur fuisse θεός.
Cap. XV. — 1. φησι codd. mss.

niat, *Exsurgat deus, et dissipentur inimici eius*, cum interim domestici esse videantur. Verum nullus est domestico hoste deterior. *Inimici enim hominis omnes domestici eius.* Quod ipsum fortassis et in istis locum habet. Psalm. 67, 2. Matth. 10, 36

Nam rapidorum canum more tanquam in inimicos insiliunt. Ita vero iactare et interrogare solent: Quid dicis de dei filio? Haec nimirum illorum artificia sunt, quibus virus suum simpliciorum animis instillant. Quamquam quid ad haec adiici potest, postquam dei filius appellatus est? O homines apud semetipsos sapientes, et opinione sua ac specie tenus eruditi! Quid est quod ad nomen Iesu possit accedere, nisi legitimus patris filius, ab eoque productus dicatur, nec ulla ratione diversus? Sed subinde cum risu ac ludibrio sic invadunt: Quomodo a deo esse potest? Quod si quispiam sciscitetur, sitne filius necne, verbo quidem filium esse confitentur, reipsa vero ac sententia negant, eumque spurium omnino, nec germanum affirmare student. Nam si, inquiunt, a deo est, eumque deus ex sese genuit, hoc est propria ex hypostasi aut essentia, vel tumore distentus est, vel sectus, vel in generando dilatatus aut contractus est, aut aliquam earum affectionum quae corporis propriae sunt sustinuisse dicendus est. Sed ridiculi plane sunt, dum naturam suam ac conditionem in deum transferunt, eumque ex seipsis fingere et adumbrare conantur. Nihil enim inest istarum rerum deo, qui quidem spiritus est, et unigenitum filium arcana quadam ratione genuerit, quae nec explicari verbis possit nec cogitatione comprehendi, et ab omni labe ac macula remotissima sit. Verum instant, et, Si ex ipsius, inquiunt, essentia prodierit, quomodo iudicii diem et horam, ut ipse testatur, ignorat? *De die*, inquit, Marc. 13, 32. *illo et hora nemo novit, neque angeli, neque filius, nisi solus pater.* Ad haec si ex patre est, quomodo descendit ad carnem? aut quae nulla re capi continerique natura potest, carnem induit, si naturaliter a patre processit? Cap. XV.

Nec illud intelligunt, quanta sua cum infamia istiusmodi cogitationes suscipiant. Nam si propter ea quod a patris essentia diversus est carnem induisse dicitur, in eaque passus et cruci suffixus, velim illud nobis ostendant, quaenam ex spiritalibus creaturis alia (esse enim quasdam non dubium est) carnem sumpserit. Neque enim inficiari possunt filium dignitate reliquis omnibus antecellere. Ac tametsi creaturam illum esse dicant, nihilominus omnibus ipsum Cap. XVI.

Cap. XVI. — 1. αὐτῷ *cod. Rhedig.*

τὸν θεραπεύειν λόγῳ, ὥςπερ χειρὶ μιᾷ μὲν παίοντες, τῇ δὲ ἄλλῃ ἀλείφοντες. Τοῦτο γὰρ θέλουσιν ὥςπερ ἐξ ἰδίας προαιρέσεως αὐτῷ προςχαρίσασθαι, καὶ λέγουσι, Κτίσμα μὲν λέγομεν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, καὶ ποίημα, καὶ οὐχ ὡς ἓν τῶν ποιημάτων, καὶ γέννημα, καὶ οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων· ἵνα ἐν τῷ εἰπεῖν, Οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, ἀποστερήσωσιν αὐτὸν τῆς κατὰ φύσιν γεννήσεως, καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, Οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ἵνα ἀληθινὸν κτίσμα αὐτὸν ἀποφάνωσιν. Οἷον γὰρ ἐὰν ᾖ κτίσμα, κτίσμα ὑπάρχει, κἂν τε [2] μυριανταπλάσιον ἐπάνω εἴη ὄνομα ἔχον, τὸ αὐτό ἐστι τοῖς πᾶσι κτίσμασιν ἐξισαζόμενον. Οὐ γὰρ ὅτι ἥλιος φαιδρότερος τῶν ἄλλων ἐστὶ, δύναται μὴ εἶναι κτίσμα, ὥςπερ καὶ ὁ λίθος. Οὐδὲ ὅτι ἡ σελήνη ὑπερπαίει τὰ ἄστρα, παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστι τῶν κτισμάτων. Ἰδοὺ γὰρ τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. Ὅσα γὰρ ἔστιν, ἐξ αὐτοῦ ἐστιν ἐκτισμένα καὶ δοῦλα, ὁ δὲ μονογενὴς ἀλήθειά ἐστι, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ [3] ἀλήθεια ὑπάρχει, ὡς ἔφη, Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ,
pag. 740. ἀληθῶς μαθηταί μού ἐστε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Εἰ δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ ἀλήθεια ὑπάρχει, καὶ ἐλευθεροῖ τοὺς ἐλευθερομένους, πόσῳ γε μᾶλλον αὐτὸς ἐλεύθερος ὑπάρχει, ἀλήθεια ὢν, καὶ ἐλευθερῶν τοὺς αὐτῷ πειθομένους ὄντας δούλους; διὰ τὸ σύμπαντα δοῦλα εἶναι αὐτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτοῦ.

Κεφ. ιζ'. Εἶτα πάλιν λέγουσι, Πῶς ἐνεδήμησεν εἰς σάρκα, εἰ ἦν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας; εἴπωσι τοίνυν ἡμῖν πῶς ἄγγελοι σάρκα οὐκ ἔλαβον, ὄντες δοῦλοι αὐτοῦ; πῶς ἀρχάγγελοι; πῶς στρατιαί; πῶς τὰ ἄλλα πάντα τὰ πνευματικά; Ἀλλὰ καὶ ὑποδεέστερόν φασιν εἶναι οἱ τοιοῦτοι τὸ πνεῦμα, καὶ κτίσμα κτίσματος, ὡς αὐτοῦ τοῦ λόγου. Πῶς οὖν τὸ πνεῦμα οὐκ ἔλαβε σάρκα, δυνάμενον ἔχειν πρόσωπον τρεπτὸν [1] ὑπὲρ τὸν υἱὸν, κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον; Ἀλλ' ἐπειδὴ σοφία ἦν τοῦ πατρὸς, ηὐδόκησε δι' ἑαυτοῦ τῆς τελειότητος τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς ἀναλαβεῖν, ἵνα δι' ἑαυτοῦ πᾶσα σωτηρία τῷ κόσμῳ γένηται. Τὰ δὲ ἀγαθὰ εἰς κακὰ [2] μετατρέποντες ἀχαριστοῦσιν, ἀχάριστοι καὶ ἀγνώμονες, καὶ δεσπότου ἰδίου ὑβρισταὶ, καὶ βλάσφημοι. Τὰ δὲ ἄλλα λοιπὸν ὅσα λέγοντες ἠλαττωμένως φρονοῦσι. Πῶς δὲ ἐπείνασεν, εἰ ἦν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας; περὶ γὰρ τοῦ θεοῦ γέγραπται, Οὐ πεινάσει, οὐδὲ διψήσει, οὔτε ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ· οὗτος δὲ

2. *Eodem vocabulo usus est haer.* 70, 4. *V. Hasii v. cl. not. in Leon. Diac. p.* 486 *sq., ubi omnia* μύριος *vocabuli composita docte, ut solet, ac diligenter recensuit.*

3. ἀλήθεια codd. mss. ἀληθινὸς editi libri. *Cornarius transtulit*, et verbum ipsius veritas existit.

creaturis eius anteponunt, atque ita velut gratificandi caussa verbis tenus demereri ac conciliare student, perinde ac qui altera manu verberant, altera inungunt. Quippe illud ipsum suapte sponte velut beneficii loco tribuunt, atque ita dictitant: Nos creaturam quidem illum esse dicimus, sed non ceterarum creaturarum instar. Item opificium esse credimus, sed non cuiusmodi cetera opificia sunt. Foetum insuper, non ut foetus alii sunt. Ut cum celerorum quae gignuntur non instar esse dixerint, naturalem ei generationem detrahant, et cum minime alicuius ex creaturis similem asseruerint, veram illum creaturam esse definiant. Nam cuiusquemodi creatura aliqua sit, creatura tamen est, ac licet infinitis partibus praestantius nomen obtineat, cum reliquis nihilominus creaturis adaequari necesse est. Nam neque sol, quod reliqua splendore superet, idcirco creatura non esse potest, perinde ac lapis. Neque quod luna stellis splendidior sit, ob id a creatarum rerum numero secernitur.
Ecce enim, ait scriptura, *omnia serviunt tibi;* quod quaecumque de- Psalm. 118, 91.
mum existunt, ab eo creata sunt, eique serviunt: unigenitus vero
filius veritas est, ac verum verbum. Id quod ipse testatur. *Si,* Ioann. 8, 31.
inquit, *manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.* Cum enim dei verbum veritas sit, eisque qui in libertatem asseruntur illam ipsam libertatem tribuat, quanto magis erit ipse liber, utpote qui sit veritas, eosque in libertatem ex servitute vindicet qui sibi ipsi morem gerant? Quoniam omnia tam ipsi quam eius patri, spiritui sancto serviunt.

Sed illud obiiciunt: Quomodo se infudit in carnem, si ex pa- Cap.
tris essentia processit? Dicant et ipsi cur angeli, qui ipsius servi XVII.
sunt, carnem minime susceperint, cur nec archangeli, nec coelestes exercitus, nec reliqui omnes spiritus? Quid quod et iidem inferiorem esse filio spiritum affirmant, et alterius creaturam, nempe verbi? Cur non igitur carnem spiritus induit, cum ex Arii sententia multo magis sit illius quam filii persona mutabilis? Verumenimvero quod ille sapientia patris esset, suamet ipsius perfectione imbecillitatem nostram suscipere voluit, ut huius mundi salus illius beneficio compararetur. At illi bona in mala commutantes ingratos sese praebent, tanti beneficii immemores, atque in dominum suum contumeliosi penitus et iniurii. Eodem modo et in ceteris ita de eo sentiunt ut divinam in eo dignitatem imminuant. Quinam, inquiunt, esuriit, si ex patris essentia prodiit? De deo quippe scriptum est,
Non esuriet, neque sitiet, neque est investigatio sapientiae illius: hic Isa. 40, 28.

Cap. XVII. — 1. *Verba* ὑπὲρ τὸν υἱὸν *absunt a cod. Rhedig.*

2. μετατρέποντος *editorum librorum est vitium.*

καὶ ἐπείνασε καὶ ἐδίψησε. Πῶς κέκμηκεν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ἐκάθισε, [3] καὶ ὅτι ὁ θεὸς οὐ κοπιάσει; πῶς δὲ, φησὶ, εἶπεν, Ὁ ἀποστείλας με πατήρ μου μείζων μού ἐστιν; ἄλλος γὰρ ὁ ἀποστέλλων, ἄλλος δὲ ὁ ἀποστελλόμενος. Καὶ δῆλον ὅτι ὁ πατὴρ οὐκ ἔστιν ὁ υἱὸς, καὶ ὁ υἱὸς οὐκ ἔστιν ὁ πατήρ. Οὐ γὰρ κατὰ τὸν Σαβέλλιον ἡμεῖς λέγομεν, τὸν λέγοντα υἱοπάτορα εἶναι· [4] ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι, Ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀποστείλας με, καὶ, Ἀπέρχομαι πρὸς τὸν θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν, πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, εἶπε, καὶ οὐκ ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας οἱ μαθηταὶ κατὰ φύσιν ἐγεννήθησαν, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Πατέρα ὑμῶν.

Πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. Εἰ γὰρ ὀνόματι μόνον καλεῖται, καὶ οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν, οὐδὲν διαφέρει τῶν ἄλλων πάντων κτισμάτων, κἄν τε ἐν ὑπεροχῇ ἀξιώματος ὑπάρχει. Οὐ
pag. 741. γὰρ ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπερέχει τῶν ἐπάρχων καὶ στρατηλατῶν, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ὁμοιοπαθὴς τῶν ἄλλων, καὶ σύνδουλος τῆς αὐτῆς κτίσεως, θνητός τις ὢν, ὥςπερ καὶ οἱ ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀρχόμενοι. Καὶ οὐχ ὅτι ὁ ἥλιος ὑπερέχει τῶν ἄλλων ἄστρων, καὶ ἡ σελήνη ἐν μέρει, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ εἰσιν ὑποτεταγμένα στοιχεῖα, καὶ τῇ τοῦ ἑνὸς διατάξει δημιουργοῦ τε καὶ κτιστοῦ, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ὑπείκοντα. Καὶ οὐχ ὅτι ἄγγελοι [5] ὑπερέχουσι τῶν ὁρατῶν, καὶ ἐν τάξει τῶν ἄλλων μείζους πάντων εἰσὶν, οἷα δὴ ἀόρατοι κτισθέντες, καὶ τὸ πρῶτον γέρας τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας ἀποκαρπούμενοι ἐν ὕμνοις διηνεκέσι, καὶ ἀθάνατοι κατὰ χάριν ὑπ᾽ αὐτοῦ κτισθέντες, καὶ οὐ κατὰ φύσιν, ἀθάνατοί τε φύσιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἀθανάτου, καὶ ὄντος ἐν [6] ἑαυτῷ ζωὴ καὶ ἀθανασία, καταξιωθέντες γενέσθαι, οὐ παρὰ τοῦτο οὔκ εἰσι φόβῳ καὶ τρόμῳ καὶ ὑπὸ ἀπολογίαν καὶ ἐξέτασιν καὶ κέλευσιν καὶ προςταγὴν τῆς ἁγίας θεότητος δεδουλωμένοι.

Κεφ. ιη΄. Ἔνθεν γάρ ἐστι τὸ ζητούμενον τῆς ἀληθείας ἀκρίβασμα, τὸν υἱὸν μὲν λέγειν, λέγειν δὲ καὶ ἔχειν οὐχ ἁπλῶς [1] ὀνόματι, ἀλλὰ υἱὸν κατὰ φύσιν υἱόν. Καὶ ἐν ἡμῖν γὰρ πολλοὶ καλοῦνται υἱοὶ, μὴ ὄντες ἡμῶν υἱοὶ κατὰ φύσιν· οἱ δὲ ἀληθινοὶ υἱοὶ οἱ γνήσιοι καλοῦνται, οἱ κατὰ φύσιν ὑφ᾽ ἡμῶν γεγεννημένοι. Καὶ εἰ μὲν οὖν υἱὸς μόνον ἐκαλεῖτο ὡς καὶ πάντες ἐκλήθησαν υἱοὶ θεοῦ, ἄρα οὐδὲν διαλλάττει τῶν ἄλλων, καὶ πῶς ὡς θεὸς προςκυνεῖται; ἔδει οὖν καὶ [2] τὰ ἄλλα πάντα, ἐφ᾽ οὓς

3. *Excidit post* καὶ *fortasse* λέλεκται, *aut* γέγραπται.

4. ἐπειδὴ *correxi; libri enim habent* εἰ μὴ, *quod sententiae plane refragatur.*

5. ὑπάρχουσι *mendose extat in editis.* ὑπερέχουσι *tuentur libri manu exarati ambo.*

6. αὐτῷ *cod. Rhedig.*

Cap. XVIII. — 1. ὀνόματι, ἀλλὰ *codd. mss. et ed. princ.* ὄνομά τι, ἀλλὰ *ed. Pelav.*

autem et esuriit, et sitivit. Fatigari deinde ex itinere aut sedere quomodo potuit, cum scriptum sit, ***Deus non laborabit?*** Cur vero ipse dixit, ***Qui misit me pater maior me est?*** Alius est enim qui mittit, alius qui mittitur. Nec obscurum est patrem non esse filium, neque filium esse patrem. Non enim assentiri Sabellio possumus, qui filium patrem quasi unum eundemque constituit. Alioqui non diceret, ***Alius est qui misit me***, et, ***Vado ad deum meum, et deum vestrum, patrem meum et patrem vestrum.*** Neque vero ex divina essentia naturaliter geniti sunt discipuli: et iis tamen dixit, ***Patrem vestrum.***

Ibid.

Ioann. 14, 28.

Ioann. 20, 17.

Verum qui ista iactitant intolerabili quodam furore et amentia feruntur. Etenim si solo nomine dicitur, nec natura filius est, quantumvis dignitate superet, nihil ab reliquarum creaturarum conditione distat. Nam et rex licet praefectis, ac militum magistris antecellat, non ideo non eiusdem est cuius ceteri conditionis, aut non eadem cum illis servitute continetur, tanquam ex eadem creatione derivatus, et mortalis non secus ac qui sibi subiecti sunt. Similiter ex eo quod sol aut luna sideribus praestant reliquis, non idcirco obnoxia esse elementa desinunt, et unius conditoris, et artificis, patris ac filii et spiritus sancti moderatione subiecta. Neque quod angeli rebus omnibus aspectabilibus, adeoque creatis omnibus ordine ac dignitate praestantiores sunt, utpote qui sub aspectum cadere nequeant, et primum cultus erga divinum numen et obsequii locum ac dignitatem obtineant, quem assidue hymnis ac laudibus celebrant, e quo et immortales non natura sunt, sed gratia conditi, ab eo qui immortalis est, et in sese vita ipsa est et immortalitas, immortalitate donati, non tamen propterea non metu ac tremore ita continentur ut exigendae a se rationi ac divinae maiestatis inquisitioni imperioque subiecti sint.

Hinc igitur accurata illa, de qua quaestio est, veritatis repetenda ratio, ut cum filium dicimus non nudum penes illum residere vocabulum existimemus, sed esse natura filium. Quippe ex usu quoque nos plerosque filios nominamus, qui natura nequaquam filii nostri [illegible]. At veri filii germani dicuntur: qui naturali a nobis generatione prodeunt. Quod si filius duntaxat ea ratione verbum nominatur, qua ceteri omnes filii dei vocati sunt; nihil igitur ab aliis discrepabit. Quare cur tanquam deus adoratur? Nam et

Cap. XVIII.

2. ***Mendum subest. Reponendum, ni fallor,*** τοὺς ἄλλους πάντας, ***ἐφ'*** ὧν, ***aut*** τῶν ἄλλων πάντα ἐφ' οὗ. ***Cornarii versio,*** Oportebat igitur etiam alios omnes, de quibus nomen adoptionis dicitur, velut ipsum adorari, ***sui auctorem non aliter censuisse probat.***

τὸ ὄνομα τῆς υἱοθεσίας ἐπικέκληται, κατ᾽ αὐτὸν προςκυνεῖσθαι, ἐπειδὴ υἱοὶ θεοῦ προςαγορεύονται. Ἀλλὰ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔχει οὕτως, ἀλλ᾽ οἶδεν ἀεὶ ἕνα μονογενῆ υἱὸν θεοῦ, ᾧ πάντα λατρεύει καὶ προςκυνεῖ, καὶ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. Ἀλλ᾽ οὔτε τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξισοῦται τοῖς ἄλλοις πνεύμασιν, ἐπειδὴ ἕν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Οὗτοι δὲ βούλονται αὐτὸ εἶναι κτίσμα κτίσματος. Φασὶ γὰρ ὅτι, Πάντα δι᾽ αὐτοῦ γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Ἄρα, φασὶ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τῶν ποιημά-
pag. 742. των ὑπάρχει, ἐπειδὴ πάντα δι᾽ αὐτοῦ γέγονε. Καὶ ἀγνοοῦσιν οἱ μάτην ἑαυτῶν τὴν ψυχὴν ἀπολέσαντες ὅτι ἄλλα ἐστὶ τὰ κτίσματα, καὶ ἄλλα [3]τὰ ἄκτιστα, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, εἷς θεὸς τριὰς ἐν ἀληθείᾳ, καὶ μονὰς ἐν ἑνότητι. Διὰ τοῦτο γὰρ ὅτι εἷς θεὸς, ὅτι οὐ δύο πατέρες, οὔτε δύο υἱοὶ, οὔτε δύο πνεύματα ἅγια· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἀλλότριος ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος, καὶ οὐκ ἀλλότριον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ᾽ ὁ μὲν υἱὸς μονογενὴς γεγεννημένος ἀνάρχως, [4]ἀχρόνως, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα, ὡς οἶδεν αὐτὸς ὁ πατὴρ καὶ ὁ μονογενὴς, οὔτε γεννητὸν, οὔτε κτιστὸν, οὔτε ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλ᾽ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Τὸ πνεῦμά μου γὰρ, φησὶ, ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν· καὶ, Ἔχρισε τὸν Χριστὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Εἰ αὐτὸς ὁ μονογενὴς χρίεται ἐν πνεύματι, τίς ἐγκαλέσει τῇ ἁγίᾳ τριάδι;

Κεφ. ιθ΄. Εἶτα πάλιν φησὶ ὁ μανιώδης Ἄρειος, Πῶς εἶπεν ὁ κύριος, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ θεός· ὡς αὐτοῦ ἀρνουμένου τὴν [1]ἀγαθότητα. Καὶ τίς ἄλλος [2]οὕτως ἀγαθὸς ὡς ὁ μονογενής; ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ἀντίλυτρον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Καὶ οὐκ οἴδασι θεοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀγαθότητα, οὔτε τὴν οἰκονομίαν τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας, ψυχικοὶ ὄντες καὶ σαρκικοὶ, [3]ἀνακρινόμενοι ἀπὸ ἁγίου πνεύματος, κοῦφοι ὄντες ἀπ᾽ αὐτοῦ, μὴ ἔχοντες τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεὰν, τὴν σοφίζουσαν πάντα ἄνθρωπον. Πάλιν δὲ αἰτοῦνται αὐτὸν, φησὶ, οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου διὰ τῆς αὐτῶν μητρὸς τὸ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἕνα καθίσαι ἐκ δεξιῶν καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων. Καὶ ἔφη αὐτοῖς, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε· δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ μέλλω πίνειν; αὐτῶν δὲ φησάντων, Ναὶ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ [4]ἀριστερῶν, οὐκ

3. τὰ ἄκτιστα *rescripsi pro* τὰ κτιστὰ, *quod extat in libris omnibus. Petavius annotavit in margine* „Nisi mendum est, κτιστὰ pro κτίζοντα posuit.“ *Cornarius vertit* quod aliae sunt creaturae, et alii creatores.

4. καὶ ἀχρόνως *cod. Rhedig.*

Cap. XIX. — 1. θειότητα *cod. Rhedig.*

2. οὕτως *om. cod. Rhedig.*

illi quoque omnes, ad quos nomen illud adoptionis convenit, adorandi illius opinione fuerant, cum dei filii nuncupentur. Atqui longe aliter sese veritas habet, quae singularem et unigenitum dei filium perpetuo coguovit, cui serviunt, quem adorant omnia: cui *omne* Philipp. 2, 10.
genu flectetur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Neque vero spiritus sanctus cum reliquis spiritibus adaequandus est; cum unus sit dei spiritus *a patre procedens et de filio accipiens.* At isti creaturae hunc esse creaturam asserunt. Sic enim obiiciunt: Cum *omnia per ipsum facta sint, et sine ipso factum sit nihil;* ergo Ioann. 1, 3.
etiam spiritus inter eius opera numerandus est: quoniam *per ipsum facta sunt omnia.* Sed miseri homines, qui temere animas suas perdunt, illud ignorant, aliud esse creaturas aliud creatorem ipsum, patrem, filium et spiritum sanctum unum deum, qui revera trinitas est, et in singularitate unitas. Quippe unus deus est, non duo patres, neque filii duo, vel duo spiritus sancti. Nec a patre alienus est filius, sed ab ipso genitus; nec alienus item spiritus sanctus. Ex quibus filius unigenitus sine ullo initio vel tempore genitus; spiritus autem sanctus eo modo quem pater et unigenitus cognoscunt neque genitus neque creatus a patre et filio, sed a patre procedens et de filio accipiens. *Spiritus enim meus,* inquit, *stat in medio ve-* Agg. 2, 5.
stri: et, *Unxit Christum in spiritu sancto.* Si unigenitus ipse spi- Act. 10, 38.
ritu sancto inunctus dicitur, quis sanctissimam trinitatem audebit incessere?

Cap. XIX.
Pergit vero furiosus atque amens Arius, et cur, inquit, dominus dixit, *Quid me dicis bonum? Unus est bonus deus?* quasi Luc. 18, 19.
bonitatem a se his verbis abiudicet. Quamquam quis alius bonitate cum unigenito dei filio comparandus est, qui semetipsum redimendis animabus nostris pretium obtulit. Usque eo divinam vim et bonitatem ignorant; nec illius sapientiae providentiam et administrationem intelligunt, animales homines, et in carnem altius immersi, qui a spiritu sancto diiudicati, illiusque inanes et vacui, eiusdem munere ac beneficio carent, quo mortales omnes eruditi sapientes evadunt. Praeterea cum filii, inquiunt, Zebedaei interventu matris suae ab illo postulassent ut in ipsius regno alter ad dexteram consideret, alter ad sinistram, ita illis respondit: *Nescitis quid petatis: potestis* Matth. 20, 22.
bibere calicem, quem bibiturus sum? Respondentibus illis, Possumus, subiecit, Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est

3. *Cornarius vertit* remoti a sancto spiritu. *Recte, ut mihi videtur, quamquam alterum verbi* ἀναχρίνειν *pro* ἀποχρίνειν *usurpati exemplum non suppetit. Erat cum suspicarer* ἀναχρουόμενοι.

4. ἀριστερῶν μου, οὐχ *cod. Rhedig.*

ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός. Εἶτά φησιν ὁ ἀπόστολος, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ὡς αὐτοῦ χρείαν ἔχοντος τοῦ ἐγείραντος αὐτόν· καὶ ὅτι, φησὶ, ἐφάνη ἄγγελος κυρίου ἐνισχύων αὐτὸν, ὅτι ἐν ἀγωνίᾳ γέγονε, καὶ ἵδρωσε, καὶ ὁ [5] ἱδρὼς αὐτοῦ γέγονεν αὐτῷ ὡς θρόμβοι αἵματος, ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγ-
pag. 743. γελίῳ, ὅτε ἀπελθὼν ηὔχετο μέλλων παραδίδοσθαι. Καὶ πάλιν ἐν τῷ σταυρῷ, φησὶν, ἔλεγεν, Ἠλὶ, ἠλὶ, [6] λημᾶ σαβαχθανὶ, τουτέστι θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Καὶ ὁρᾷς, φησὶ, ὡς ἐπιδέεται βοηθείας; Ἀλλὰ περὶ τοῦ λέγειν, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ ὅτι, Οἱ δύο ἕν ἐσμεν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσιν, [7] ὥςτε οὖν τὸ ἓν εἶναι πάντως οὐ κατὰ φύσιν λέγει, ἀλλὰ κατὰ ὁμόνοιαν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἀρνοῦνται ψυχὴν αὐτὸν ἀνθρωπείαν εἰληφέναι, αὐτὸ τοῦτο προκατασκευάζοντες. Σάρκα γὰρ ὁμολογοῦσιν ἀληθινὴν ἀπὸ Μαρίας αὐτὸν ἐσχηκότα, καὶ πάντα ὅσα ἔστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, χωρὶς ψυχῆς· ἵνα ὅταν ἀκούσῃς περὶ πείνης, ἢ δίψης, ἢ καμάτου, ἢ ὁδοιπορίας, ἢ ἱδρῶτος, ἢ ὕπνου, ἢ ἐμβριμήσεως, καὶ εἴπῃς ὅτι διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τούτων ἐπεδέετο, λέξουσί σοι ὕστερον ὅτι σὰρξ καθ' ἑαυτὴν ταῦτα οὐκ ἐνεργεῖ, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὴν ψυχήν. Καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι οὕτως ἐστί. Τί οὖν ἐστι, φησὶ, ἄλλο τι ἡ θεότης αὐτοῦ ἐπεδέετο; ἵνα ὅτε εἴπωσι τὴν θεότητα αὐτοῦ ἐπιδεομένην, ξένον ἀποφάνωσιν αὐτὸν καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ φύσεως ἀληθινῆς. Νομίζω δὲ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ ἀπὸ μιᾶς ἢ δύο μαρτυριῶν ἢ πέντε τῶν κακῶς παρ' αὐτοῖς ἐπινενοημένων καὶ ἐλεγχομένων καὶ ἀνατρεπομένων, τῆς πάσης ἀληθείας κηρυττομένης καὶ σαφῶς ἐν τῇ πίστει τῆς ὀρθοδοξίας βεβαιουμένης, ἐλεγχθήσονται παρὰ τοῖς προειρημένοις, νοῦν θεϊκὸν κεκτημένοις, κἂν τε μετὰ ταύτας τὰς ἐπιλύσεις ἐπινενοημένας λέξεις [8] μυρίας ἄλλας ἐνέγκωσιν. Ἀπὸ γὰρ τῶν ὀλίγων αἱ πλεῖσται λυθήσονται, τὴν ἴσην δύναμιν φέρουσαι.

Κεφ. κ'. Καὶ ἄρξομαι πρῶτον τοῦ λέγειν, ὅθεν διέλαβον κακῶς φυτεύειν τῆς πικρίας αὐτῶν ῥίζαν τοῦ λόγου, τοῦ ὑπὸ Σολομῶντος εἰρημένου, τὸ, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Καὶ οὐ πάντως [1] που ἐβεβαίωσε γραφὴ, οὐδὲ ἐμνήσθη τις τῶν ἀποστόλων τῆς λέξεως ταύτης, ἵνα παραγάγῃ αὐτὴν εἰς ὄνομα Χριστοῦ. Ὥςτε οὖν οὐ πάντως περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ λέγει, κἄν τε εἴπῃ ὅτι, Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην. Πόσαι γάρ εἰσι καταχρηστικῶς λεγόμεναι θεοῦ σοφίαι; μία δὲ ὁ μονογε-

5. ἱδρὸς codd. mss., uti supra haer. 66, 27. 6. λημᾶς ἀβαχθανὶ cod. ms. uterque et ed. princ., hic et infra capp. 49. 61. 66.,

a patre meo. Ad haec apostolus scribit, *Deus suscitavit illum a* Rom. 10, 9.
mortuis, tanquam suscitante aliquo opus fuerit. Quinetiam *apparuit* Luc. 22, 43.
illi angelus domini confortans ipsum: nam in agonia constitutus sudavit, et sudor eius velut grumi sanguinis decidit, ut Lucae evangelio proditum est, cum in secessu paulo antequam Iudaeis traderetur oraret. Sed et in cruce dicebat, inquiunt, *Eli, eli, lama sa-* Marc. 15, 34.
bacthani, hoc est deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? Vides, aiunt, quemadmodum alterius opem desideret? Quod vero ad illa verba pertinet, *Ego in patre et pater in me est*, itemque, Ioann. 14, 10.
Duo unum sumus, ut et ipsi unum sint, ita, inquiunt, unum se esse Ioann. 17, 22.
dicit, ut non ad naturam, sed ad voluntatum concordiam sit unitas illa referenda. Neque hoc errore contenti negant insuper humana illum anima praeditum fuisse. Quod certo consilio ita praestruunt ut veram ex Maria virgine carnem reliquaque quae sunt hominis propria illum accepisse fateantur, si unam animam excipias; nimirum ut cum famem, aut sitim, aut labores, itinera, sudorem, somnum, indignationem audieris, ac dixeris propter humanam quam assumpserat naturam opus illis habuisse, statim obiicere possint per sese haec praestare carnem, nisi anima praedita sit, non posse. Et quidem vere hoc ab illis dicitur. Quid est igitur, inquiunt, aliud quam quod his omnibus illius divinitas indigebat? Ut cum indigere divinitatem ipsius dixerint velut peregrinum eundem pronuntient, et a patris essentia ac natura prorsus alienum. Ego vero ita omnino statuo, postquam pauca illa perperam ab his excogitata et intellecta testimonia refutata eversaque fuerint, cum veritas omnis manifeste praedicata atque in orthodoxa fide et religione corroborata fuerit, apud prudentes et sapientes viros divinaque mente praeditos nullo negotio convincendos esse, quantumvis post illorum locorum dissolutionem infinitas alias arcessitas undique sententias in medium afferant. Siquidem ex paucis quamplurimae, quae eandem vim habent, explicabuntur.

Exordiar igitur ab illo Salomonis dicto, quam amarissimam Cap. XX.
dogmatis sui radicem serere posse sibi persuaserunt, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua.* Quem locum nusquam scriptura repetendo confirmavit, aut apostolorum quisquam commemoravit, ut ad Christum accommodaret. Quamobrem de filio dei nullomodo loquitur, quamvis ista subiiciat: *Ego sapientia habitavi* Prov. 8, 12.
in consilio et scientia, et intelligentiam advocavi. Quam enim multae quodam vocis abusu dei sapientiae nominantur! Sed una est

et alibi.
7. *Ante* ὥςτε οὖν *aliquid excidisse puto.*
8. εἰς μυρίας *cod. Rhedig.*
CAP. XX. — 1. ποῦ *editi.*

pag. 744. νῆς, οὐχὶ καταχρηστικῶς λεγόμενος, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ. Τὰ πάντα γὰρ θεοῦ σοφία. Καὶ ὅσα ἔστιν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, σοφία ἐστὶν, ἄλλη δὲ ἰδιάζουσα, καὶ ὑπὲρ πάντα οὖσα, τουτέστιν ὁ μονογενὴς, ὁ μὴ καταχρηστικῶς ὢν σοφία, ἀλλ' ἀληθείᾳ, ὁ σὺν πατρὶ ἀεὶ ὢν, ὁ δύναμις ὢν θεοῦ καὶ σοφία κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἡμῖν δὲ Χριστὸς δύναμις θεοῦ, καὶ θεοῦ σοφία. Ἔστι δὲ σοφία πένητος ἐξουθενημένη, καὶ, Ἐπειδὴ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος τὸν θεὸν, ηὐδόκησε διὰ τῆς μωρίας τοῦ εὐαγγελίου σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, καὶ, Ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου, καὶ, Ἔδωκεν ὁ θεὸς καρδίαν τῷ Σολομῶντι, ὡς τὸ χύμα τῆς θαλάσσης, καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς Ἐνάκ· καὶ, Ἔδωκεν ὁ θεὸς τῷ Βεσελεὴλ σοφίαν, καὶ ἐνέπλησεν ὁ θεὸς σοφίας [2]τὸν Οὐρί. Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ σοφίας λέγειν, καὶ, Ποῖος ἔστι τόπος φρονήσεως, καὶ ἡ σοφία πόθεν εὑρέθη; Κἄν τε οὖν αὕτη ἡ ᾀδομένη σοφία λέγῃ, Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην· δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην, καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς· ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ, καὶ οἱ ἐμὲ ζητοῦντες εὑρήσουσί με· πλοῦτος καὶ δόξα ἐμοὶ ὑπάρχει, καὶ κτῆσις πολλῶν, καὶ δικαιοσύνη, ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης περιπατῶ, καὶ ἀναμέσον ὁδῶν δικαιώματος ἀναστρέφομαι, ἵνα μερίσω τοῖς ἀγαπῶσί με ὕπαρξιν, καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν ἐμπλήσω ἀγαθῶν· ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, καὶ τὰ ἑξῆς, — δῆλον ὅτι βουλομένων τινῶν ἀντιλέγειν τῇ λέξει, ἀνθυποφορᾷ χρῶνται οἱ δι' ἐναντίας διὰ τὸ ὄνομα τῆς σοφίας καὶ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου τοῦ λέγοντος, Κύριος ἔκτισέ με, καὶ τῷ εἰπεῖν, Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, ὅτι, ἰδοὺ, ἡ σοφία ἀπαρχῆς ἑαυτὴν ὀνομάσασα, καὶ προβαίνουσα καθ' ἑξῆς ἑαυτὴν σημαίνει λέγουσα, Κύριος ἔκτισέ με. Ἰδοὺ γὰρ, λέγει ἄνω, Ἐγὼ ἡ σοφία, καὶ κάτω λέγει, Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινό-
pag. 745. μενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι, καὶ τί φησι, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ;

Κεφ. κα'. Ἔφημεν δὲ ὅτι πολλαί τινες αἱ καταχρηστικῶς κατὰ καιρὸν ἐκ θεοῦ δοθεῖσαι σοφίαι, ὅτι πάντα ὁ θεὸς ἐν σοφίᾳ ἐπιτελεῖ. Μία δέ ἐστιν ἡ οὖσα σοφία τοῦ πατρὸς, καὶ ἐνυπόστατος θεὸς λόγος. Αὐτὸ

2. τὸν codd. mss. τῶν editi.

prae omnibus qui unigenitus appellatur, quaeque hoc nomen re ipsa, non vocis abusione, sibi vindicat. Etenim omnia quae ad deum pertinent sapientia sunt, quaeque ab illo proficiscuntur, sed alia tamen est proprie dicta, omniumque suprema, dei videlicet unigenitus filius, qui non accommodatione vocis, sed ex rei veritate sapientia dicitur, qui est cum patre perpetuo, *utpote dei virtus et sapientia*, quemadmodum scriptum est, *Nobis autem Christus dei virtus et* 1.Cor. 1, 24.
dei sapientia: item, *Sapientia vero pauperis est contempta: quoniam* Eccl. 9, 16.
in sapientia dei non cognovit mundus deum, placuit per stultitiam 1.Cor. 1, 21.
evangelii salvos facere credentes: et, *Stultam fecit deus sapientiam* 1. Cor. 1, 20.
mundi huius: item, *Dedit deus cor Salomoni, tanquam latitudinem* 3. Reg. 4, 29.
maris, et sapientior erat filiis Enac: item, *Dedit deus Beseleeli sa-* Exod. 31, 2.
pientiam: implevit deus sapientia filium Uri. Plura de sapientia commemorari possunt; cuiusmodi illud est: *Quis est locus prudentiae?* Iob. 28, 12.
et sapientia unde inventa est? Cum igitur haec ipsa quae celebratur sapientia dicat, *Ego sapientia habito in consilio et scientia, et* Prov. 8, 12.
intelligentiam advocavi; per me reges regnant, per me magnates amplitudinem consequuntur, et dynastae iusta describunt, et principes terrae dominantur: ego diligentes me diligo, et qui me quaerent invenient me: divitiae et gloria mihi suppetunt, et possessio multa, et iustitia: in via iustitiae ambulo, et in medio viarum iustitiae versor, ut dividam diligentibus me substantiam, et thesauros illorum repleam bonis: si nunciavero vobis quae quotidie fiunt, commemorabo quae a seculo sunt, ut numerem: Dominus creavit me initium viarum suarum, in opera sua: ante seculum fundavit me initio, antequam terram faceret, et antequam crearet abyssos, antequam prodirent fontes aquarum, et antequam montes firmarentur, ante omnes colles genuit me etc. Cum haec igitur sapientiae tribuantur, manifestum est, cum adversus allatum hunc locum aliquid obiicitur, occurrere statim adversarios tam nomine ipso sapientia quam sermonis consequentia fretos, *Dominus creavit me*, tum quod additum sit, *Ego sapien-* Prov. 8, 22.
tia habito in consilio. Ecce, inquiunt, sapientia, quae semetipsam initio nominavit, deinceps progressa se ipsam significat, dicens, *Dominus creavit me.* Nam et ante dixit, *Ego sapientia*, et paulo post, *Si nuntiavero vobis quae quotidie fiunt, commemoravero quae a seculo sunt, ut enumerem.* Cur igitur dicit, *Dominus creavit me initium viarum suarum?*

Sed nos antea monuimus multa esse sapientiae genera, quae Cap. XXI.
identidem a deo tibuuntur, quibus haec appellatio abusione quadam convenit. Quippe deus omnia sapientia perficit. Sed unica tamen

γὰρ τὸ ῥῆμα οὐ πάντως ἀναγκάζει με περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ λέγειν· οὐ γὰρ ἐδήλωσεν, [1] οὐδέ τις τῶν ἀποστόλων ἐμνημόνευσεν, ἀλλ᾽ οὔτε τὸ εὐαγγέλιον. Εἰ δὲ ἄρα περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦτο ἐλαμβάνετο, οὐκ ἔστι ταὐτὸν τὸ ῥῆμα, οὔτε πρὸς εὐθεῖαν κρίσιν κείμενον. Ὅλη γὰρ ἡ βίβλος ποροιμίαι εἰσί. Πᾶν δὲ τὸ παροιμιαζόμενον οὐ ταὐτόν ἐστι τῇ δυνάμει, ἀλλὰ ἄλλῃ μὲν ῥήσει διηγεῖται, ἄλλῃ δὲ δυνάμει ἀλληγορεῖται. Εἰ τοίνυν τοῦτο λέγει, καὶ τολμῶσί τινες ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦτο φέρειν, μὴ γένοιτο· ἐπὶ τῇ θεότητι αὐτοῦ τοῦτο οὐ φέρεται τὸ ῥῆμα. Εἰ δὲ δύναται ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ πληροῦσθαι παρουσίᾳ (ἐπειδὴ γὰρ αὐτὴ ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ τὸν οἶκον), καὶ εἰ ἄρα ἀπὸ προςώπου τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως, εὐσεβῶς λεχθείη, ὡς ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ παρουσία περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος φάσκει, τὸ, Κύριος ἔκτισέ με, τουτέστιν ᾠκοδόμησέ με ἐν γαστρὶ Μαρίας, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. [2] Ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν τῆς καθόδου Χριστοῦ εἰς τὸν κόσμον τὸ σῶμα ἐκ Μαρίας τὸ ληφθὲν ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης καὶ σωτηρίας. Ἀλλὰ πάντως προπηδήσειεν ὁ τὴν καρδίαν βεβλαμμένος, καὶ τὴν δεινὴν ταύτην πληγὴν πεπληγμένος, περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἔχων τὴν ἔχθραν ἐν τῇ διανοίᾳ, ὅτι, φησὶ, εἶπεν, Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ᾽ ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος [3] ἀριθμῆσαι. Καὶ ὁρᾷς ὅτι Ἐξ αἰῶνος λέγει· ἡ δὲ ἔνσαρκος θεοῦ παρουσία μετὰ ἑξήκοντα δύο γενεὰς κατὰ τὸν Ματθαῖον ἦλθε. Πῶς οὖν δύναται τὰ ἐξ ἀρχῆς αἰῶνος τούτῳ λέγεσθαι;

Κεφ. κβ'. Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ τὴν πᾶσαν ὁδὸν τῆς ἀληθείας πεπλανημένοι ὅτι ἀεὶ ἡ θεία γραφὴ πάντα ὅσα βούλεται διδάσκειν [1] εἰ ἄρχεται διηγεῖσθαι, οὐκ εὐθὺς εἰς τὸ ἀρχαΐζον, καὶ ὡς εἰπεῖν εἰς τὸ κεφάλαιον ἐπιβάλλεται, [2] ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἐγγυτάτων ἄρχεται, ἵνα τὸ προὸν ἔσχα-
pag. 748. τον [3] σημάνῃ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ εἶπεν, Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ᾽ ἡμέραν γινόμενα, ἀπὸ τούτων δὲ [4] μνημονεύω καὶ τὰ ἐξ αἰῶνος. Ὡς καὶ τῷ Μωϋσῇ ἐσήμανεν ὁ θεὸς πρῶτον τὸ πῦρ καιόμενον, καὶ ἐν πυρὶ βάτου γέγονεν ἡ ὀπτασία τὸ ἔναγχος, ἄγγελος δὲ αὐτῷ λελάληκεν εὐθέως, μετέπειτα δὲ κύριος ἀπὸ τῆς βάτου. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν εὐθὺς οὐ τὰ ὁρώμενα ζητεῖ, ἀλλὰ τὰ ἀπαρχῆς ἐρωτᾷ. Δεῦρο γάρ φησι, ἀποστείλω σε πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς

Cap. XXI. — 1. *Vide ne sit reponendum* οὔτε τις - - ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ εὐαγγέλιον.
2. ἀρχὴν *editi invitis scriptis libris.*
3. [καὶ] ἀριθμῆσαι *ed. Petav. At tam scripti libri quam editi solum* ἀριθμῆσαι *habent, sine* καί.

Cap. XXII. — 1. εἰ ἄρχεται *ego. Libri habent solum* ἄρχεται.
2. ἀλλὰ *cod. Rhedig.*

ac singularis est illa patris sapientia ac subsistens dei verbum. Neque vero illo sapientiae vocabulo constringor, ut ad dei filium referri putem oportere. Non enim id aut a Salomone significatum, aut ab apostolo aliquo declaratum, aut in evangelio est expressum. Quod si dei filio utcumque accipiendum videtur, non est tamen eadem vocabuli vis, neque ex simplici verborum sono de eo iudicandum est. Nam cum totus ille liber ex proverbiis contextus sit, quicquid autem per proverbium effertur, aliud verbis prae se ferat, aliud sensu ipso per allegoriam significet, si fuerit illa, quam isti putant, Salomonis mens, et ad dei filium referre nonnulli audeant, primum de divinitate ipsius intelligere omnino nefas est. Deinde si forte ad assumptam ab eo hominis naturam convenire poterit (quandoquidem, *Sapientia ipsa sibi domum extruxit*); quod si ita est, ab humana na- Prov. 9, 1.
tura dictum existimari salva pietate potest, quae de divinitate sua loquatur, *Dominus creavit me,* hoc est, Aedificavit me in utero Mariae, *initium viarum suarum, in opera ipsius.* Initium quippe viarum et adventus in hunc mundum Christi corpus eius est ex Maria sumptum, ad iustitiae et salutis opus adscitum. Verum facile mente captus aliquis, et gravi illo tanquam vulnere sauciatus, quique in dei filium animi quodam odio feratur, ulterius prosiliendi ex eo ansam arripiet, quod sequitur, *Si nuntiavero vobis quae quotidie fiunt, commemoravero quae a seculo sunt, ut enumerem.* Vides, inquiunt, quod dixit, *A seculo.* Atqui illa carnis assumptio non nisi post duas et sexaginta generationes Matthaeo teste contigit. Qui pos- Matth. 1.
sunt igitur quae ab initio atque ab aeterno fuerunt ab illo commemorari?

Verum caeci homines, ac tota via veritatis aberrantes, hanc esse scripturae consuetudinem ignorant, ut quaecumque docere velit, non ab antiquissimis temporibus repetat, aut ab ipso capite, ut ita dicam, arcessat, sed ab iis quae proxima sunt, ut quod antea extiterit postremum appellet. Atque ea caussa est cur dixerit, *Si* Exod. 3, 2.
nuntiavero vobis quae quotidie fiunt, deinde *commemorabo quae a seculo sunt.* Qua etiam Moysi primum deus ardentem ignem ostendit, pauloque post in medio rubi incendio visum illud oblatum est; tum angelus ei subinde locutus est, ac postea dominus ex rubo similiter affatus est. At ipse non ea subinde quae videbantur alloquens requirit, sed de his quae ab initio fuerant interrogat. *Veni,* inquit, Exod. 3, 10.
et mittam te ad filios Israël, et dices ad eos, Deus patrum vestro-

Cap. XXII.

3. σημάνῃ *codd. mss. et ed. pr.* σημαίνῃ *ed. Petav.*
4. μνημονεύσω *placuit Petavio, praeeunte Cornario, qui convertit* et mentionem faciam eorum quae ab aeterno sunt.

ὅτι ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπέσταλκέ με, ὁ θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ, πρὸ γενεῶν τοῦ Μωϋσέως πέντε ἢ ἓξ ὀνομάσας τοὺς περὶ Ἀβραάμ. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν [5] θεὸν τῶν πατέρων, τὸ ἀρχαῖον ἀπεφήνατο. Ὁ δὲ Μωϋσῆς συνέσει ἐκ θεοῦ κεχαριτωμένος ἠρώτα οὐ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔτι ἀνώτατον, ὅτι, Ἐὰν ἀπέλθω πρὸς αὐτούς, καὶ εἴπωσι πρὸς μέ, Τί αὐτῷ ὄνομα; τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; Ὁ δὲ λοιπὸν ἀποκαλύπτει, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀπὸ τῶν ἐγγυτάτων ἤρξατο, εἰς ἔσχατον δὲ τὸ ἀνώτατον ἐδήλου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Λουκᾶς ἄρχεται ἀπὸ τῶν κάτω καὶ ἐγγυτάτω, ὅτι, Ἦν αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱός, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἡλί, τοῦ Ματθᾶν, τοῦ Νάθαν, τοῦ Δαβίδ, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰακώβ, τοῦ Ἀβραάμ, τοῦ Ναχώρ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ, τοῦ Ἐνώχ, τοῦ Σήθ, τοῦ Ἀδάμ, τοῦ θεοῦ. Καὶ ὁρᾷς πῶς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν πρῶτον ἔδειξεν, ἔπειτα τὸ ἔσχατον. Διὸ καὶ Ματθαῖος κατὰ τὴν ἔνσαρκον γενεαλογίαν βουλόμενος καταγαγεῖν τὴν Χριστοῦ παρουσίαν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν οὐκ εὐθὺς εἶπεν ὅτι, Γένεσις Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ, ἀλλά, Υἱοῦ Δαβὶδ πρῶτον, εἶτα Υἱοῦ Ἀβραάμ, ἵνα τὸ πρόσφατον ὁρώμενον, καὶ τὸ ἔγγιστα συγκροτούμενον, καὶ τὸ ἔτι ἀνώτερον [6] ὑποδεικνύων, τὸ ἔτι ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν σημάνῃ ἀναφαίρετον.

Κεφ. κγ΄. Διὸ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐλθὼν ὁ μακάριος, καὶ εὑρὼν τοὺς ἀνθρώπους ἠσχολημένους περὶ τὴν κάτω Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν μὲν Ἐβιωναίων πλανηθέντων διὰ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ γενεαλογίαν ἀπὸ Ἀβραὰμ καταγομένην, καὶ Λουκᾷ ἀναγομένην ἄχρι τοῦ Ἀδάμ, εὑρὼν δὲ τοὺς Κηρινθιανοὺς καὶ Μηρινθιανοὺς ἐκ παρατριβῆς αὐτὸν λέγοντας εἶναι ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ τοὺς Ναζωραίους, καὶ ἄλλας πολλὰς αἱρέσεις, ὡς κατόπιν ἐλθὼν (τέταρτος γὰρ οὗτος εὐαγγελίζεται) ἄρχεται ἀνακαλεῖσθαι, ὡς εἰπεῖν, τοὺς πλανηθέντας καὶ [1] ἠσχολημένους περὶ τὴν κάτω Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ λέγειν αὐτοῖς, ὡς κατόπιν βαίνων, καὶ ὁρῶν τινας εἰς τραχείας ὁδοὺς κεκλικότας καὶ ἀφέντας τὴν εὐθεῖαν καὶ ἀληθινήν, ὡς εἰπεῖν· Ποῖ φέρεσθε; ποῖ βαδίζετε; οἱ τὴν τραχεῖαν ὁδὸν καὶ σκανδαλώδη, καὶ εἰς χάσμα φέρουσαν βαδίζοντες, ἀνακάμψατε. Οὐκ ἔστιν οὕτως, οὐκ ἔστιν ἀπὸ Μαρίας μόνον ὁ θεὸς λόγος, ὁ ἐκ πατρὸς ἄνωθεν γεγεννημένος, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν

(pag. 747.)

5. θεὸς cod. Rhedig.
6. ὑποδεικνύων *scripsi Cornarium atque Petavium secutus, quorum quidem prior vertit* et quod propinquissimum est proclamatum et quod adhuc superius est indicans, significet id quod omnem creaturam excedit, auferri non posse. *Libri habent vulgo* ὑποδεικνύον. *Excidit*

rum misit me, deus Abraam, deus Isaac, et deus Iacob. Ubi Abraamum nominavit, qui Moysem quinque aut sex generationibus antecessit. Cum autem *deum patrum* dixit, quod antiquum erat indicavit. At Moyses singulari quadam prudentia dei beneficio praeditus nihil de his sciscitatus est, sed quod vetustissimum est quaesivit. *Si,* inquit, *vadam ad illos, et dixerint mihi, Quod est ei nomen? quid illis respondebo?* Tandem ergo deus seipsum illi patefaciens, *Ego,* inquit, *sum qui sum.* Ubi primum ab iis quae proxima erant incepisse, tum postremo quod summum et ultimum erat declarasse cernimus. Eodem modo Lucas ab infimis ac citimis orditur. *Ipse Iesus,* inquit, *erat incipiens quasi annorum triginta,* Luc. 3, 23. *filius, ut putabatur, Ioseph, qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iudae, qui fuit Iacob, qui fuit Abraam, qui fuit Nachor, qui fuit Noë, qui fuit Lamec, qui fuit Enoch, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.* In quibus animadvertis primum susceptae carnis mentionem esse factam, deinde quod postremum erat iniectum. Quam ob caussam Matthaeus quoque adventum cum carne Christi ad hominum notitiam perducere, ac corporis prosapiam pertexere volens, non sic exorsus est: *Generatio Iesu Christi filii Abraam,* Matth. 1. sed primum filii David, postea filii Abraam, ut quod recens est conspectum, ac quod proximum est confirmatum, quodque superius adhuc est indicans, illud una significet quod creatas res omnes superat, auferrique non potest.

Cap. XXIII. Quocirca beatus Ioannes post alios veniens, cum homines in infima Christi natura totos occupari cerneret, atque Ebionaeos ob corpoream Christi genealogiam ab Abraamo deductam, et a Luca ad Adamum usque sursum profectam in errorem abductos videret, imo et Cerinthianos ac Merinthianos ex utriusque sexus copulatione merum hominem natum illum asserere, idemque et Nazaraeos, et nonnullas alias haereses sentire, tanquam postremus omnium (quartus enim hic evangelium scribere aggressus est) aberrantes illos, et in humanam Christi generationem plus quam par esset intentos revocare instituit, perindeque ac si nonnullos per devia ac salebrosa divagari, vera ac recta via derelicta, pone ambulans cerneret, ea quodammodo est allocutus: Quo tendis? quove iter habetis? Vos qui asperum ac lubricum iter tenetis, quod in voraginem et praecipitium desinit, pedem reflectite. Non ita ut putatis sese res habet, neque ex sola Maria dei verbum editum est, quod ab aeterno pater

fortasse aliquid.

Cap. XXIII. — 1. ἠσχολησμένους *cod. Rhedig., et supra quoque in ipso capitis initio.*

χρόνων Ἰωσὴφ τοῦ ταύτης [2] ὁρμαστοῦ, οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν χρόνων [3] Σαλαθιὴλ, καὶ Ζοροβάβελ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Νῶε, καὶ Ἀδὰμ, ἀλλὰ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Τὸ δὲ Ἦν, καὶ Ἦν, καὶ Ἦν, οὐχ ὑποδέχεται [4] τὸ μὴ εἶναί ποτε· καὶ ὁρᾷς πῶς εὐθὺς τὰ ἐγγυτάτω πρῶτον σημαίνει, ὡς Ματθαῖος μὲν τὴν ὁδὸν ἔδειξε διὰ τῆς γενεαλογίας, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἠκρίβωσεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἄνωθεν ἔφερε καίτοι γε τὴν γενεαλογίαν· πῶς τε ὁ Μάρκος περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πεπραγματευμένων, καὶ φωνῆς βοώσης ἐν τῇ ἐρήμῳ, περὶ τοῦ κυρίου τοῦ διὰ προφητῶν πεπροφητευμένου καὶ νόμου, πῶς τε ὁ Λουκᾶς ἀπὸ τῶν κάτω ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνῆγεν, ἐςύστερον ἐλθών; τέταρτος ὁ Ἰωάννης τὴν κορωνίδα καὶ τὸ ἀκραιφνὲς τῆς ἄνω τάξεως καὶ ἀεὶ οὔσης θεότητος τὰ ὕστερον ἐδήλωσεν; ὡς καὶ ὁ Σολομῶν παροιμιωδῶς λέγων τὴν ἀρχὴν τῶν ὁδῶν, εἴ γε κἂν εὐσεβῶς θελήσαιέν τινες λέγειν περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, ὡς αὐτῆς φασκούσης περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος ὅτι αὐτὴ ἡ θεότης ἔκτισε τὸν οἶκον, ὅτι αὐτὴ ἡ θεότης τὴν σάρκα καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν εἰργάσατο, ἀρχὴν ὁδῶν [5] αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας καὶ ἀγαθότητος, εἶτα εὐθὺς μετέπειτα, ἔτι προκοπτόντων τῶν πραγμάτων, λέγει, Ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ. Ἆρα γοῦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν θεότητα κτισθεὶς ὕστερον ἐθεμελιώθη; λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ μηχανικοὶ, οἱ τῶν ἄνω κατοπτευ-
pag. 748. ταὶ, ποίᾳ τέχνῃ ἐκτίσθη ἡ σοφία, ποίῳ ἐργαλίῳ ἐθεμελιώθη. Ἀλλὰ εἰ ὅλως διανοεῖσθαι χρὴ, [6] φεύγει μὲν ἀπὸ τοσούτου βυθοῦ τῆς βλασφημίας, καὶ μὴ [7] προςψαύει τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς, τῇ ἀεὶ σὺν πατρὶ ὑπαρχούσῃ καὶ γεγεννημένῃ ἐξ αὐτοῦ. Ἀεὶ γὰρ ἦν ὁ λόγος σὺν πατρὶ, ἀεὶ ἡ σοφία, ἀεὶ θεὸς ἐκ θεοῦ κύριος, ἀεὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐ νόθον, ἀεὶ τὸ ὂν ἐξ αὐτοῦ ἔχων, καὶ ἀλήθεια ὢν, καὶ ζωὴ ὑπάρχων.

sedulitatis officiis aggredi solent, tum pollicitationes ac terrores adiiciunt. Vos enim, inquiunt, principis edictis et imperatoris Valentis voluntati resistitis? Ita eos alloquuntur qui suum ad dogma transire noluerint. Deinde quid tandem est? inquiunt, Quid porro dicimus? Eadem fides est; nisi quod inani gloriae studio ducimini. Videamus itaque eademne sit fides. Atque illi quidem sic asserunt: Confitemur filium ex patre genitum, nec eum negamus; verum nobis quoque creatura et opificium confitendum. Quo quidem nihil est ineptius. Quidquid enim creatum est, dissimile est genito, neque quod genitum est, creato simile est, praesertim si de sincera illa perfectaque natura sermo sit. Nam omnia a deo creata sunt, solus dei filius genitus est, ac solus spiritus sanctus *a patre processit, et a filio accepit.* Cetera omnia creata sunt, neque a patre processe- Ioann.15,26.
runt, neque a filio acceperunt, sed ex plenitudine filii, uti scriptum est, Quippe *verbo domini omnia firmata sunt, et spiritu oris* Ioann. 1, 16. Psalm.
eius omnis virtus eorum. Atqui etiam creaturam confiteri nos opor- 32, 6.
tet, inquiunt; quandoquidem scriptura creaturae nomen, itidemque foetus per tropum ac metaphoram usurpavit. Quare etsi foetum appellemus, non eadem eius est ac ceterorum foetuum ratio. Quocirca dum foetus vocabulum sic usurpant, verum ut esse foetum dei filium negent, simplicioribus illudunt. Praeterea etiam creaturam inquiunt esse confitemur. Etenim Christus *ianua* dicitur et *via, columna, nubes, petra, ovis, agnus, hoedus, vitulus, leo, fons, sapientia, verbum, filius, angelus, Christus, salvator, dominus, homo, filius hominis, lapis angularis, sol, propheta, panis, rex, architectus, agricola, pastor, vitis,* et id genus alia. Ita et creaturam, inquiunt, abusu quodam nominis appellamus, idque nobis omnino fatendum est.

Apage sceleratam illam opinionem et callidam, nec permittat Cap. XXXV.
unquam dominus ullus ut ex veritatis filiis eiusmodi cavillatione circumveniatur, atque iis rationibus inductus creaturae nomen ad dei filium accommodari posse sibi persuadeat, atque ita profiteatur. Etenim huius nobis appellationis usum atque explicatas rationes adferant. Nam illa quidem omnia per catachresin usurpantur, neque filii divinitatem impetunt, aut illius essentiam a paterna ulla ex parte
deficere arguunt. Sive *ianua* vocetur, quoniam per illum ingredi- Ioann.10,9.
mur, sive *via*, quoniam per ipsum ambulamus, sive *columna,* quod Ioann.14,6.
veritatis firmamentum ille sit, sive *nubes*, quod Israëlitas protexe- Exod. 13.

Et Cornarius vertit, Fuge malam hanc opinionem *cett.*

2. ἤ τινα *scripsi pro* ἵνα, *quod libri praebent; Petavio placuit* καὶ.

ἐσκέπασε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, κἄν τε στύλος, διὰ τὸ φωτεινὸν τοῦ πυρὸς ὃ ἐφώτισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κἄν τε μάννα, ἐπειδὴ ἠρνήσαντο αὐτὸν ἄρτον ἐπουράνιον, κἄν τε ἄρτος, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἰσχυροποιούμεθα, κἄν τε ἄγγελος, ἐπειδὴ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ὁμώνυμον γάρ ἐστι τὸ τοῦ ἀγγέλου ὄνομα. Ἐδέξατο γὰρ ἡ Ῥαὰβ τοὺς ἀγγέλους, καὶ οὐκ ἦσαν ἄγγελοι οἱ ἀπεσταλμένοι, ἀλλ' ἢ οἱ ἀναγγείλαντες περὶ τοῦ τόπου. Οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ἀνήγγειλε τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ἐν τῷ κόσμῳ ἀναγγέλλων τὴν μεγάλην βουλήν. Καὶ λίθος, οὐκ ἀναίσθητος ὁ λίθος, ἀλλὰ καταχρηστικῶς, διὰ τὸ πρόσκομμα γεγονέναι Ἰουδαίοις, ἡμῖν δὲ θεμέλιον σωτηρίας. Καὶ ἀκρογωνιαῖος λίθος, διὰ τὸ ἐπισφίγξαι παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν. Ἀμνὸς δὲ, διὰ τὸ ἄκακον, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἀπὸ
pag. 759. τῶν ἀνθρώπων ἠφανίσθαι ἐν τῷ αὐτὸν τῷ πατρὶ προσενηνέχθαι πρόβατον εἰς σφαγὴν, ἐπειδὴ ἦλθεν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ὁ ἀπαθὴς, ἵνα ἡμεῖς σωθῶμεν, καὶ εἴ τι ἔστιν ἕτερον ταῖς αὐταῖς χρήσεσι συμβαλλόμενον εἰς σωτηρίαν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καταχρηστικῶς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

Κεφ. λς'. Τί οὖν τὸ κτίσμα ὠφελήσειεν; ἢ ποίαν χρῆσιν ποιεῖται πρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ λόγου ἔνσαρκον δοξολογίαν καὶ τελείαν θεότητα; τί ὠφελεῖ ἡμᾶς τὸ λέγειν αὐτὸν κτίσμα; τί κτίσμα ταῖς κτίσεσιν ἐργάζεται; τί κτίσμα ὠφελεῖ τὰς κτίσεις; πῶς δὲ ἔκτισεν ὁ θεὸν θεὸν εἰς προσκύνησιν διδοὺς, ὁπότε λέγει, Μὴ ποιήσῃς σεαυτῷ πᾶν ὁμοίωμα μήτε ἐπὶ γῆς, μήτε ἐν οὐρανῷ, καὶ μὴ [1] προσκυνήσῃς αὐτῷ; πῶς οὖν ἔκτισεν ἑαυτῷ υἱὸν, καὶ ἐπέταξε προσκυνεῖσθαι; μάλιστα τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Μωρὸν γὰρ τὸ κτίσιν θεολογεῖν, ἀθετεῖν δὲ πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν, Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Διὸ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία οὐ κτίσμα προσκυνεῖ, ἀλλὰ υἱὸν γεννητὸν, πατέρα ἐν υἱῷ, υἱὸν ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι. Ἀλλὰ, Ναὶ, φησί. Ἐὰν γὰρ μὴ εἴπω ὅτι κτίσμα, φησὶν, ἐλάττωσιν προσφέρω τῷ πατρί. Τὸ γὰρ κτιστὸν οὐκ ἐλαττοῖ τὸν κτίσαντα. Τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ φύσεως ἢ συστολὴν ἐργάζεται, ἢ πλατυσμὸν, ἢ μείωσιν, ἢ τομὴν, ἤ τι τῶν τοιούτων παθῶν προσάπτει τῷ γεγεννηκότι. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τοιαῦτα λογιζομένων, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν τὸ θεῖον εἰκάζειν, καὶ τὰ εἰς αὐτοὺς πάθη τῷ θεῷ προσάπτειν βουλομένων, τοῦ θεοῦ ἀπαθοῦς ὄντος καν-

Cap. XXXVI. — 1. προςκυνήσης χυνήσεις editi libri. cod. Rhedig. προςκυνήσις cod. Ien. προς-

rit, sive alio modo *columna*, propter ignis illius splendorem qui per solitudinem illuxit, sive *manna*, quoniam *coelestem illum panem* negaverant, sive *panis*, quia nos confirmat ac roborat, sive *angelus*, quoniam *magni consilii angelus est*; est enim angeli vox homonyma. Quippe Rhaab angelos excepisse dicitur; neque tamen angeli erant qui missi fuerunt, sed nuntii, qui de regionis natura certi aliquid retulerunt. Qua eadem ratione dei filius pro eo quod patris voluntatem nuntiavit hominibus, *magni consilii angelus* dicitur, qui magnum illud consilium mundo significavit. Iam cum *lapis* dicitur, non sensus expers lapis aliquis intelligendus est, sed per catachresin usurpatur, eo quod Iudaeis offensioni fuerit, nobis vero fundamentum salutis. *Angularis* vero *lapis* idcirco, quod vetus ac novum testamentum circumcisionem ac praeputium in unum consociarit ac devinxerit; *agnus* item propter innocentiam, tum quod hominum scelus per ipsum penitus extinctum fuerit, cum ovis instar iugulatus ac patri oblatus est; quandoquidem ut pro nobis pateretur, is qui nihil pati poterat advenit, ut nos salvi esse possemus. Ac si quid aliud est, quod eodem usu ad salutem hominum accommodari possit, per catachresin in sacris literis ad illum transfertur.

Iob. 6. Iosu. 2. Isai. 9, 5. 1. Cor. 10, 4. Isai. 28, 16. Ephes. 2, 20. Ioann. 1, 36.

Cap. XXXVI.

Ecquid ergo prodesse nobis creatura posset? aut quid ad salutem hominum conferret, vel ad divini verbi incarnati gloriam divinitatemque perfectam? Quid, inquam, nobis profuerit, si creaturam illum dixerimus? Quid est quod creatum aliquid creaturis prodesse, aut utilitatis afferre possit? Ad haec quomodo deus deum creavit, et adorandum proposuit, cum ipsemet dixerit, *Non facies tibi similitudinem ullam, neque in terra, neque in coelo, neque adorabis illam?* Quomodo igitur sibi filium creavit, adorarique iussit? praesertim cum apostolus dicat, *Et servierunt creaturae potius quam creatori, et stulti facti sunt.* Stultum enim est creaturae divinitatem tribuere, ac primum legis violare mandatum, *Dominum deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Propterea sancta dei ecclesia creaturam non adorat, sed filium genitum, patrem in filio, filium in patre, cum spiritu sancto. Imo vero, inquiunt. Nisi enim creaturam illum esse dixero, patris maiestatem imminuo. Etenim quod creatum dicitur, creatorem non minuit. Quod autem ex natura genitum est, contractionem quandam, aut collatationem, aut diminutionem, aut sectionem, aut eiusmodi affectionem aliquam ei affert a quo genitum est. Sed eorum qui ita cogitant summa plane stultitia est, qui de divino numine coniecturam ex seipsis capiunt, affectionesque suas in deum transfundere conantur, cum tamen tam

Exod. 20, 4. Rom. 1, 25. Matth. 4, 10.

τελῶς, καὶ ἐν τῷ γεννᾶν, καὶ ἐν τῷ κτίζειν. Ὡς γὰρ ἡμεῖς πάσχομεν γεννῶντες, ἐπειδὴ κτιστοί ἐσμεν, οὕτω καὶ κάμνομεν κτίζοντες. Καὶ εἰ πάσχει ὁ πατὴρ γεννῶν, ἄρα καὶ κτίζων κάμνει. Πῶς δὲ περὶ θεοῦ πάθος ἔστιν εἰπεῖν, καὶ τὸ κάμνειν, εἴπερ κάμνει; Ἀλλ' οὐ κάμνει, μὴ γένοιτο. Οὐ κοπιάσει γὰρ, φησὶ ἡ γραφή. Πνεῦμα οὖν ὁ θεὸς καὶ πνεῦμα ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως τὸν υἱὸν ἐγέννησεν, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ κτισθέντα.

Κεφ. λζ'. pag. 760. Παρελεύσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥητόν· ἐφ' ἕτερα δὲ πάλιν ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν, τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐν κακαῖς ὑπονοίαις λεγομένων τε καὶ ᾀδομένων, ἄνω δέ μοι [1] προτεταγμένων. Καὶ γὰρ πάλιν χυδαίως φασὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν παρερμηνεύοντες, τὸ, Δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὑμῶν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, τὴν πρὸς Ἑβραίους φημὶ, ἀπωθοῦνται, φύσει αὐτὴν ἀναιροῦντες ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, καὶ λέγοντες μὴ εἶναι τοῦ αὐτοῦ. Τὸ δὲ ῥητὸν διὰ τὴν ἰδίαν νόσον εἰς ἑαυτοὺς, ὡς προεῖπον, κακῶς ἐκδέχονται, δῆθεν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου, ὅτι, Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, τὸ κτίσμα παρεισφέροντες. Ἐρωτήσειε δ' ἄν τις [2] αὐτοὺς σύνεσιν κεκτημένος, καὶ ἀπορήσουσι, μὴ ἔχοντες τί ἀποκριθήσονται, ὅτι, Τὸν ἀρχιερέα πότε προσελάβετο ὁ κύριος ἡμῶν ὄνομα αὐτῷ καλεῖσθαι; Οὐδαμοῦ γὰρ πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας ταῦτα ἔσχε τὰ ὀνόματα, τὸ λίθον καλεῖσθαι, τὸ πρόβατον εἰς σφαγὴν φέρεσθαι, τὸ ἄνθρωπον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, τὸ [3] ἀετὸν, καὶ ἀρνίον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσαπερ εἰς αὐτὸν [4] μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ἀναφέρεται, ὡς καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν καλεῖσθαι δι' ἣν ὁ νόμος ἐκήρυττε περὶ αὐτοῦ ὑπόθεσιν ὅτι, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἐγερεῖ κύριος ὁ θεὸς ὑμῖν. Ἄρα γοῦν τὸν προφήτην καὶ Ἀρχιερέα, καὶ τὸ Ἐξ αὐτῶν, μετὰ τὴν ἐνταῦθα κατακωχὴν ἑρμηνεύει σαφῶς ὁ λόγος. Ὡς καὶ ἀραρότως ἔστιν ἰδεῖν, πῶς πάλιν ἡ ἀνίκητος τοῦ θεοῦ δύναμις καὶ προγνωσία εἰς τὸ φράξαι πᾶν στόμα ἐπεγειρόμενον κατὰ τῆς ἀληθείας, πάντα μετὰ θαυμαστῆς φωταγωγίας προεθέσπισε καὶ ἠσφαλίσατο. Φάσκει γὰρ οὕτως ἐν τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ, ὅτι, Πᾶς ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας, δυνάμενος μετριοπαθεῖν· ἀνάγκην γὰρ ἔχει καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ μὴ ἔχων ἁμαρτίαν ἑαυτὸν προσήνεγκε τῷ πατρί. Καὶ τὸ μὲν, Ἐκ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἐνδημίαν, τὸ δὲ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τὸ, Μὴ ἔχων ἀνάγκην, διὰ τὴν θεότητα. Καὶ Περὶ τῆς αὐ-

Cap. XXXVII. — 1. προστεταγμένων codd. mss. et ed. princ. προεταγμένων ed. Pelav. 2. αὐτοὺς cod. Rhedig. αὐτοῖς cod.

in generando quam in creando ab omni affectione sit immunis. Nam quod ad nos attinet, uti gignendo patimur, eo quod creati sumus, ita et creando ac moliendo fatigamur. Quare si generando pater nonnihil patitur, etiam creando fatigatur. Quinam vero deo tribui ulla eiusmodi potest affectio sive defatigatio? Absit vero ut fatigari credamus. *Non enim laborabit,* inquit scriptura. Denique cum deus Isai. 40, 28.
sit spiritus, perinde et spiritum sine ullo initio aut tempore genuit filium, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum, non creatum.

Cap. XXXVII.
Ab hac scripturae sententia ad alias transeundum modo nobis est, quas perperam accipientes usurpare ac decantare solent, quas quidem initio commemoravimus. Ac primum apostoli dictum illud temere proferunt, et interpretatione sua depravant: *Suscipite pon-* Hebr. 3, 2.
tificem vestrum, qui fidelis est ei qui fecit seipsum. Sed primum epistolam illam, quae ad Hebraeos scripta est, repudiant, et ab apostolicis scriptis reiiciunt. Ex qua tamen illam, uti dixi, sententiam pro privato suo animi morbo male ad institutum suum transferunt, et ex his verbis, *Qui fidelis est ei qui fecit seipsum,* creaturam esse filium adstruunt. Verum interrogare illos prudentior aliquis poterit, et ita urgere, ut quid respondeant nihil habeant. Hoc enim quaeri potest, quandonam pontifices nomen illud dominus noster assumpserit. Non enim ante susceptam carnem istiusmodi nomina sortitus est, ut *lapis* vocaretur, et *ovis ad occisionem oblata,* item, *homo,* et *filius hominis, aquila, agnus,* et id genus alia, quae Isai. 53, 7.
post incarnationem eidem attributa sunt. Qua ratione pontifex quoque dictus est, ob elogium illud quod de ipso in lege praedicatur: *Prophetam ex fratribus vestris suscitabit dominus deus vobis.* Quare Deut. 18, 15.
prophetam, et pontificem, et Ex ipsis suscitatum, post illam in terris habitationem, scriptura manifeste declarat. Ex quo certissime illud potest intelligi, quemadmodum invicta dei virtus ac praescientia, ut os omne praecludat adversus veritatem insurgens, cum admirabili quadam luce praedixerit ac firmaverit omnia. Sic igitur illo loco in sequentibus legitur: *Omnis pontifex ex hominibus assum-* Hebr. 5, 1.
ptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, qui possit compati: necessitatem enim habet et pro suis delictis offerre: qui autem peccatum non habet, seipsum obtulit patri. Ubi haec verba, *Ex hominibus,* ad incarnationem pertinent. Haec autem, *Non ex hominibus,* et, *Non habens necessitatem,* divinitatem

ien. et editi libri.
3. *Libri vulgo* ἀετὸς.

4. κατὰ *habet ed. Petav. Coloniae repetita.*

τοῦ θεότητός φησι, Καίπερ ὢν υἱὸς, περὶ δὲ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, Ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε, φησί.

Κεφ λη'. Καὶ ὁρᾷς ὅτι πάντα τοῦ Χριστοῦ λεῖα, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς στραγγαλιῶδες. Τὸ γὰρ, Ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, pag. 761. οὐδὲ τὴν αὐτὴν πλάσιν ἐνταῦθα διηγεῖται τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως, οὐ περὶ κτίσεως ὅλως φάσκει, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐνδημίαν τοῦ ἀξιώματος τὸ χάρισμα, ὡς καὶ τὸ εἰρημένον, Ἔδωκεν αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Καὶ οὐ πρώην τοῦτο ἐπληροῦτο ἐν τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ νῦν παρουσίᾳ, ἐπειδήπερ ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἡ ἐκ Μαρίας ἔλαβεν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα σὺν τῷ θεῷ λόγῳ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου ἐνταῦθα πάλιν εἴρηκε, Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀλλήλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ἵνα ὁ δεσπότης ἀγγέλων καὶ ποιητὴς παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος φανείη, ὁ φρικτὸς καὶ φοβερὸς τοῖς ἀγγέλοις, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτοὺς κτίσας σὺν τῷ πατρὶ καὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἠλαττωμένος [1]λέγοιτο, καὶ φανείη σαφῶς ὅτι οὐ περὶ θεότητος ἐνταῦθα φάσκει, ἀλλὰ περὶ τῆς αὐτοῦ σαρκός. Πάθημα γὰρ θανάτου οὐ πρὸ σαρκὸς εἰς τὸν λόγον ἀναλογεῖται, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν τοῦ αὐτοῦ ἀπαθοῦς [2]ὄντος καὶ παθητοῦ, ἀπαθοῦς μὲν ὄντος ἐν τῇ θεότητι, πάσχοντος δὲ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει, ὡς καὶ τὰ ἀμφότερα ἑνὶ πληροῦται [3]τὸ, Υἱὸς ἀνθρώπου ἐν ταὐτῷ, καὶ Υἱὸς θεοῦ ἐν ταὐτῷ. Ὁμοῦ γὰρ Χριστὸς ἐν τοῖς ἀμφοτέροις ὁ υἱὸς καλεῖται.

Κεφ. λθ'. Τί οὖν ἐποίησεν αὐτόν; Οἱ φιλονεικοῦντες μάθωσιν ἀπὸ τῶν προειρημένων πάντων ὅτι οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ ἀναλογεῖται, ἀλλὰ εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν. Καὶ οὐδὲ ὡς περὶ ποιήσεως [1]ἢ κτίσματος, ἀλλ' ὡς περὶ ἀξιώματος μετὰ τὴν παρουσίαν, τὸ Ἐποίησεν αὐτόν. Ἐρωτήσας γάρ τίς τινα βασιλέα περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, ὅτι, Τί σοι πέφυκεν οὗτος, καὶ ἀκούσει παρ' αὐτοῦ ὅτι, Υἱός μού ἐστι. Γνήσιος οὖν σοι ὑπάρχει, ἢ νόθος; Ὁ δέ φησι, Γνήσιος ἐξ ἐμοῦ ὑπάρχει. Τί οὖν αὐτὸν ἐποίησας; Βασιλέα αὐτὸν ἐποίησα. Δῆλον μηδὲν παρηλλαγμένον τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀξίας. Καὶ οὐχὶ πάντως διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ἐποίησα αὐτὸν βασιλέα, παρὰ τοῦτο, Ἔκτισα αὐτὸν, λέγει ὁ βασιλεύς. Οὐ γὰρ τὴν γέννησιν ἠρνήσατο, ἣν ὡμολόγησεν γεγεννηκέναι, ἐν τῷ εἰπεῖν Ἐποίησα, ἀλλ' ἐκείνην μὲν

Cap. XXXVIII. — 1. γένοιτο cod. Rhedig.
2. ὃν codd. mss. et ed. princ.
3. τῷ suspicatus est Petavius.

Cap. XXXIX. — 1. καὶ cod. Rhedig.

indicant, ut et illa, *quamvis esset filius.* Haec autem, *Didicit ex his quae passus est,* ad assumptam carnem referenda sunt.

Vides ut omnia quae Christo conveniunt plana sint et perspicua, neque quicquam in his sit impeditum aut perplexum. Nam Cap. XXXVIII. haec ipsa verba, *Pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum,* nihil ad corporis formationem aut incarnationem, aut vero creationem spectant, sed dignitatem illam ac coeleste munus indicant quod illi assumpta iam carne collatum est. Quo etiam et locus iste referendus est, *Dedit ei nomen quod est super omne nomen.* Hoc enim non Phil. 2, 9. antea in divinitate, sed in incarnatione perfectum est, cum scilicet humana ipsius natura quam ex Maria sumpsit nomen est eiusmodi consecuta quod omnia nomina dignitate superaret, ut cum divino verbo coniuncta dei filius appellaretur. Quam ob caussam per eundem apostolum hoc loco dixit, *Hunc autem paulo minus ab angelis* Hebr. 2, 9. *minoratum videmus Iesum ob passionem mortis gloria et honore coronatum:* quo scilicet angelorum dominus et conditor angelis minor factus esse videretur, ille inquam ipse angelis metuendus ac terribilis, quos de nihilo cum patre et spiritu sancto creavit, minor diceretur, certoque constaret non de eius divinitate mentionem hoc loco fieri, sed de carne duntaxat. Mortis enim passio non priusquam carnem induisset verbo dei ratione quadam accommodatur, sed post eiusdem incarnationem, qui una et passionis expers est, et obnoxius passioni. Expers quidem, quod ad divinitatem attinet, obnoxius vero, si hominis naturam consideres. Quod utrumque in uno completur, ut et filius hominis in eodem, et dei filius in eodem existat. Christus enim utrobique dei filius vocatur.

Quidnam igitur est quod *ipsum fecisse* dicitur? Discant arguti Cap. XXXIX. ac contentiosi homines ex iis quae hactenus dicta sunt nihil hoc in loco esse quod ad divinitatem pertineat, sed ad incarnationem omnia referri; ita tamen, ut de creatione et effectione nulla sit mentio, sed de ea dignitate quam suscepta carne consecutus est eae voces accipiendae sint, *Fecit ipsum.* Sic enim sese res habet ut si quis ab rege de filio suo percontetur, Quanam iste tibi sanguinis cognatione coniunctus est? tum ille respondeat, Filius meus est: pergat deinde, et germanusne sit an spurius roget, rex autem, Germanus et a me genitus, subiiciat. Quid igitur illum fecisti? Regem, inquit, feci. Ex quo manifeste sequitur minime hunc esse dignitatis paternae dissimilem. Nec eo quod rex dicat, Regem illum feci, eundem se creasse confitetur. Non enim generationem inficiatur, cum eum se genuisse dicat hoc ipso quod fecisse se narrat, sed cum illam aperte profiteatur, faciendi nihilominus verbum ad dignitatem

pag. 762. σαφῶς ἀπεφήνατο, τὸ δὲ Ἐποίησα περὶ ἀξίας ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ ὁ υἱὸς υἱὸς τοῦ πατρὸς ἀναμφιβόλως τοῖς ζωὴν ἐθέλουσι πιστεύεταί τε καὶ προςκυνεῖται· τὸ δὲ ἀρχιερέα γενέσθαι, διότι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ τῷ πατρὶ ἑαυτὸν προςήνεγκεν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς ἱερεῖον, ἑαυτὸν μὲν προςήνεγκεν, ὑπὲρ πάσης [2] δὲ κτίσεως ἀρχιερατεύων, ἀναβὰς δὲ πνευματικῶς καὶ ἐνδόξως, ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, γεγονὼς ἀρχιερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ διεληλυθὼς [3] τοὺς οὐρανοὺς ἐφ' ἅπαξ, ὡς μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ἐν ταῖς καθεξῆς λέξεσιν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἀπόστολος. Καὶ ἐξέπεσε πάλιν τούτων ἡ προφασιστικὴ διαλογὴ τῆς θείας γραφῆς, ζωτικῆς οὔσης, καὶ μηδὲν ἐχούσης εἰς πρόςκομμα πιστοῖς, ἢ εἰς ἐλάττωμα βλασφημίας πρὸς τὸν λόγον.

Κεφ. μ'. Εἶτα μέμνηται πάλιν ἑτέρου ῥητοῦ, ὡς Ἰωάννης ἑστὼς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ θεασάμενος αὐτὸν ἐρχόμενον, ἔλεγεν, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτὰς τὰς λέξεις ὡς καρηβαροῦντες ἀλλάσσουσι τῇ διανοίᾳ, καὶ λέγουσι, Πῶς τοῦτο πληροῦται ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, ὅτι οὐκ ἦν πρὸ Ἰωάννου ἐν γαστρὶ Μαρίας συνειλημμένος; ἀλλὰ, φησὶ, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς, Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ μηνὶ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ· καὶ εἰςελθὼν πρὸς αὐτὴν ἔφη, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, καὶ τὰ λοικὰ τῆς ἀκολουθίας. Ὡς οὖν ἡ παρθένος ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ ἐταράσσετο, ἔφη πρὸς αὐτήν, Ἰδοὺ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· καὶ ἰδοὺ, ἡ συγγενής σου Ἐλισάβετ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Καὶ ὁρᾷς, φησὶ, ὅτι πρὸ ἓξ μηνῶν τοῦ εὐαγγελισθῆναι Μαρίαν, ἤδη προϋπῆρχεν ὁ Ἰωάννης. Πῶς οὖν τὸ, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο, ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ Χριστοῦ πληρωθήσεται; Τίς δὲ τῶν ἀκεραίων μὴ καὶ ἐν διανοίᾳ [1] ἐναργῶς ἑδραιωμένων ἀκούσας τὸ ῥητὸν οὐ ταραχθήσεται; Λέγει γὰρ τὰ ἀναγκαῖα καὶ ἀκέραια καὶ
pag. 763. ζωτικὰ, [2] καὶ τὰ τῆς θείας γραφῆς, τοῖς τὰ πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένοις μᾶλλον [3] βλαβερώτερα φαίνεται, τῶν ῥητῶν πάντῃ ἐν πνεύματι ἁγίῳ κατηυγασμένων. Τί γὰρ παραλέλειπται τῷ ῥητῷ πρὸς ἀσφάλειαν; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει, ὅτι οὗτός ἐστι, τὸ ὁρατὸν σημαίνων καὶ ὑποδεικνύων τοῖς ὁρῶσιν, ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται. Καὶ τίς ἔρχεται, ἀλλ' ἢ ἀνήρ; οὐδεὶς δὲ τῶν σύνεσιν κεκτημένων ἄνδρα ψιλὸν

2. *Restitui* δὲ *ex libris manu exaratis. Vulgo extat* τῆς.

3. εἰς τοὺς *cod. Rhedig.*

CAP. XL. — 1. *Repono* ἐνεργῶς.

retulit. Similiter et filius patris quidem filius sine ulla dubitatione ab illis creditur et adoratur qui vitam obtinere cupiunt. Pontifex vero idcirco fuisse quod in suo corpore pro humano genere patri semetipsum obtulerit. Idem et sacerdos simul et hostia pro omni creatura pontificatus officio fungens seipsum obtulit, tum spiritali quodam modo et ingenti cum gloria subvectus cum eodem illo corpore ad patris dexteram consedit, *constitutus in aeternum pontifex,* ac coelestes orbes semel permensus, ut idem apostolus in sequentibus declarat. Unde tota haec illorum ad calumniam captationemque composita de scripturis disputatio corruit; quae quidem scripturae cum vitae impertiendae vim habent, tum nihil continent ad quod fideles offendant, aut quod ad ullam verbi contumeliam eiusque dignitatis imminutionem accommodari iure possit.

Alium praeterea locum Arius commemorat, in quo Ioannes, cum in deserto staret et accedentem illum videret, dixisse fertur, Cap. XL.
Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir, qui ante me Ioann. 1, 27.
factus est, quia prior me erat. Primum igitur voces ipsas, tanquam crapula et ebrietate correpti, quod ad sensum attinet, immutant. Et quomodo, inquiunt, de incarnatione dictum illud accipi potest, cum ante Ioannem in Mariae utero genitus non fuerit? Nam,
ut evangelista narrat, *Sexto mense missus est angelus Gabriel in ci-* Luc. 1, 26.
vitatem Galileae ad virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph: et ingressus ad eam dixit, Ave gratia plena, dominus tecum, etc. Cumque virgo ob eam salutationem turbata foret, subiecit, *Ecce concipies in utero filium, et vocabis nomen eius Iesum: et ecce cognata tua Elisabeth concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.* Animadvertis ut sex ante mensibus, quam Mariae nuntiaret istud angelus, Ioannes extiterit. Quinam igitur haec verba, *Ante me factus est,* in illius incarnatione impleri potuerunt? Quis est e rudioribus ac simplicibus, quique satis firmo ac corroborato ingenio non fuerint, qui non audita illa sententia perturbetur? Etenim necessariis ac sinceris et ad vitam conciliandam idoneis scripturae verbis utitur, quae profecto iis ipsis qui mala sponte sibi ipsis arcessunt maius quoddam detrimentum consciscunt, cum alioqui omnes illae sententiae spiritus sancti luce collustrentur. Nam quid est in illo de quo agimus loco ad cautionem praetermissum? *Ecce enim,* inquit, *hic est,* ut aspectabilem illum esse signi-
ficet et intuentibus commonstret. *Quem dixi vobis, quoniam post* Ioann. 1, 27.
me venit. Quis ille venit praeterquam vir? Sed nemo intelligentia

2. καὶ *particulam, quae vulgo desideratur, revocavi ex syllaba* κᾱ *vocabuli proximi.*

3. *Libri vulgo* βλαβλερώτερα.

νομίσειε τὸν κύριον ἡμῶν, ἀλλὰ αἱ ἄνω αἱρέσεις αἱ ἤδη σημανθεῖσαι, οἱ περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον καὶ Ἐβίωνα. Ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ἀνὴρ πάντως ὅτι ἠσφαλισμένως καὶ κύριον αὐτὸν ἴσασιν οἱ ἀληθινοὶ πιστοὶ, ὡς καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ, Ὃ ἀκηκόαμεν ἀπαρχῆς, ἵνα εἴπῃ τὸν ἀπαρχῆς ὄντα, τὸν ἀόρατον θεὸν λόγον, ὃν ἠκούσαμεν ἐν θείαις γραφαῖς, ἐν προφήταις καταγγελλόμενον, ἐν οὐρανῷ ἐξυμνούμενον. Καὶ διὰ τοῦτο, Ὃ ἐν ἀρχῇ ἠκούσαμεν, καὶ ἐθεασάμεθα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα ἄνω τὸ ἀκηκοέναι θεὸν ὁμολογήσῃ ἐξ ὑπαρχῆς, τὸ δὲ ἑωρακέναι ἄνθρωπον σημάνῃ ὃν καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ἔφη ὅτι, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, καὶ τὸ, Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, ἵνα θεὸν ἄνωθεν σημάνῃ καὶ ἄνθρωπον ὁρατὸν ὑποδείξῃ ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα τέλειον, μὴ ἀποβαλλόμενον τὸ ἅγιον σκεῦος ὃ εἴληφε, καὶ τὴν τελείαν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐψηλαφηκέναι τὴν πλευρὰν, τόν τε τύπον τῶν ἥλων, τὰ τρία [4] ὁμολογήσῃ ἀπαρασαλεύτως. Οὕτω μοι καὶ ἐνταῦθα νόει· τὸ ὅτι, Οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ὑμῖν ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ἵνα τὴν ἔνσαρκον σημάνῃ παρουσίαν, ὅτι, Πρῶτος μου ἦν, ἵνα τὴν θεότητα ὑποδείξῃ, ὅτι, Πρὸ ἐμοῦ ἐγένετο. Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, φησὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Κεφ. μα'. Εἰ δὲ ἐν κόσμῳ ἦν πρὸ τοῦ Ἰωάννην γεννηθῆναι καὶ συλληφθῆναι, πρὸ αὐτοῦ γέγονεν ἐν κόσμῳ, οὐ περὶ [1] κτίσεως, οὐ περὶ ποιήσεως σημαίνων, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρῆσιν ἣν ὁμωνύμως εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι λέγειν, Ἐγενόμην ἐν Ἱεροσολύμοις, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, Ἐγενόμην ἐν [2] Αἰθιοπίᾳ, Ἐγενόμην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, οὐ κτίσιν σημαίνων
pag. 764. ἐνταῦθα, ἀλλὰ ἐπίβασίν τε καὶ παρουσίαν. Τὸ γὰρ, Ἐγενόμην ἐν Βαβυλῶνι, ἢ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ὅτι Ἦλθον. Πρὸ ἐμοῦ οὖν ἐγένετο, ἵνα δείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ λόγου ἀεὶ ἐπίβασιν, καὶ τὸ, Πρῶτός μου ἦν, ἵνα δείξῃ τὴν θεότητα ἀεὶ οὖσαν, [3] τὸ δὲ, Ὀπίσω μου ἐρχόμενον, ἵνα δείξῃ τὴν σύλληψιν μετὰ τὸν Ἰωάννην. Καὶ διὰ τοῦτο, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμαστικὴ φωνὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀκοῆς. Πρῶτον γὰρ ἀδιάρθρωτον εἰώθασιν οἱ φωνοῦντες ἀποδιδόναι φωνὴν ἠχήεσσαν, ἀπομήκοθεν καλοῦντες τούς τι ἔχοντας παρ' [4] αὐτῶν ἀκούειν, καὶ ἐπὰν ἐκεῖνοι τῆς φωνῆς ἀκούσωσι μόνης, καὶ δώσουσι τὸν νοῦν τοῦ ἀκούειν, καὶ ἑτοιμάσωσι τὴν ἀκοὴν, τότε ὁ

4. ὁμολογήσει *codd. mss. et ed. princ.*

CAP. XLI. — 1. κτήσεως *habent libri omnes.*

aliqua praeditus nudum hominem esse dominum existimet, nisi forte superiores illae haereses, quas antea proposuimus, Cerinthi videlicet, Merinthi et Ebionis. Ceterum praeterquam quod vir est idque consulto ad securitatem ostenditur, una etiam et dominum esse non dubitant qui vere fideles sunt. Quod ipsum Ioannis quoque testimonio constat. *Quod audivimus*, inquit, *ab initio*. Ut eum de- 1. Ioann. 1, 1.
claret qui ab initio extitit, dei verbum scilicet quod videri non potest, quodque sacris in literis et prophetis nuntiatum audivimus, et in coelo sublimem ad gloriam provectum. Quare ita loquitur: *Quod initio audivimus, et oculis vidimus*. Ut cum audisse se dicit, deum ab initio fuisse fateatur, cum autem vidisse narrat, hominem significet, de quo Ioannes Baptista loquebatur, cum diceret, *Venit post me vir*. Illud vero, *Et manus nostrae contrectaverunt*, eum usum habet, ut cum ab initio deus fuerit, eundem etiam conspectabilem hominem ex Maria genitum fuisse demonstret, indeque a mortuis surrexisse perfectum, adeo ut sanctum illud vas, quod acceperat, hoc est perfectam hominis naturam, non abiecerit, sed cum illius latus clavorumque cicatrices ac vestigia contrectasset, tria illa sine ulla haesitatione confessus est. Sic igitur quod a Ioanne Baptista dicitur, *Hic est quem dixi vobis, quoniam venit post me vir*, incarnationem declarat. Haec autem, *Prior me erat;* eius divinitatem significant; *quoniam ante me* factus est. Quippe, ut in evangelio scriptum est, *in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit*.

Quod si mundo erat, antequam nasceretur aut gigneretur Ioan- Cap. XLI.
nes, ante illum in mundo extitit, quod de creatione aut effectione intelligi non debet, sed ad communem loquendi rationem accommodatum est, qua vulgo sic loquuntur homines, Fui Ierosolymis; Fui Babylone, Fui in Aethiopia, Fui Alexandriae; ubi non creatio ulla, vel productio, sed accessio et adventus exprimitur. Nam istud, Fui Babylone, vel in alio loco, idem valet atque Eo perveni. Quamobrem et illud, *Ante me factus est*, ideo dictum est, ut verbi ad terram accessionem demonstret. Item illud, *Prior me erat*, divinitatem, quae semper existit, ostendit; haec vero, *Qui post me venit*, post Ioannem esse genitum. Propterea, *Ego vox*, inquit, *clamantis in deserto*, hoc est vox ad praeparandas hominum aures emissa. Matth. 3, 3.
Qui enim clamant, ut eminus eos evocent quibus significare aliquid cupiunt, sonoram quandam initio vocem, nec articulatam proferunt, cumque illi sola exaudita voce ad audiendum mentem adhibuerint,

2. Ἀντιοχείᾳ *suspicatus est Petavius.* 3. τὸν *codd. mss. et ed. princ.* 4. αὐτῶν *codd. mss. uterque.* αὐτοῦ *editi.*

τὴν ἠχήεσσαν φωνὴν [5] ἀποδοὺς λοιπὸν διαστέλλει τὸν λόγον ὅνπερ ἠβουλήθη εἰπεῖν. Οὕτω καὶ Ἰωάννης φωνὴ ἐγένετο ἑτοιμάζουσα τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων· οὐ γάρ ἦν αὐτὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ μετ' αὐτὸν ἦλθεν ὁ λόγος, δι' ὃν ἡ ἑτοιμαστικὴ φωνὴ γέγονε. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου. Ἡ γὰρ φωνὴ ἑτοιμάζει, ὁ δὲ κύριος [6] ἐπιβαίνει [7] ταῖς ὁδοῖς ταῖς ἡτοιμασμέναις. Καὶ ἡ φωνὴ [8] βάλλει τὴν ἀκοὴν, ὅταν δὲ ἡ ἀκοὴ σχολάσῃ, τότε ὁ λόγος ἐν τῇ ἀκοῇ καταβάλλεται τῶν δεχομένων. Οὐδαμοῦ τοίνυν ἐπιλήψεται Ἄρειος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας, ἀεὶ καταυγαζούσης καρδίας πιστῶν, εἰς τὸ μὴ ἐκτραπῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῷ λόγῳ υἱῷ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ ἀκτίστῳ καὶ ἀγεννήτῳ σωτηρίας.

Κεφ. μβ'. Προκοπτόντων δὲ πάλιν ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαινόντων, οὐδὲν παραλείψομεν τῶν ἄνω προτεταγμένων εἰς ἐπίλυσιν, ἀλλὰ αὖθις πάλιν ἐπιληψόμεθα τῆς ἀκολουθίας. Προφασίζονται γὰρ πάλιν ἑτέραν πρόφασιν τὴν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰρημένην ὅτι, [1] Φανερὸν ἔστω ὑμῖν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἐσταυρώσατε, καὶ κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε. Καὶ λέγουσι πάλιν ὅτι τὸ ἐνταῦθα Ἐποίησε γέγραπται, καὶ οὐχ ὁρῶσι τὸ ῥητόν· [2] αὐτὸ γὰρ ἑαυτῷ τὸ ῥητὸν μηνύει. Τοῦτον γὰρ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα σημάνῃ τὴν ἐνανθρώπησιν κυρίου. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, φανερόν τί ἐστιν ὅτι ἣν ἐσταύρωσαν σάρκα. Σάρκα γὰρ ἐσταύρωσαν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν [3] λελάληκα,
pag. 765. ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου. Ἀλλ' οὐ τῆς ἐνανθρωπήσεως διορίζων τὴν θεότητα. Οὔτε γὰρ ἐκτὸς τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπῆρχεν ἡ θεότης, ὁπηνίκα ἔμελλε πάσχειν, οὔτε ἐν τῷ πάσχειν ἐγκατελείφθη ὑπὸ τοῦ λόγου ἡ ἔνσαρκος παρουσία. Ἀλλ' οὔτε ὁ ἀπαθὴς λόγος πέπονθε τὸ πρότερον ἐν σαρκὶ ὢν τῇ πασχούσῃ. Ἀληθὲς γάρ ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ ἓν ὄνομα, ἔν τε τῇ θεότητι καὶ ἐν τῇ ἀνθρωπήσει. Χριστὸς γὰρ ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ Χριστὸς κύριος ἐν αὐτῇ τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ. Ἀλλὰ τὸ μὲν παθεῖν ἐν σαρκὶ, καθὼς εἶπε Πέτρος ὅτι, Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἵνα δείξῃ τὴν ἀπάθειαν τῆς θεότητος. Καὶ πάλιν, Ἀποθανὼν ἐν σαρκὶ, ζωογονηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. [4] Τοῦτον οὖν τὸν Ἰησοῦν ὃν ἐσταυρώσατε, ἵνα μὴ παραλειφθῇ ἡ ἁγία ἔνσαρκος οἰκονομία ἀπὸ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ

5. ἀποδιδοὺς *cod. Rhedig.*
6. ἐκβαίνει *ed. Petav.*
7. ταῖς ὁδοῖς *om. in ed. Petav. Colon. repetita.*
8. βάλλει τὴν ἀκοὴν *mea est emendatio. Gatakerus Opp. Crit. p.* 812. *suspicabatur* καλεῖ, *Petavius* λαλεῖ εἰς τὴν ἀκοήν. *In libris est* λαλεῖ τὴν ἀκοήν.

CAP. XLII. — 1. φανερὸς *cod. Rhedig.*

atque aurem admoverint, tum vociferator ille quod dicere constituerat distinctius eloquitur. Ita ergo Ioannes vox quaedam fuit praeparandis hominum auribus. Non enim sermo ipse fuit, sed post illum sermo tandem advenit, cuius gratia praeparatrix illa vox antecesserat. Unde etiam ita loquitur: *Vox clamantis in deserto: parate vias domini.* Quippe vox praeparat, dominus autem praeparatas iam vias ingreditur. Itemque vox aures ad audientiam componit; quae ubi vacuas se praebuerint, tum sermo audientium auribus immittitur. Nihil est igitur quod Arius eiusque fautores arripiant ex hoc loco, cum divina veritas fidelium animos perpetuo collustret, ne ab ea salute deflectant quae per verbum dei filium revera increatum ac genitum obtinetur.

Iam vero progredientes porro, et ad ea quae sequuntur deinceps transeuntes, nihil eorum praetermittemus quae ad dissolvendum initio proposuimus, sed consequentia ordine pertexemus. Ex alio itaque loco opinionis suae comprobandae argumentum eliciunt, ex eo, inquam, quod Petrus in Actis apostolorum dixisse legitur, *Manifestum sit vobis omnis domus Israel, quoniam hunc Iesum, quem crucifixistis, et dominum, et Christum ipsum deus fecit.* Quibus in verbis observandum illud monent quod *fecisse* scribatur; nec ad ipsam sententiam attendunt, quae seipsam declarat. *Hunc*, inquit, *Iesum*, ut assumptam a domino naturam hominis demonstret. Nam ex his verbis, *Hunc Iesum quem crucifixistis*, perspicuum est de carne illa esse sermonem quam isti crucifixerant. Propterea dominus in evangelio, *Nunc autem*, ait, *quaeritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a patre meo.* Neque tamen ab humana illa natura divinitatem abstraxit. Siquidem haec ab illa imminente passione separata non fuit, nec in ipsa demum passione eadem est a verbo illa derelicta. Sed neque verbum passionis omnis expers antea passum est, quamvis in carne patiente resideret. Etenim una et eadem appellatio tam dei quam hominis naturae vere, et proprie convenit, ac tam suscepta hominis a verbo natura quam dominus in assumpta carne subsistens Christus dicitur. Verum passus in carne ad eum modum dicitur quo Petrus locutus est, *Christo passo pro nobis in carne*, quo immunem ab omni patiendi conditione divinitatem significet. Item, *Mortuus in carne, vivificatus autem spiritu.* Ergo, *Hunc Iesum, quem crucifixistis*, ideo dixit, ne a passionis et creationis experte verbo relicta

Cap. XLII. — Act. 2, 36. — Ioann. 7, 19. — 1. Petr. 3, 21. — Ibid. 18. — Act. 2, 36.

2. αὐτὸ cod. Rhedig. αὐτὸ cod. Ien. αὐτὸς editi.

3. λελάληκα codd. mss. ἐλάληκα ed. princ. ἐλάλησα ed. Petav.

4. τοῦτον codd. mss. uterque, et ed. princ. τοῦτο ed. Petav., qui emendat in marg. τοῦτον.

ἀκτίστου λόγου, ἀλλὰ συνενωθῇ ἄνω τῷ ἀκτίστῳ λόγῳ. Διὰ τοῦτο
καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τὸ ἐκ Μαρίας συλληφθὲν, τὸ
ἐν θεότητι συνενωθέν· οὐ γὰρ ἡ Μαρία θεὸς κατὰ φύσιν. Διὰ τοῦτο
ἑξῆς τὸ Ἐποίησεν ἐπιφέρει. Ὡς καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ φησι, ἐρωτη-
σάσης αὐτῆς ὅτι, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; φησὶ,
Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει
σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Ὅταν δὲ
εἴπῃ, Καὶ τὸ γεννώμενον, ἔδειξεν ἀκαταζητήτως περὶ θεοῦ λόγου ὅτι
υἱός ἐστιν ἀναμφιβόλως, οὐ κτισθεὶς, οὐ ποιηθεὶς, [5]περὶ δὲ ἀπὸ Μα-
ρίας τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μετὰ προςθήκης, Καὶ τὸ γεννώμενον τὸν
Χριστὸν καὶ κύριον ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ ταῖς ἄλλαις ῥήσεσι πάντα σαφῶς
ἐπληρώθη, καὶ οὐδὲν καμάτου περιέχουσιν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐν
τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ πεπλήρωται, καὶ οὐδεμία ἔστι παρεκτροπὴ τοῖς
τῆς ἰδίας ζωῆς ἐπιμελουμένοις. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος ἀπὸ ζῶντος πατρὸς,
υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ οὐ κτιστός. Πάντα δὲ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρου-
σίᾳ πεπλήρωται, ἵνα μήτε φάντασμα [6]νομισθείη, μήτε ὁμοούσιος ἡ
σὰρξ τῇ ἄνω θεότητι, ἀλλὰ συνηνωμένη ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ εἰς
μίαν ἀπάθειαν, μάλιστα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. Οὐκέτι γὰρ
ἀποθνήσκει, φησὶ, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ἔστι γὰρ εἷς
pag. 768. κύριος, εἷς Χριστὸς, εἷς βασιλεὺς, ἐν δεξιᾷ πατρὸς καθήμενος, τὸ
σωματικὸν, καὶ πνευματικὸν, μία ἕνωσις, μία θεότης πνευματικὴ, τὰ
ἀμφότερα φωτεινὰ, καὶ ἔνδοξα. Ἔτι δὲ ὑπερβήσομαι τὸ ῥητὸν ἱκα-
νῶς ἑρμηνευόμενον νομίζων, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα [7]πρὸς αὐτῶν εἰς ἀνα-
τροπὴν τῶν ἀκουόντων ἐπινενοημένα τοῦ λέγειν ἐπιλάβοιμι.

Κεφ. μγ'. Φασὶ γὰρ πάλιν, Εἰ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, πῶς οὐκ
οἶδε τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ ἰδίῳ λόγῳ ὁμολογεῖ τοῖς μαθη-
ταῖς μὴ εἰδέναι ἃ ὁ πατὴρ ἐπίσταται, φήσας ὅτι, Περὶ τῆς ἡμέρας
ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ, οὔτε
ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος; Εἰ τοίνυν, φασὶν, ὁ πατὴρ οἶδε, καὶ
αὐτὸς οὐκ οἶδε, πῶς δύναται ἡ αὐτὴ θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑπάρ-
χειν, ὁπότε ἃ οἶδεν ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς ἀγνοεῖ; Ὅσα δὲ μυστικῶς καὶ ἐν τῇ
ἐνθέῳ αὐτοῦ σοφίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν γνώσεως ἀληθεστάτης ὁ μονογενὴς
διδάσκων ὑφηγεῖτο, οὗτοι ἀγνοοῦντες τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα εἰς ἑαυ-
τῶν βλάβην, ὥςπερ δεινὰ ἑρπετὰ, καὶ εἰς ἑαυτῶν λύμην τὰ ὑπὸ τοῦ
πανούργου θηρευτοῦ δεδελεασμένα ἀφαρπάζουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ
ψεῦδος οὐδαμοῦ σταθήσεται, ἡ δὲ ἀλήθεια πάντῃ τοὺς ἰδίους αὐτῆς

5. „Intricatus hic locus" *annotavit Petavius. Rescripserim levissima mutatione* περὶ δὲ τῆς ἀπὸ Μαρίας ἐνσάρκου οἶκον.

6. πληρωθείη *cod. Rhedig.*

7. πρὸς αὐτῶν *ego. Vulgo* τῆς αὐτῶ.

humana natura videatur, sed cum eodem coniuncta. Ob id dominum Christumque fecit deus id quod ex Maria genitum erat, et cum divinitate copulatum. Non enim Maria deus extitit; unde verbum illud, *Fecit,* mox addidit. Sed et angelus Gabriel interroganti Mariae, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* respondit, Luc. 1, 34.
Spiritus domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: ideoque quod gignetur sanctum, vocabitur dei filius. Iam cum dicit, *Quod gignetur,* extra omnem controversiam de dei verbo significavit haud dubie filium esse, qui nec creatione nec effectione productus fuerit. De suscepta autem e Maria hominis natura cum additamento illo, *Quo a gignetur,* illud accipi debet, *Christum et dominum fecit,* perinde atque in aliis locis manifeste impleta omnia sunt, nec difficultatis quicquam continent. Ita, inquam, quod hoc loco dicitur, in incarnatione perfectum est. Quare nihil est quod hi, qui vitae suae curam gerunt, abripi se in errorem ullo modo patiantur. Denique vivum verbum a vivo patre processit, filius patris, non ab eo creatus. Porro omnia in incarnatione perfecta sunt, ne aut inanis quaedam species aut divinitati consubstantialis caro crederetur, sed in unam passionis expertem naturae conditionem consociata natura hominis intelligeretur, id quod praecipue post resurrectionem contigit. *Non enim amplius moritur,* inquit, *mors illi* Rom. 6, 9.
ultra non dominabitur. Est enim unus dominus, unus Christus, unus rex, ad dexteram patris considens, unum quiddam, spiritale pariter et corporeum, singularis unitas, una spiritalis divinitas, splendoris ambo gloriaeque plenissima. Verum de hoc loco hactenus; abunde enim a nobis explicatum arbitror. Nunc ad alia veniendum, quae ad audientium perniciem ab illis excogitata sunt.

Hoc enim obiiciunt: Si ex essentia patris est, quomodo horam ac diem ignorat, seque quod pater novit nescire discipulis suis fatetur? *De die illa,* inquit, *et hora nemo novit, neque angeli in coelo, neque filius, nisi solus pater.* Si igitur pater novit quod ignorat ipse, qui potest patris ac filii eadem esse divinitas, cum filius quae patri cognita sunt nesciat? Verum quae mystice ac pro divina sua sapientia ad certissimae scientiae firmitatem ac munimentum dei filius docendo proposuit, quaeque ad humanam conditionem accommodata sunt, ignari isti suam ad pestem ac perniciem trahunt, tanquam serpentes quidam exitiabiles, atque ab callido captatore esca quadam et illecebra pellecti, nec illud sentiunt, hanc esse mendacii naturam, ut consistere nuspiam possit, contra veritatem non eos

Cap. XLIII.

Matth. 24, 42. et Marc. 13, 32.

ὑπ' αὐτῶν, *vel* τοῖς αὐτοῖς, *suspicabatur Petavius. Et Cornarius vertit* et de aliis

ab ipsis ad subvertendos audientes excogitatis dicere aggrediar.

υἱοὺς διορθοῦται, καὶ ἐξελέγχει τὸ ψεῦδος. [1] Εἴπω γὰρ ὑμῖν, οἱ τὴν κακὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ κεκτημένοι ἀπ' ἀρχῆς, τί μεῖζόν ἐστι κατὰ φύσιν καὶ πρὸς τὴν εἴδησιν, ὁ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἢ ἡ ἡμέρα ὑπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἀγομένη τε καὶ γινομένη, καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, πάντως δὲ ἐρωτώμενοι ἀναγκασθήσονται ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας τὸν πατέρα μείζονα λέγειν, ὡς καὶ ἔστιν. Εἰ τοίνυν φάσκει ὁ υἱὸς λέγων, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, ὁ τὸ μεῖζον γινώσκων, τουτέστι τὸν πατέρα, πῶς τὸ ἧσσον ἀγνοεῖ; Ἀλλὰ ἔστι θεῖα τὰ ῥήματα πνεύματι ἁγίῳ λεγόμενα, ἄγνωστα δὲ τοῖς μὴ εἰληφόσι πνεύματος ἁγίου δωρεὰν καὶ χάριν. Τοιοῦτοι γὰρ ὄντες οἱ προειρημένοι ἄστατον ἔχουσι καὶ τὸ φρόνημα, ἠλίθιόν τε τὴν διάνοιαν, εἰς ἐπιβλαβεῖς καὶ εἰς ἥσσονας παρεκτροπὰς ὀλισθαίνουσαν.

Κεφ. μδ'. [1] *Προϋπαντήσεται γὰρ αὐτοῖς τὸ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου εἰρημένον*
pag. 767. *ὅτι, Γίνεσθε ἕτοιμοι, αἱ [2] ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ αἱ λαμπάδες ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καὶ ἔσεσθε ὡς καλοὶ δοῦλοι, προσδοκοῦντες τὸν ἴδιον δεσπότην· ὡς γὰρ λῃστὴς ἐν νυκτὶ, οὕτως παραγίνεται ἡ ἡμέρα. Καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολός φησι, Οὐκ ἐστὲ σκότους τέκνα, ἀλλὰ ἡμέρας, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς μὴ ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Εἰ τοίνυν οἱ υἱοὶ τῆς ἡμέρας οὐχ ὑπὸ σκότους καλύπτονται, ἀλλὰ ἕτοιμοι γίνονται ὅτι ᾗ οὐκ οἴδασιν ἡμέρᾳ καὶ ᾗ οὐ προσδοκῶσιν ὥρᾳ ὁ δεσπότης αὐτῶν παραγίνεται, ἄρα οὐ διαλλάξει παρὰ τοὺς αὐτοῦ δούλους καὶ υἱοὺς τῆς ἡμέρας, διὰ τὴν αὐτοῦ φωτεινὴν ὑπόστασίν τε καὶ θεότητα, αὐτὸς αἴτιος αὐτοῖς τούτων τυγχάνων, ἢ ὅτι ὡς οἱ ἀγνοοῦντες τὴν ἡμέραν καὶ μὴ ἑτοιμασθέντες καταληφθήσεται ἀγνοῶν καὶ [3] ὑπ' ἐλαττώσει τυγχάνων. Τίς δὲ μεμηνὼς ταῦτα περὶ κυρίου λογίσοιτο, ὅτι αὐτὸς ἔσται ὡς οἱ ὑπ' αὐτοῦ δεσποζόμενοι ἄνθρωποι, καὶ μεμαθητευμένοι, ἢ ὡς οἱ χείρους διὰ τὴν αὐτῶν ἀνετοιμασίαν καὶ ἄγνοιαν; καὶ τὸ ὅλον ἐστὶν ἠλίθιον. Εἰ τοίνυν ταῦτα οὐ δύναται πληροῦσθαι, ὁ δὲ λόγος παρεκτεινόμενος ἀντίθετος τῇ χρήσει εὑρεθήσεται, ἄρα ζητητέον ἐστὶ τίνα τὸν λόγον εὕρωμεν, ἵνα ἀναντιθέτως τῶν ἀμφοτέρων σωζομένων μὴ ἐκτραπῶμεν τῆς ἀληθείας. Ἀδύνατον γὰρ τὸν κύριον ψεύδεσθαι, καὶ ἀδύνατον αὐτὸν μάτην τὰς ἐξηγήσεις εἰς ἡμετέραν ζωὴν ποιεῖσθαι. Γινώσκει τοίνυν ὁ πατὴρ, γινώσκει ὁ υἱὸς, γινώσκει τὸ ἅγιον πνεῦμα. Οὐδὲν γὰρ ἐν πατρὶ διηλλαγμένον*

Cap. XLIII. — 1. Εἴπωσιν γὰρ ἡμῖν coniecit *Petavius*. *Recte interpretatus est Cornarius* Dicam enim vobis, qui malam opinionem de Christo ab initio habetis, Utrum maius est – – – – et illa hora? Omnino autem interrogati cogentur etc.

solum quos tanquam filios habet moderari ac regere, sed et mendacium omne convincere. Hoc enim petere a vobis libet, o miseri qui de Christo domino tam male ab ipso principio sentitis: ecquid ad naturae dignitatem aut cognitionem maius esse videatur, deusne dominus omnium ac pater domini nostri Iesu Christi, an dies illa, vel hora, quae a patre, filio et spiritu sancto producitur atque efficitur? Necesse est omnino vel ipsa veritate cogente respondeant, multo, ut revera est, maiorem esse patrem. Itaque cum hoc filius asserat: *Nemo novit patrem, nisi filius, et nemo novit filium nisi* Matth. 11, 27.
pater, qui quod maius est, patrem videlicet, novit, quod minus est ignorare qui potest? Sed eiusmodi sunt divini illi sermones, ut cum ex sancti spiritus afflatu prolati sint, minime ab illis percipiantur qui spiritus sancti donum gratiamque non acceperint. Cuiusmodi cum haeretici illi sint, instabili et inconstanti ingenio ac stolida mente praediti sunt, quae in perniciosissimorum atque infimorum errorum diverticula labatur.

Nam occurrere illorum conatibus potest quod a domino pronuntiatur, *Estote parati, sint lumbi vestri praecincti, et lucernae vestrae in manibus vestris: et eritis tanquam boni servi expectantes dominum suum: ut enim fur de nocte, sic advenit dies illa.* Cui et sanctus apostolus adstipulatur. *Non estis,* inquit, *tenebrarum filii, sed diei, ne dies tanquam fur vos apprehendat.* Quare cum diei filii tenebris non obducantur, sed parati sint, quoniam qua die nesciunt, et qua hora non expectant, dominus ipsorum advenit, nihil opinor a servis suis ac diei filiis is qui istorum omnium caussa illis est splendidissima sua persona ac divinitate discrepabit. Ac scilicet, perinde ut diei illius ignari imparatique, nescius et imprudens occupabitur, hac ipsa re mancus ac defectus. Quis adeo furiosus est ac vecors ut eiusmodi quaedam de Christo cogitet, nimirum eiusdem illum conditionis esse cuius homines sunt eius dominatui ac disciplinae subiecti, aut ut deteriores illi qui imparati ignarique sunt? Est illud sane quam stolidum ac ridiculum. Quamobrem cum haec ita se habere nequeant, et oratio ipsa cum usu comparata repugnare videatur, excogitanda nobis aliqua ratio est, ut utrisque sine ulla contradictione salvis a veritate non excidamus. Mentiri quippe dominus non potest, aut ad vitam nostram instituendam frustra aliquid praecipere. Quocirca cognoscit pater diem illum, cognoscit et filius, cognoscit et spiritus sanctus. Nec est quicquam in patre a filio di-

Cap. XLIV. Matth. 24, 44. Luc. 12, 35. 1. Thess. 5, 2.

Cap. XLIV. — 1. προεπαντήσεται cod. *Rhedig.*
2. ὀσφῦες *cod. Ien. et ed. princ.* ὀσφυῖες *cod. Rhedig.*
3. ὑπελάττωσι *codd. mss. et ed. princ.* et sub minoribus existens *vertit Cornarius.*

παρὰ τὸν υἱόν, οὐδὲ ἐν υἱῷ παρηλλαγμένον παρὰ τὸ πνεῦμα, ὡς ἐν ἑκάστῃ τῶν προειρημένων αἱρέσεων ἐν χρείᾳ καταστάντες ἀπεδείξαμεν, ἐξ ἀληθινῶν συστάσεων τὴν τριάδα εἶναι μίαν θεότητα, καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ παρηλλαγμένον, ἀλλὰ τὸ πᾶν τελειότης, τρία τέλεια, μία δοξολογία, καὶ μία κυριότης.

Κεφ. με΄. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, Τίνι τοίνυν [1] τῷ λόγῳ εἴρηκε [2] τοῦτο; Καὶ ἤδη μὲν ἄλλῃ μοι περὶ τοῦ λόγου τούτου πέφρασται. Οὐδὲν δὲ κωλύσει τοῖς αὐτοῖς προςθεῖναι, καὶ τὰ αὐτὰ ἀληθινὰ ῥήματα λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, τοῖς δὲ ἐντυγχάνουσιν ἀσφαλὲς ἔσται, τοῖς δὲ [3] ἐναντίοις εἰς ἔλεγχον. Ἡ γὰρ ὑπόθεσις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τρία γὰρ τάγματα ἐν ταὐτῷ ὑπεις ήνεγκεν [4] ἐν μέσῳ, πατέρα, καὶ ἑαυτὸν, καὶ πάντας
pag. 768. ἀγγέλους ἐν οὐρανῷ. Καὶ τῷ μὲν πατρὶ ἀπέδωκε τὸ εἰδέναι, οὐ μόνον εἴδησιν ὑποδεικνύων καὶ γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀεὶ παρὰ πατρὶ καὶ παρὰ υἱῷ ἀναμφιβόλως [5] κεκρατυμμένα τε καὶ γεγεννημένα καὶ εἰργασμένα, καὶ ὁ μὲν πατὴρ οἶδε τὴν ἡμέραν, εἶδεν αὐτὴν καὶ εἰργάσατο, καὶ πέπραχε, καὶ ἔκρινεν, ὡς ἔφη ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ ὅτι, Ὁ πατὴρ οὐδένα κρινεῖ, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. Ἐν γὰρ τῷ δεδωκέναι κέκρικεν. Κρίνας τοίνυν ἔγνω, γνοὺς οἶδε πότε ἔρχεται. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἤδη κέκριται, οὐ τῆς κρίσεως παρελθούσης, ἀλλὰ τῶν τότε μελλόντων ἔσεσθαι ἤδη ἀποδεικνυμένων, ὡς καὶ ἐπὶ [6] τούτῳ τὸ τοιοῦτον πληροῦται. [7] Οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ εἴδησιν καὶ εἴδησιν. Ὡς καὶ πολλάκις εἰς τὸ συνεκτικὸν κατερχόμενοι ἀπὸ ὁμοιωμάτων καὶ παραδειγμάτων τῶν ἤδη πεπραγματευμένων τὴν σαφήνειαν καὶ τὴν φράσιν ἑκάστης ὑποθέσεως παριστῶντες οὐ διελείψαμεν, [8] λάβωμεν τοίνυν ἐξυπαρχῆς αὖθις καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν.

Κεφ. μϛ΄. Τί φατε, ὦ οὗτοι; ᾔδει Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς παρακοῆς καὶ παραβάσεως, ἢ οὐκ ᾔδει; καὶ οὐ δύνασθε ἀντειπεῖν τῇ ἀληθείᾳ· ἐὰν γὰρ μὴ θελήσητε ὀρθοποδῆσαι πρὸς τὸν τοιοῦτον νοῦν, ἐλεγχθήσεσθε. Ἦσαν γὰρ, φησὶ, γυμνοὶ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο· γυμνῶν δὲ αὐτῶν ὄντων, καὶ οὐ τυφλωττόντων. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἀρνήσασθαι δύνασθε, μὴ βλέποντας αὐτοὺς ὁμολογῆσαι. [1] Εἶδε

Cap. XLV. — 1. αὐτῷ cod. Rhedig. 2. τούτω cod. Ien. τοῦτοο cod. Rhedig. 3. ἐναντίας codd. mss. uterque. Hinc reponendum fortasse τοῖς δὲ δι' ἐναντίας, qua locutione Epiphanius est usus, ut solum afferam haer. 66, 10. et 24. 4. ἐν τῷ μέσῳ cod. Rhedig. 5. κεκρατυμμένα codd. mss. uterque. κεκρατημμένα ed. princ. κεκρατημένα ed. Petav.

versum, aut in filio a spiritu sancto discrepans, quemadmodum in unaquaque superiorum haereseon refutanda, ubi id necesse fuit, certissimis rationibus ostendimus, sacrosanctam videlicet trinitatem una divinitate constare, neque quicquam diversum in sese variumque continere, sed ipsam omnino perfectionem esse, in qua tria perfecta sint, quibus unius et singularis gloriae praedicatio ac singularis dominatio tribuatur.

Ego sum, inquit, *via et per me ingredientur ad patrem.* Ac ne quis minorem ideo esse patre crederet, quod per ipsum ad patrem aditus pateret, sic alio loco dixit, *Nemo veniet ad me, nisi pater meus coelestis traxerit illum.* Igitur et pater ad filium ducit, et filius ad patrem, et uterque per spiritum sanctum introducit. Nam trinitas in una singularique divinitate perpetuo consistit, ut tria perfecta sint, unaque divinitas. Atque hoc modo haereticorum istorum opinio cohaerere non potest. Ibid. 6. Ioann. 6, 44.

Cap. LV. Sed illud obiiciunt. Cur igitur discipulis suis Christus aliquando dixit, *Vado ad patrem meum, et patrem vestrum, deum meum et deum vestrum.* Nam si deum suum fatetur, quomodo huic aequalis esse poterit, vel ab eo germani filii more genitus? Atque hac quidem oratione summa se in omnibus dei ignorantia laborare demonstrant, nec ex ulla parte evangelii splendore collustrari. Etenim quisquis perscrutari et a seculo ac per generationes indagare voluerit, quae sit veritatis in salvatoris nostri perfecta scientia, eiusque cum patre aequalitatis vis, intelliget. Isti vero Iudaicis opinionibus impediti adversus dei filium exstimulantur, perinde atque illi Christo dicebant, *Nullum ob aliud scelus te lapidamus, sed quod homo cum sis, filium dei teipsum nominas et aequalem deo te facis.* Hac illi Pharisaeorum ac Iudaeorum in Christum iracundia perciti feruntur, neque filium aequalem genitori confiteri volunt. Qua in re sacrarum literarum accuratam diligentiam inprimis considera, quae ante incarnationem nihil eiusmodi de Christo pronuntiarunt, sed pater filio dixisse legitur, *Faciamus hominem*, ut communis opificii auctorem pariter filium appellet et aequalitate germanum significet. Neque vero tum filius *Deum meum, et deum vestrum* uspiam vocavit. Item Adamus *Dei vocem exaudiit ambulantis in Paradiso:* tum, *Fac tibi arcam de lignis incorruptis:* et, *Pluit dominus a domino.* Item dominus Moysi: *Ego sum deus Abraam, et deus Isaac, et deus Iacob.* Quinetiam David: *Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis.* Nec ullibi dominus *Deum meum et deum vestrum* nominavit. Ceterum ubi corpore nostro suscepto, *In terra visus est, et cum hominibus conversatus*, atque inter nos numeratus est, tunc discipulos suos alloquens, quibus cum adaequari penitus solo excepto peccato debuit, *Deum meum,* dixit, *et deum vestrum, patrem meum, et patrem vestrum.* Patrem meum, natura scilicet ac divinitate patrem vestrum, gratia dunta- Ioann. 20, 17. Ioann. 10, 33. Gen. 1, 26. Gen. 3, 18. Gen. 6, 14. Exod. 3, 6. Ps. 109, 1. Baruc. 3, 38. Ioann. 20, 17.

7. ἡμῶν mendum est ed. Petav. Colon. repetitae.

8. Verba πατέρα μου μὲν - - καὶ πατέρα ὑμῶν bis extant in ed. Petav. Colon. repet.

πατέρα ὑμῶν διὰ χάριν δι' ἐμὲ ἐν τῇ υἱοθεσίᾳ. Θεόν μου δὲ, ὅτι τὸ ὑμέτερον σαρκίον εἴληφα, καὶ θεὸν ὑμῶν, [9] κατὰ φύσιν καὶ ἀλήθειαν. Καὶ οὕτω πάντα ἐστὶ σαφῆ καὶ διαυγῆ, καὶ οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲ θανάτου παραπλοκῆς ἔχον εἶδος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς οὗτοι προφασίζονται, πονηρὰ ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντες. Νομίζω δὲ πάλιν καὶ πρὸς τοῦτο ἱκανῶς ἔχειν τὴν φράσιν ἐπὶ δὲ τὰ ἄλλα λοιπὸν ἐπελεύσομαι.

Κεφ. νϛ'. Τὸ ἅγιον γὰρ πνεῦμα κτίσμα πάλιν κτίσματός φασιν εἶναι, διὰ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι, ὡς εἶπεν ἡ γραφὴ, ἀσυνέτως τινὰς διαρπάζοντες, οὐ καθὼς εἴρηται τὸ ῥητὸν ἔχοντες, ἀλλὰ κακῶς ὑπονοοῦντες, καὶ ἀπὸ [1] τοῦ ῥητοῦ [2] τὸ καλῶς εἰρημένον κατὰ τὴν κακὴν αὐτῶν ὑπόνοιαν παρερμηνεύοντες. Οὐ γὰρ τὸ θεῖον εὐαγγέλιον περὶ τοῦ πνεύματος ἔφη, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν κεκτισμένων, ὅτι εἴ τι
pag. 779. κτιστὸν, διὰ τοῦ λόγου γεγένηται, καὶ ὑπὸ τοῦ λόγου. [3] Τὰ γὰρ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, παρεκτεινομένης τῆς ἀναγνώσεως, [4] ἔχει, Ὃ γέγονεν, ἵνα οὕτω γνωσθῇ ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Εἶτα πάλιν, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. Ἔδει γὰρ καὶ ἐν τούτῳ πληρωθῆναι τὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀκολουθίαν, ἐν τῷ ὄντι τὰ ὄντα [5] πεπληρωμένως ἀεὶ ὁμολογούμενα. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ ἦν καὶ ἦν, καὶ ἦν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὅσα περὶ τούτου ἦν, ἐκ πνεύματος ἁγίου σαφηνίζει ὁ μακάριος Ἰωάννης [6] τῷ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ γενόμενα. [7] Ἀνωτέρω δὲ τῶν γενομένων αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας. Λέγει δὲ ἡ γραφὴ δι' αὐτοῦ πάντα γεγονέναι, οὐκ ὠνόμασε δὲ ποῖά ἐστι τὰ γεγονότα. Ὑπόνοια γὰρ οὐδαμοῦ ἦν πονηρίας, ἵνα μή τινες ὑπονοήσωσι τὰ μὴ ὄντα, καὶ βλασφημήσωσι τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον ἅγιον θεοῦ πνεῦμα. Δι' αὐτοὺς γάρ φησι ὁ κύριος ὅτι, Ἐάν τις εἴπῃ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται [8] αὐτῷ, ἐὰν δέ τι [9] εἴπῃ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὐδὲ ὧδε, οὐδὲ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἠλίθιον γάρ ἐστι τὸ πᾶν τοῦ αὐτοῦ λόγου. Κατὰ δὲ τὴν βλάσφημον αὐτῶν ὑπόνοιαν ἀντιλέξειέν τις αὐτοῖς καὶ [10] εἴποι, Ὦ γενναῖοι σοφισταὶ, καὶ τῶν λόγων διαστροφεῖς, οἱ βουλόμενοι σὺν τοῖς γεγονόσιν

9. καὶ κατὰ *cod. Rhedig.*

Cap. LVI. — 1. *Restitui* τοῦ *ex utroque codd. mss. Abest enim ab editis.*

2. τοῦ τὸ *cod. Rhedig.*

3. *Fortasse* Τὸ γάρ.

4. μέχρι *ariolatus est Petavius.*

5. πεπληρωμένως *emendandum esse viderunt Cornarius et Petavius. Ille quidem vertit* ordinis consequentiam, ut in eo qui erat ea quae sunt plene semper confiteretur. *In libris est* πεπληρωμένος.

6. *Vulgo* τό.

7. *Libri habent* ἀνώτερα. *Edidi* ἀνωτέρω *ex emendat. Petavii.*

8. αὐτοῦ *codd. mss.*

9. εἴπῃ *cod. Rhedig., et sic primitus*

xat, per me, adoptionisque beneficio. Deum meum, quoniam vestram carnem suscepi, deum vestrum, secundum naturam, et ex rei veritate. Qua ratione manifesta omnia ac perspicua sunt, neque quicquam contrarium est ac repugnans, nec ullus in scriptura locus mortiferum quicquam, et exitiosum habet admixtum ut isti captandae occasionis gratia videri volunt, qui sibi ipsis perniciosa quaedam excogitare solent. Sed cum hactenus, ut opinor, de his abunde sit dictum, nunc ad alia transibimus.

Spiritum itaque sanctum creaturae esse creaturam asserunt, quod *per filium omnia facta sint*, ut scriptura testatur. In quo stulte nonnullos in errorem abducunt, dum scripturae sententiam non ut concepta est proferunt, sed perperam intelligentes, quod praeclare conceptum est male accipiendo interpretandoque depravant. Neque enim evangelium de spiritu loquitur, sed de creatis rebus omnibus, idque unum declarat, quidquid creatum est, per verbum et a verbo fuisse productum. *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Ubi sententia ad haec usque verba, *Quod factum est*, continuari debet, ut ita discamus omnia per ipsum esse facta, et sine ipso factum nihil. Deinde: *In ipso vita erat.* Quippe in hoc institutae a Ioanne orationis consequentiam impleri oportuit, ut in verbo, quod est, quae sunt omnia perfecte inesse communi confessione constaret. *In principio enim erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Quandoquidem *Erat*, et *Erat*, et *Erat*, et *Vita erant quae in ipso sunt*, et *Erat lux vera*, et, *In mundo erat*, ac quae ad hoc ipsum attinebant, sancti spiritus afflatu beatus Ioannes declarat. *Omnia*, inquit, *per ipsum facta sunt quae facta sunt.* Porro supra ea quae facta sunt ille constitutus est, a quo facta sunt omnia. Quod autem scriptura cum dixisset *facta esse per ipsum omnia*, quaenam illa forent nominatim haud expresserit, haec esse caussa videtur quod nulla tum esset eiusmodi improbitatis suspicio: ut nonnulli falsa quaedam sibi opinione fingentes adversus immutabilem ac sanctum dei spiritum contumeliosis vocibus auderent insurgere. De illis enim accipienda est illa domini sententia: *Si quis dixerit verbum in filium hominis, remittetur ipsi: sin autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ipsi, neque hic, neque in futuro seculo.* Et vero stolidissima est illorum ratio. Imo vero ex hac ipsorum opinione, quae cum summa in deum contumelia coniuncta est, sic eos oppugnare, et ad eum modum instare licet: O praeclari sophistae, ac detorquendorum verborum artifices!

Cap. LVI. Ioann. 1, 3. Matth. 12, 32. et Marc. 3, 28.

fuisse videtur in cod. Ien. quoque, sed ab eadem manu effictum esse εἶποι. *Hoc habent editi libri.*

10. εἴπῃ *codd. mss. et ed. princ.*

ἀριθμεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ θεοῦ, διὰ τὸ ῥητὸν τὸ, Δι' αὐτοῦ τα πάντα ἐγένετο, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν ὅτι Πάντα, μηδαμοῦ ὄντος σὺν πᾶσιν ἀριθμουμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἄρα γοῦν καὶ διανοηθῆναι ὀφείλετε, ἢ καὶ ἄλλος τις χείρων ὑμῶν ἕτερος, καὶ τὸν [11] πατέρα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι, κατὰ τὴν βλάσφημον ὑμῶν ὑπόνοιαν. [12] Ὁμοῦ γὰρ συμπεριληπτικός ἐστιν ὁ λόγος φάσκων τὰ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι. Εἰ δὲ βλάσφημον περὶ τοῦ πατρὸς λογίζεσθαι τὸ τοιοῦτον καὶ μωρὸν, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῖς διανοουμένοις ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ σὺν πατρὶ ἀριθμουμένου καὶ υἱῷ. Εἰ γὰρ ἦν τῶν γεγονότων, οὐκ ἂν τῷ ἀκτίστῳ πατρὶ καὶ υἱῷ ἀκτίστῳ συνηριθμεῖτο· ἀλλ' ὅτι ἄκτι- pag. 780. στόν ἐστιν συναριθμεῖται. Εἶπε γὰρ, Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Πῶς δὲ κτιστὸν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ μαρτυρούμενον ὅτι, Ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει, δι' οὗ καὶ ἡ τελεία τῶν ἀνθρώπων σωτηρία καὶ ἔνσαρκος οἰκονομία εἰς πᾶσαν δικαίωσιν ἐπληρώθη. Ἔχρισε γὰρ αὐτὸν πνεύματι ἁγίῳ, φησὶ ἡ γραφὴ περὶ τοῦ κυρίου. Οὐκ ἂν δὲ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν σὺν τῷ θεῷ λόγῳ ἡνωμένην εἰς μίαν θεότητα ἔχρισεν ὁ πατὴρ κτίσματι, ἀλλ' ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ τριὰς, τρία τέλεια, μία θεότης, ἔδει ἐν τῷ υἱῷ [13] οἰκονομικῶς τοῦτο γενέσθαι, ἵνα παντάπασι δοξαζομένη ἐν ἅπασιν νοηθῇ ἡ τριὰς· καθάπερ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων περὶ πνεύματος διηγούμενοι οὐ μίαν, οὐ δύο μαρτυρίας εἰςενέγκαμεν ὅτι θεοῦ ἐστι πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ δοξαζόμενον, ἄκτιστον καὶ ἄτρεπτον καὶ τέλειον. Ἐξέπεσε δὲ καὶ ὁ περὶ τούτου τῶν φιλονεικούντων λόγος ὁ καθ' ἑαυτῶν.

Κεφ. νζ. Πάλιν δὲ εἰς τὰς ἄλλας αὐτῶν λέξεις ἑαυτοὺς ἐπιδῶμεν. Φασὶ γὰρ πάλιν τὸ ῥητὸν οὐκ εὐλόγως κατέχοντες, ὅτι αὐτὸς ἔφη ὁ σωτὴρ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ θεὸς, καὶ ἀφώρισεν ἑαυτὸν ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως. Τὸ δὲ πᾶν ἐστι γελοιῶδες. Εἰ γὰρ ὁ τοσαῦτα ἡμῖν ἀγαθὰ πεποιηκὼς οὐκ ἀγαθὸς παρ' αὐτοῖς κρίνεται, καὶ τίς ἔτι τούτου μοχθηρότερος εἴη, ὅτι ὁ δεδωκὼς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων, ὁ τῇ ἑκουσίῳ γνώμῃ ἐλθὼν εἰς τὸ παθεῖν, ὁ ἀπαθὴς θεὸς ὢν, ὅτι τὸ τὴν δωρεὰν ἡμῖν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτημάτων, ὅτι ὁ τὰς ἰάσεις ἐπιτελέσας ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, ὁ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος τοσοῦτον γένος τῶν ἀνθρώπων περισυναγαγὼν ἐν ἀγαθότητι, ὁ τῆς ἀγαθότητος πρύτανις καὶ τῆς εἰρήνης δεσπόζων, ὁ ἄνω ἐκ πατρὸς ἀγαθὸς λόγος, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς γεγεννημένος, ὁ διδοὺς τροφὴν πᾶσι σαρκὶ, ὁ ἐνεργήσας ἀνθρώποις καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένοις πᾶσιν ἀγαθότητα, οὐκ

11. πνεῦμα cod. Rhedig. 12. ἐμοῦ mendose habet ed. Petav. Co-

quibus propterea sanctum dei spiritum iis rebus quae factae sunt annumerari libet, quod ita scriptum sit: *Per ipsum omnia facta sunt.* Consequens igitur est ut eadem vos ratione, vel alius quispiam vobis deterior ita animo concipiat, etiam patrem ipsum per filium esse factum, ut impia vestra fert sententia. Quippe generatim universeque concepta est oratio, quae *omnia per ipsum facta esse* declarat. Quod si eiusmodi aliquid de patre suspicari impium ac stolidum est, idipsum quoque de illis existimandum est qui hoc ad spiritum sanctum transferunt, qui cum patre filioque numeratur. Nam si rerum factarum ordine contineretur, cum increato patre et increato filio nequaquam numerandus esset. Sed quod increatus sit, idcirco numeratur. Christus enim dixit, *Euntes baptizate in nomine patris, et filii, et spiritus sancti.* Quinam porro creatus esse potest spiritus ille, de quo ita testatur: *A patre procedit, et de meo accipit?* per quem et hominum perfecta salus et incarnatio ad omnem iustificationem est impleta? *Unxit enim illum spiritu sancto*, ait scriptura de domino. Nunquam autem humanam illam naturam in unam divinitatem cum deo verbo coniunctam creatura aliqua pater inungeret. Nunc cum una sit trinitas, triaque perfecta, et una divinitas, dispensatione quadam fieri hoc in filio debuit, ut in omnibus laude ac gloria celebrata cognosceretur trinitas. Quemadmodum cum adversus haereses omnes de spiritu sancto disputaremus, non uno aut altero testimonio probavimus dei esse spiritum, qui cum patre et filio collaudetur increatus, immutabilis, et perfectus. Quamobrem hac in parte contentiosorum haereticorum exclusa ratio est, quae in illos ipsos recidit.

Matth. 28, 19. Ioann. 15, 26. Act. 10, 38.

Reliqua modo quae afferre solent consideremus. Hanc enim praeterea domini sententiam perabsurde proferunt, qua quidem ipse dixit, *Quid me dicis bonum? unus est bonus deus.* In quo semetipsum ab essentia patris et persona separasse videtur. Verum ridiculum hoc illorum argumentum est. Nam qui tam multa in nos bona contulit, minime illorum opinione bonus habendus est. Quis fingi potest improbior? quandoquidem qui pro ovibus suis animam profudit, qui ad patiendum sponte descendit, cum immunis ab omni passione deus esset, qui delictorum nobis gratiam fecit, qui in omni Israëlitico populo aegritudines sanavit, qui pro sua bonitate tam infinitum hominum genus collegit, qui bonitatis administrator et pacis dominus est, bonum inquam illud verbum quod ab aeterno bono ex patre genitum est, *Qui dat escam omni carni*, qui in hominibus ceterisque a se productis omnibus bonitatem impertiit, bonus ab illis non

Cap. LVII. Matth. 19, 16.

Ion. repet. 13. τοῦτο *οἰκονομικῶς cod. Rhedig.*

ἀγαθὸς παρ' αὐτοῖς κρίνεται; Καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ λήθην ἑαυτοῖς περιποιούμενοι ὅτι πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα ἀνθυπήνεγκε τὸν λόγον ὅπως καθέλῃ τῆς ἐν αὐτῷ ἐπάρσεως τὸ φρύαγμα. Αὐχῶν γὰρ ἦν ἀπὸ γραμ-
pag. 781. ματέων ὁρμώμενος, ὡς τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου ἀκριβῶς φυλάξας, δικαιοσύνην τε καὶ ἀγαθότητα περὶ ἑαυτοῦ σεμνυνόμενος, καὶ ἔλεγε, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Καὶ ἐπειδὴ [1] εἶχε περὶ ἑαυτοῦ ὡς περὶ τηλικαύτης δικαιοσύνης, ὁ κύριος βουλόμενος θεῷ ἀναφέρειν τὴν πᾶσαν ἀγαθότητα, ὅτι οὐδεὶς ἀγαθὸς, πλὴν αὐτοῦ, ἵνα μηδεὶς σάρκα φορῶν τύφον τινὰ [2] ἑαυτῷ ἐπισπάσηται, τούτου [3] ἕνεκεν ἔλεγε, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, ἵνα ὁ τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος τὸν τοιοῦτον λόγον εἰπὼν καθέλῃ τὴν ἐν τῷ εἰπόντι φυσίωσιν περὶ δικαιοσύνης τὴν οἴησιν κεκτημένου, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ αὐτοῦ τὴν καρδίαν, ἀγαθὸν μὲν διδάσκαλον χείλεσιν αὐτὸν λέγοντα, μὴ ἐμμένοντα δὲ ἐν τῇ ἀγαθῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ. Καὶ ὅτι μὲν ἀγαθὸς τυγχάνει, αὐτὸς διδάσκει λέγων, Πολλὰ καλὰ ἐποίησα ἐν ὑμῖν, περὶ ποίου οὖν αὐτῶν ἔργων λιθάζετέ με. Τίνι γὰρ τοῦτο οὐκ ἔστι σαφὲς καὶ φανερώτατον, μάλιστα πολλῶν ἀγαθῶν τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ὄντων καὶ καλουμένων; ὥς φησιν ἡ θεία γραφή. Ἰδοὺ γὰρ, [4] περὶ πολλῶν ἀγαθῶν διηγεῖται τὸ θεῖον γράμμα. Ἦν ἀγαθὸς φησὶ Σαοὺλ, υἱὸς Κὶς, ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ὑψηλότερος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, ὑπὲρ ὠμιῶν καὶ ἐπάνω, καὶ, Ἦν ἀγαθὸς Σαμουὴλ μετὰ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ, Ἀγαθὴ ἐσχάτη λόγου ὑπὲρ τὴν ἀρχὴν, καὶ, Ἀνοῖξόν σου τὸν θησαυρὸν τὸν ἀγαθὸν, τὸν οὐράνιον· τούτων δὲ κτισμάτων ὄντων, καὶ ἀγαθῶν δηλουμένων, δι' αὐτοῦ τε καὶ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων, πῶς οὐκ ἀναμφιβόλως ἐστὶν ἀγαθὸν εἶναι ὁμολογεῖν τὸν τούτου γενεσιάρχην; Ἀλλ' ἵνα [5] μὴ μηκύνω τὸν περὶ τούτου λόγον (πάντῃ γὰρ διὰ πλάτους περὶ τούτου εἰρήκαμεν), αὖθις πάλιν εἰς τὰς ἑξῆς παρελεύσομαι, τὴν ἐπίλυσιν ἑκάστης λέξεως ποιούμενος.

Κεφ. νη'. Ἐπιφέρουσι δὲ πάλιν τινὰ ῥητὰ οἱ πάντολμοι, ἐλαττωμάτων ὑπονοίας ὑποσπείροντες εἰς τὸν αὐτοὺς ἀγοράσαντα, εἴπερ ἠγοράσθησαν. Ἐν γὰρ τῷ προσελθεῖν τὴν μητέρα τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου καὶ παρακαλέσαι τὸν ἕνα καθίσαι υἱὸν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸν ἕνα ἐξ εὐωνύμων, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ μέλλω πίνειν; οἱ δὲ εἶπον, Ναὶ, δυνά-
pag. 782. μεθα. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, τὸ δὲ καθίσαι

Cap. LVII. — 1. *Rescribendum puto* ηὔχει. *Cornarius vertit* et quoniam sentiebat de seipso velut de tanta iustitia.
2. ἑαυτῷ *om. cod. Rhedig.*
3. ἕνεκα ἔλεγεν *cod. Rhedig.*
4. παρὰ *cod. mss. et ed. princ.*
5. μὴ κίνω *cod. Ien. et ed. princ.*

iudicatur. Haec enim ignorant isti, qui ultro sibi oblivionem adsciscunt, Christum dominum ei qui de se percontatus fuerat responsum illud quod antea commemoravimus dedisse, ut eius fastum arrogantiamque compesceret. Nam cum hic e scribarum numero gloriaretur, quod praecepta legis omnia accuratissime servasset, seque iustitiae ac bonitatis nomine venditaret, atque ita locutus esset, *Praeceptor bone, quid faciendo vitam aeternam possidebo?* cum, inquam, ita de se persuasum haberet tantae se iustitiae numeros omnes explevisse, ideo dominus bonitatem omnem ad patrem, tanquam ad auctorem referre cupiens, quod nemo praeter ipsum bonus sit, ne quis carne praeditus superbia arrogantiaque se nimium efferret, respondit, *Quid me dicis bonum! nemo bonus est nisi solus deus:* ut cum tantus ac talis hoc modo loqueretur interrogantis illius qui iustitiae opinione erat inflatus fastum ac spiritus frangeret, tum ut intimos eius pectoris sensus redargueret, eo quod cum bonum ipsum summis duntaxat labiis fateretur, minime tamen bona in illius doctrina acquiesceret. Verumenimvero bonum se esse testatur ipsemet his verbis: *Multa bona feci in vobis: propter quod igitur ex illis operibus lapidatis me?* Quis est hebes adeo, cui non illud perspicue manifesteque constet? praesertim cum creatarum ab illo rerum quamplurimae et sint et appellentur bonae, ut ex scripturae testimonio colligitur; quae quidem bonorum multorum mentionem facit. Ita, *Bonus,* inquit, *erat Saul filius Cis de tribu Beniamim, sublimior omni populo ab humeris et ultra:* item, *Bonus Samuel cum deo et hominibus:* tum, *Melior est orationis finis quam principium:* item, *Aperi thesaurum bonum tuum coelestem.* Quae cum omnia creaturae quaedam sint ac bonae esse dicantur, per ipsum utique et ab ipso productae, nonne auctorem illorum ac conditorem bonum esse confiteri sine ulla dubitatione licet? Verum ne longius quam par sit in ea disputatione versetur oratio (abunde enim de eo loco dictum arbitror) reliqua videamus, et singula ab illis obiecta diluamus.

Matth. 19, 16. Ioann. 10, 32. 1. Reg. 9, 2. 1. Reg. 2, 26. Eccl. 7, 9. Num. 20, 6.

Cap. LVIII.

Pergunt enim audacissimi homines cuidam scripturae sententiae insistere, ex qua redemptori suo, si tamen ab eo redempti sunt, falsam imminutionis ac defectus opinionem aspergant. Etenim cum ad Christum Zebedaei filiorum mater accessisset rogans, ut alterum ad dexteram, alterum ad sinistram sedere tum iuberet cum ad regnum suum pervenisset, ita illis respondit: *Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem bibiturus sum? At illi dixerunt, Possumus. Dixit autem illis, Calicem quidem meum bibetis, sedere au-*

Matth. 20, 22. et Marc. 10, 38.

(quae ipsa tamen parum sibi constans p. 333. *praebeat* μὴ κίνω), μηκύνω *cod.* p. 334. *initio exhibet* μηκίνω, *cum fine Rhedig.*

ἐκ δεξιῶν μου, ἢ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός μου. Ὁρᾷς, φησὶ, πῶς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν [1]πάρεξ τοῦ πατρὸς, τοῦ ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν παρέχειν ὃ βούλεται; καὶ τίς οὕτως τῶν εὐφρονούντων νοήσειεν; εἰ γὰρ ὁ υἱὸς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, καὶ τίς ἔχει ἐξουσίαν; Ὁ γὰρ πατὴρ, φησὶ, ζωογονεῖ τοὺς νεκροὺς, καὶ οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ, ἵνα ὃν θέλει ζωογονῇ, καὶ, Τὰ τοῦ πατρὸς ἐμά ἐστι, καὶ, Πάντα παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Τίς οὖν ἔτι [2]ἀμφιβάλλοι; Τοῦτο δὲ βούλεται παριστᾶν ὁ θεῖος αὐτοῦ καὶ σοφὸς λόγος, ὅτι οὐ κατὰ προσωποληψίαν γίνεται πρᾶγμα, ἀλλὰ κατὰ ἀξίαν. Κυρίου μὲν γάρ ἐστι τὸ παρέχειν, παρέχει δὲ ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν, ἕκαστος δὲ ἐργασάμενος τὸ δίκαιον λαμβάνει κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· καὶ οὐκέτι αὐτῷ μόνῳ ἐστὶ τὸ δοῦναι, ἀλλὰ τῷ ἑαυτὸν ἄξιον πεποιηκότι. Τολμῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὔτε αὐτοῦ ἐστι, καίπερ δυναμένου δοῦναι, μὴ βουλομένου δὲ, οὔτε τοῦ ἁγίου πνεύματος, καίπερ δυναμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος δοῦναι κατὰ τὸ εἰρημένον· ὅτι, Ὧι μὲν δίδοται σοφία διὰ τοῦ πνεύματος, τῷ δὲ γένη γλωσσῶν ἐν τῷ [3]αὐτῷ πνεύματι, τῷ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν, τῷ δὲ δύναμις, τῷ δὲ διδασκαλία, ἓν δέ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ διαιροῦν ἑκάστῳ ὡς βούλεται. Καὶ οὐκ εἶπε, Καθὼς προστάσσεται, ἀλλὰ, Καθὼς βούλεται. Καὶ, Ὁ υἱὸς ὃν θέλει ζωογονεῖ, καὶ ὁ πατὴρ καλεῖ ὃν θέλει πρὸς τὸν υἱόν. Καὶ πάλιν οὔτε ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, οὔτε ἅγιον πνεῦμα κατὰ προσωποληψίαν καλεῖ, ἢ δίδωσιν, ἢ παρέχει, ἢ ἀξίαν δίδωσιν, ἀλλὰ καθὼς ἑαυτὸν ἄξιον ἕκαστος εὐτρεπίζει, τουτέσιν οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' ἐὰν κάμητε, ἔσται ὑμῖν ἡτοιμασμένον παρὰ τοῦ πατρός μου. Τὸ δὲ τέλειον ὅτι, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. Καὶ ἔτι ὑπερβήσομαι εἰς τὰ ἕτερα.

Κεφ. νθ'. [1]Φησὶ δὲ, πῶς λέγετε αὐτὸν ἐκ τῆς τελείας τοῦ θεοῦ θεότητος; Ἰδοὺ γὰρ, λέγει περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος ὅτι, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ὁ δὲ ἐπιδεηθεὶς βοηθείας τοῦ θεοῦ τοῦ ἐγεῖραι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἄρα ἕτερός ἐστιν, ὁ ἐγείρων τῇ δυνάμει, ἕτερος δὲ ὑποβεβηκὼς ὁ ἐγειρόμενος διὰ τῆς τοῦ δυνατοῦ δυνάμεως. Καὶ ἕως πότε κατατρίβομαι περὶ τὰ ληρώδη νοήματα τῶν κακῶς παρατριψάντων ἑαυ-
pag. 783. τῶν τὸ μέτωπον; τίς οὖν ἤγειρε τὸν Λάζαρον; τίς ἤγειρε τὸν υἱὸν τῆς χήρας τῆς ἐν Ναΐν; τίς εἶπε τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου, Κοῦμι ταλιθὰ, τουτέστιν ἀνάστηθι ἡ παῖς; τίνος τὸ ὄνομα ἐπεκαλοῦντο οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ νεκροὶ ἠγείροντο; Νομίζουσι δὲ, ἐπειδὴ οἱ ἀπό-

Cap. LVIII.. — 1. Verba πάρεξ - - ἐξουσίαν non habet cod. Rhedig. 2. ἀμφιβάλοι cod. Rhedig. ἀμφιβάλλοιεν.

tem ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo. Vides igitur, inquiunt, omni illum potestate carere sine patre, penes quem est cui velit deferendi facultas. Quis sui compos ac prudens haec de Christo cogitare possit? Nam si filius potestate caret, quis eam tandem obtinebit? *Pa-* Ioann. 5, 21.
ter enim, inquit, *vivificat mortuos, et ita dedit et filio, ut quem vult vivificet:* et, *Quae patris sunt, mea sunt:* et, *Omnia tradita sunt* Ioann. 16, 15.
mihi a patre meo. [illegible] de eo dubitare amplius potest? Quamobrem Matth. 11, 27.
hoc divinus ipsius [illegible]s sermo demonstrare voluit, nulla personarum accepti[illegible] ex cuiusque merito rem omnem transigi. Domini enim est [illegible]re; confert autem unicuique pro dignitate meritorum. Unusquisque enim qui quod iustum est praestitit, pro laboris sui ratione mercedem accipit, nec alteri tribuere licet, praeterquam ei qui se dignum reddiderit. Dicam enim audacter, ne ipsius quidem esse, nisi hoc modo, dare, quamquam hoc in eius potestate situm est, sed quod nequaquam id velit; imo nec spiritus esse sancti, quamvis et ipse tribuere possit, ut ex hoc scripturae loco manifestum est, *Huic quidem datur sapientia per spiritum, huic* 1. Cor. 12, 8.
vero genera linguarum in eodem spiritu, alteri interpretatio linguarum, huic virtus, huic doctrina: unus est autem spiritus, qui dividit unicuique prout vult. Non dixit, Prout iubetur, sed, Quatenus vult. Ad haec, *Filius quem vult vivificat, et pater vocat quem* Ioann. 5, 21.
vult ad filium. Praeterea neque pater, aut filius, neque spiritus Ioann. 6, 44.
sanctus personarum in vocando dandove ac largiendo, vel cuiusque meritis compensandis rationem habet, sed hoc omnino spectatur, quemadmodum se quisque idoneum dignumque comparet. Denique hic sensus est, Non est meum dare, sed si laboraveritis, paratum erit vobis a patre meo; summum autem ac perfectum est, *quoniam ego sum vita.* Nunc ad alia progrediamur.

Obiiciunt illud: Quinam illum ex perfecta divinitate dei prodiisse dicitis? Ecce enim apostolus sic de illo scribit: *Deus suscitavit illum a mortuis.* Ex quo patet dei illum auxilio, qui se a mortuis excitaret opus habuisse. Proindeque alius est qui suapte illum vi suscitat, alius et eodem inferior, qui praepotentis illius virtute suscitatur. Quid amplius perfrictae frontis hominum refellendis nugis ac somniis immoramur? Quis Lazarum excitavit ad vitam? Ioann. 11. Luc. 7.
Quis viduae in oppido Naim filium vitae restituit? Quis synagogae Matth. 9. Marc. 5.
principis filiae dixit, *Cumi talitha*, hoc est, *Surge filia.* Quis in- Luc. 8. Matth. 5, 41
vocato ab apostolis nomine mortui sunt ad vitam revocati? At isti,

Cap. LIX. Rom. 4, 24. et 1. Cor. 15, 15.

3. αὐτῶν codd. mss. uterque. Cap. LIX. — 1. Φασὶ cod. Rhedig. *Etiam Cornarius vertit* Dicunt. φησὶ cod. Ien. (cum rasura), *et editi.*

στολοι Ἰουδαίοις προςδιαλεγόμενοι διὰ τὸ νομίζειν ἀποστασίαν κηρύσσειν τοὺς ἀποστόλους ἀπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου, καὶ διὰ [2] τὸ πρὸς τὸ γνωστὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ γινώσκοντος ὅτι ἤμελλον αἱρέσεις ἀφηνιάζειν τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ πατρῴου θελήματος, τούτου ἕνεκα εἰς τὴν μίαν θεότητα τὰ πάντα ἀναφέροντες οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι, ὅτι εὐδοκίᾳ παρὰ πατρὸς ἐγένοντο τὰ πάντα, βουλήσει τοῦ υἱοῦ, [3] συνευδοκίᾳ πνεύματος ἁγίου, μὴ ἄρα κατὰ ἐλάττωσιν, ἢ κατὰ ἀσθένειαν ἢ ἀλλοτρίωσιν τῆς τοῦ θεοῦ λόγου παρὰ [4] τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν τοῦτο εἴρηται. Καὶ οὐχ οὕτως. Ὅρα γὰρ τὰ πρωτότυπα, πῶς διηγεῖται ὁ ἄγγελος φάσκων ταῖς περὶ [5] Μαρίαν, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; [6] ὁρᾷς, ὁ ζῶν ἐν ἰδίᾳ θεότητι καὶ σαρκὶ ἀνέστη, οὐκ ἦν δὲ μετὰ τῶν νεκρῶν. Καὶ τί φησι αὐταῖς, Ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε; καὶ οὐκ εἶπεν, Ἤγειρεν αὐτὸν ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ὧδε; Ἀλλ' ἵνα [7] δείξω σοι τὸ δυνατὸν, ὅτι καὶ ζῶν ἀνέστη, καὶ αὐτὸς πάλιν ἔλεγε πρὸ τοῦ παθεῖν αὐτὸν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παραδοθήσεται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὸ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀναστήσει αὐτόν. Σαφῶς δὲ [8] περὶ τούτου τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως προεδείκνυε λέγων, Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ λαβεῖν αὐτήν. Ὁ δὲ ἐξουσίαν ἔχων πῶς ἑαυτὸν ἐγείρειν οὐκ ἠδύνατο; ὁ ἀπόστολος δὲ γράφων, ἵνα δείξῃ μηδὲν ἄνευ θελήματος πατρὸς ἐν τῇ τῆς σωτηρίας οἰκονομίᾳ γεγενῆσθαι, ἔφη, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει αὐτὸς ὁ ἀπόστολος, ὅτι, Εἰ καὶ ἀπέθανεν ἐξ ἀσθενείας, ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως. Ἤθελον δὲ πυθέσθαι τὸν νοῦν τῶν τὰ ἀκριβῆ τῶν γραφῶν γινωσκόντων, ποίαν ἀσθένειαν εἶχεν ὁ μονογενὴς, δι' οὗ ὁ οὐρανὸς ἥπλωται, ἢ παρ' οὗ ὁ οὐρανὸς κέκτισται, δι' οὗ ὁ ἥλιος ἐστιλβώθη, δι' οὗ ἔλαμψαν τὰ ἄστρα, δι' οὗ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γεγένηται. Ἄρα τὴν ἀσθέ-
pag. 784. νειαν ποίαν λέγει; ἆρα ἣν ἀνεδέξατο ἐλθὼν ὁ λόγος ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐνδυσάμενος ταύτην, ἵνα τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν βαστάσῃ; ὡς καὶ [9] ᾄδει περὶ αὐτοῦ ὁ προφήτης λέγων, τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Ἀπέθανεν οὖν διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν, ὁ ζωὴ ὢν καὶ ἀπαθὴς θεὸς, ἐν τῇ ἐξ ἡμῶν ἀσθενεστέρᾳ σαρκί· ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως. Ζῶν γάρ ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Ἀπέθανεν οὖν ἐξ ἀσθενείας, ζῇ δὲ ἐκ δυνάμεως τῆς αὐτοῦ θεότητος, ζῇ δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐν ᾗ τὸ

2. *Reponendum videtur* διὰ τὸ προγνωστὸν τοῦ ἁγίου πν. *Cornarius vertit* propter praenotionem sancti spiritus.

3. σὺν εὐδοκίᾳ *cod. Rhedig. Etiam Cornarium vertisse video* cum bona voluntate spiritus sancti.

4. τὴν *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

5. Μαρίαμ *ed. Petav.*

6. *Verba* ὁρᾷς - - μετὰ τῶν νεκρῶν *om. cod. Rhedig.*

7. δείξω σοι *correxi cum Cornario qui vertit* At ut ostendam tibi potentiam cett. *In libris vulgo est* δείξωσι *inter-*

quoniam apostoli contra Iudaeos disputantes, cum persuasum ipsis esset apostolos ab legis deo defectionem praedicare, necnon et quod spiritus sanctus praevideret eiusmodi haereses futuras, quae a paterna voluntate Christum abalienare ac separare studerent, cum, inquam, propterea ad unam divinitatem omnia revocarent apostoli, quandoquidem pro eo ac patri visum est de filii voluntate ac consentiente spiritu sancto omnia condita sunt, haeretici, inquam, isti his loquendi modis inferiorem quandam conditionem aut imbecillitatem, aut divini verbi ab essentia patris alienationem significari putant. Verum longe aliter se res habet. Et ut illud intelligas, age exemplaria ipse contuere, quid angelus Mariae eiusque sociis mulieribus dixerit: *Quid quaeritis viventem cum mortuis?* Vides ut vivens ille Luc. 24, 5. cum sua divinitate et carne surrexerit. Neque vero inter mortuos amplius iacebat. Cur autem ita locutus est, *Surrexit, non est hic?* Matth. 16, 6. non autem ita dixit: Excitavit eum deus, et non est hic? nisi ut potestatem illius ostenderet, quoniam et vivus surrexit? Quin etiam priusquam ipse pateretur discipulos suos sic allocutus est: *Ecce* Matth. 20, 17. *ascendimus Hierosolyma, et tradetur filius hominis ut crucifigatur, et tertia die resurget.* Non dixit, Excitabit ipsum, sed aperte, quod ad eam rem attinet, suae vim potestatis aperuit, dicens, *Po-* Ioann. 10, 18. *testatem habeo animam meam ponere, et sumere ipsam.* Qui igitur potestatem habebat, semetipsum excitare non potuit? Apostolus vero nihil absque patris voluntate in administranda hominum salute gestum demonstrare cupiens, ita scripsit: *Deus suscitavit illum a* Act. 3, 15. *mortuis.* Nam et alio loco idem apostolus, *Tametsi*, inquit, *mor-* 2. Cor. 13, 4. *tuus est ex imbecillitate, vivit ex virtute.* Ego vero quidnam isti homines tam accurata sacrarum literarum scientia praediti in animo habeant, libenter interrogem, quid in unico dei filio imbecillitatis fuerit, per quem coelum expansum est et productum, per quem sol splendore perfusus est, per quem illuxere sidera, per quem e nihilo sunt omnia producta. Quam igitur imbecillitatem ei tribuunt? Eamne quam in nostra carne, ubi illam induit, dei verbum in sese transtulit, quo infirmitatem nostram ipse portaret? Quemadmodum de illo propheta cecinit: *Infirmitates nostras suscepit, et morbos tulit.* Igi- Esai. 53, 4. tur mortuus est propter infirmitatem nostram in imbecilla carne, ille ipse qui vita est et immunis a passione deus: vivit autem ex virtute. *Vivus est enim sermo dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio* Hebr. 4, 12. *ancipiti.* Quare mortuus est ex infirmitate, vivit autem ex divinitatis suae virtute, et in carne nostra vivit, in qua passionem illam

punctione hac ὧδε; ἀλλ' ἵνα δείξωσι -- ἀνέστη. καὶ *cett.*

8. *Fortasse* παρὰ τούτου.

9. ἄδη *codd. mss. et ed. princ.*

πάθος ἀνεδέξατο. Καὶ διὰ τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν τὴν εὐδοκίαν πατρὸς σημαίνων ὁ ἀπόστολος ἔφη ὅτι, Ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

Κεφ. ξ'. Ἐπιφέρουσι δὲ καὶ ἄλλο ῥητὸν ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου, ὅπερ ἐστὶ θεσπέσιον καὶ ἐξαίρετον, καὶ εἰς πάντα χρησιμώτατον. Ποῖον δέ ἐστι τὸ ῥητόν; ἀλλ' ἢ ὁπηνίκα [1] γὰρ ἔμελλον ὁ κύριος ἰδίᾳ βουλήσει ἐπὶ τὸ πάθος ἥκειν, παραλαβὼν τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην, διέστη ἀπ' αὐτῶν ὡςεὶ λίθου βολὴν, καὶ ἀπελθὼν ηὔχετο, [2] καὶ ἔλεγε, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ αὐτὸ πίω· πλὴν οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σύ. Καὶ πρῶτον μὲν πάλιν [3] προφασίζονται οἱ αὐτοὶ λέγοντες ὅτι, Ὁρᾷς πῶς [4] ἀποκριτικῶς λέγει, καὶ βούλημα διηλλαγμένον ὑποφαίνει λέγων, Οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σὺ; πῶς οὖν ἡ αὐτὴ οὐσία τυγχάνει, φασὶν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἕτερόν ἐστι βούλημα, ἐν δὲ [5] τῷ πατρὶ ἕτερον; Καὶ ἀγνοοῦσι τὴν πᾶσαν δύναμιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος ἔφη, Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ. Πῶς γὰρ ἴδιον βούλημα ἔφη παρὰ τὸ τοῦ πατρὸς βούλημα, ὁπότε αὐτὸς σημαίνει πρὸς τοὺς μαθητὰς ὅτι, Τετάρακται ἡ ψυχή μου, καὶ, Τί εἴπω, πάτερ; σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ὡς προκατασκευαστικῶς τὸ ῥητὸν διηγούμενος καὶ ἐπαμφιβόλως τῇ λέξει κεχρημένος [6] ὅτι, Τί εἴπω, πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. Τοῦτο, φησὶ, [7] εἴπω; ἀλλὰ διὰ τοῦτο [8] ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. Ἦλθε δὲ οὐκ ἄκων, ἀλλ' ἑκών. Ἀνωτέρω γὰρ λέγει ὅτι, Ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί σπεύδω ἕως οὗ πίω αὐτό; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην; Εἰ τοίνυν θέλει καὶ σπεύδει, καὶ λέγει εἰς τοῦτο ἥκειν, πῶς ἄλλο βούλημα τὸ αὐτοῦ ὑποφαίνει, καὶ ἄλλο [9] τὸ τοῦ πατρός; ἀλλ' ἐπειδὴ
pag. 785. ἤμελλε διὰ τοῦ Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι, φιλάνθρωπος ὢν καὶ φειδόμενος τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ, ἐποιεῖτο ὑπὲρ τοῦ λαοῦ λόγον. Τὸ δὲ βούλημα ἦν τοῦ πατρὸς, τὸ τὴν οἰκονομίαν οὕτω πληρωθῆναι, τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ παραιτίων ἑαυτοῖς ὄντων τῆς τοῦ υἱοῦ προδοσίας, καὶ οὐχ ὑπὸ θεοῦ ἀναγκαζομένων· καὶ οὐχ ἕτερον βούλημα ἦν τὸ τοῦ υἱοῦ παρὰ τὸν πατέρα. Ἀλλ' ἔδει αὐτὸν καὶ ἐν τούτῳ ταῦτα δεικνύειν, ἵνα τὸ πᾶν τῆς μονότητος ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναγάγοι, πρὸς τὸ μὴ μερισθῆναί τι τῆς μίας ἑνώσεως καὶ οἰκονομίας.

Κεφ. ξα'. Καὶ καθεξῆς [1] δὲ ἐπιφέρει λέγων, Ἐν τῷ εὔχεσθαι αὐτὸν, ὡς γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ [2] ἐμφέρεται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, Ἵδρωσε, φησὶ, καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ὁ ἱδρὼς ὡςεὶ θρόμβοι αἵματος κα-

Cap. LX. — 1. ἀρ cod. Rhedig.
2. καὶ om. in ed. Petav. Colon. repet.
3. προφασιάζονται ed. princ.
4. ἀποκριτικῶς emendavit Petavius. Libri habent ὑποκριτικῶς.
5. τῷ om. in ed. Petav. Colon. repet.

sustinuit. Ob hanc administrandi rationem patris voluntatem ac decretum significare volens apostolus dixit, *Deus suscitavit illum a mortuis.*

Aliud insuper ex evangelio Lucae testimonium adducunt, plane Cap. LX.
divinum, et eximium, et ad omnia longe opportunissimum. Quodnam vero illud est? Nimirum cum ad subeundam passionem suapte sponte dominus accessurus esset, discipulis ad montem perductis, eadem illa hora *avulsus est ab illis lapidis fere iactu, et abiens ora-* Luc. 22, 42.
bat his verbis: Pater si fieri potest, transeat a me calix iste, ut non bibam illum. Verumtamen non quod ego volo, sed quod tu. Ex quo ita disputandi occasionem captant: Vides, inquiunt, ut ad discernendum apte locutus sit, et diversam ab illo voluntatem indicet? *Non quod ego volo, sed quod tu.* Fierine vero potest, ut eadem amborum sit essentia, cum in utroque alia voluntas insit? Sed vim omnem verborum penitus ignorant. Nam et propterea exclamat apostolus, *O altitudo divitiarum et sapientiae ac scientiae dei!* Rom. 11, 33.
Quomodo enim voluntatem propriam a paterna diversam esse dixit, cum hoc apostolis ipse declaraverit. *Turbata est,* inquit, *anima* Ioann. 12, 27.
mea: et, *Quid dicam, pater? Salva me ex hac hora.* Quod velut praeparandi gratia ambigue conceptum est. *Quid dicam,* inquit, *pater? Salva me hac hora?* Hoc, inquit, dicam, *Sed propterea veni in hanc horam.* Sponte porro, non invitus, accessit; supra enim dixerat, *Calicem habeo bibendum. Et quid festino donec bibam illum,* et, *Baptismo baptizandus sum, et quid volo nisi ut iam bapti-* Luc. 12, 50.
zer? Quare si et vult, et festinat, et huius rei gratia venisse se dicit, quinam aliam suam, aliam patris voluntatem esse demonstrat? Sed quoniam per Israeliticam gentem tradendus erat, cum humanissimus esset, et Abraami stirpi consulere vellet, eius gratia ita locutus est. Porro haec erat patris voluntas, ut hoc modo administrarentur omnia, cum proditionis filii caussa sibimetipsis Israëlitae forent, neque a deo cogerentur; nec filii voluntas erat a paterna diversa. Sed in hoc demonstranda ab ipso illa fuerunt, ut singularitatem omnem ad patrem velut ad principium referret, ne unitas illa et administratio aliqua ex parte divideretur.

Praeter haec illud etiam obiicit haereticus, quod in evangelio Cap. LXI.
Lucae scriptum est, nimirum dum oraret Christus, et in agonia constitutus esset, sudasse. *Et factus est,* inquit, *sudor eius, tanquam* Luc. 22, 44.

6. ὅτι, Τί *ego.* Τί *placuit Petavio. Libri habent* ὅτι.
7. *Vulgo distinctum est* τοῦτο φησὶ εἴπω, ἀλλὰ *cett.*
8. ἤλλαξεν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
9. τὸ *om. in ed. Petav. Col. rep.*
Cap. LXI. — 1. διεπιφέρει *cod. Rhedig.*
2. ὡς ἐμφέρεται *volebat Petav.*

τερχόμενοι ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐφάνη ἄγγελος κυρίου ἐνισχύων αὐτόν. Προπηδήσαντες τοίνυν οἱ [3] λεξιθῆρες εὐθὺς, ὡς πρόφασιν κατὰ ἐχθροῦ εὑράμενοι, ἐπιφέρουσι λέγοντες, Ὁρᾷς ὅτι ἐπεδέετο καὶ ἰσχύος ἀγγέλων; ἐνίσχυσε γὰρ αὐτὸν ὁ ἄγγελος· ἐν ἀγωνίᾳ γὰρ αὐτὸς ἐγένετο. Καὶ οὐκ ἴσασιν ὅτι ἐὰν μὴ ἔχῃ πάντα ταῦτα, καὶ τὸ, Μὴ ἐμὸν βούλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν, καὶ ἐὰν μὴ ἀγωνιάσῃ, καὶ ἐὰν μὴ ἱδρὼς αὐτῷ γένηται ἐκ σώματος προχεόμενος, ἄρα δόκησις ἦν ἡ ἔνσαρκος Χριστοῦ παρουσία, καὶ εὔλογος παρὰ Μανιχαίων καὶ [4] Μαρκιωνιστῶν ἡ περὶ φαντασίας δόκησις τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ὑπόθεσις ᾄδεται, καὶ οὐκ ἀληθεστάτη. Ταῦτα δὲ πάντα, ἐπασφαλιζόμενος ἡμῶν τὴν ζωὴν [5] τὰ ὅλα, ἀνεδέξατο οἰκονομικῶς, ἀνθρωποπαθῆ τινα διηγήματα ἔχων οὐκ εἰρωνείᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ, τὸ, Οὐκ ἐμὸν θέλημα, ἵνα δείξῃ σαρκὸς ὑπόστασιν ἀληθινὴν, καὶ ἵνα ἐλέγξῃ τοὺς λέγοντας νοῦν μὴ ἐσχηκέναι αὐτὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐλέγξῃ τοὺς μὴ λέγοντας σάρκα αὐτὸν ἐσχηκέναι. [6] Πᾶς γὰρ θεῖος λόγος ἀναμέσον τῶν υἱῶν τοῦ σκότους ἑστὼς ἐλέγχει τὸ σκότος, φωτίζει δὲ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας; Ὅρα γὰρ πόσα χρήσιμα ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. Ἀπὸ ἀσωμάτων οὐ προέρχεται ἱδρώς. Ἐν δὲ τῷ [7] τοῦτο γενέσθαι ἔδειξεν ἀληθινὴν σάρκα, καὶ οὐ δόκησιν ἀπὸ σαρκὸς ἐν θεότητι συνηνωμένης·
pag. 766. χωρὶς γὰρ ψυχῆς καὶ νοὸς οὐ γίνεται ἀγωνία. [8] Ἀγωνιάσαντος δὲ αὐτοῦ, ἔδειξε ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ νοῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πεφορηκέναι, ὅθεν ἡ ἀγωνία φαίνεται. Καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰπεῖν, Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν, ἔδειξεν ἀληθῶς νοῦν ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἀναμάρτητον. Ἡ γὰρ θεότης αὐτοῦ, πάντοτε ἐν πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, τὰ πάντα τελειωμένως ἔχει, καὶ οὐδὲν διαλλάττει φρόνημα υἱοῦ πρὸς πατέρα, οὐδὲ πατρὸς πρὸς υἱὸν, οὐδὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς πατέρα καὶ υἱόν. Εἰ γὰρ ἃ μὴ θέλει πατὴρ βούλεται υἱὸς, ἄρα καὶ αὐτὸς ἔσται καθ' ἡμᾶς ψιλὸς ἄνθρωπος θελήματι πατρὸς κατὰ ἐλάττωσιν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶ, μὴ γένοιτο. Τῷ δὲ ἀνθρωποπαθῆ διηγεῖσθαι τὸ ἀληθινὸν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας καὶ τὸ τέλειον τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως δείκνυσιν, ἵνα εἰς πάντα ἡμῶν [9] σωτηρίαν γένηται, εἰς τὸ μὴ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων νοεῖν, καὶ ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας.

3. λεξίθηρες *ed. Petav. Cf. de hoc vocabulo Lobeck. ad Phryn. p.* 628.
4. Μαρκιανιστῶν *codd. mss. et ed. princ.*
5. *Vulgo distinctum est* ζωὴν, τὰ ὅλα ἀνεδέξατο *cett.*
6. πᾶς *cod. Rhedig., et ed. Ien. cum rasura. Cornarii versio: Totus enim divinus sermo cett. Editi habent* πᾶς.
7. *Editi* τούτῳ.
8. ἀγωνιεύσαντος *editi.*
9. *Libri vulgo* σωτηρίαν.

guttae sanguinis decidentes in terram: et apparuit angelus domini confortans ipsum. Ex quo vocularum isti captatores, velut occasionem adversus inimicum nacti, ac gestientes et exultantes ita nos oppugnant: Videsne etiam opus illi fuisse ut ab angelis corroboraretur? Corroboravit enim illum angelus, cum in anxietate illa versaretur. Neque vident, nisi haec omnia Christus suscepisset, nisi haec ipsa verba, *Non mea voluntas, sed tua,* usurpasset, nisi angorem illum animi subiisset, ac nisi denique sudorem e corpore distillasset, totum illud assumptae carnis mysterium nihil praeter opinionem ac speciem habiturum fuisse, adeoque Manichaeorum et Marcionistarum larvam illam et adumbratam imaginem, quam de incarnatione praedicant, haud absurdam futuram, neque quidquam in incarnatione ipsa visum iri ex rei veritate gestum. Quamobrem Christus dominus, ut vitam nostram ac salutem muniret, omnia illa singulari providentiae suae gubernatione suscepit, et ex humano affectu non simulate, sed bona fide, disseruit. Veluti, *Non mea voluntas,* ut carnem revera subsistere doceret, ac tam eos refelleret qui humanam illum mentem habuisse negarent quam qui carnem detraherent. Quam enim admirabiliter divinus sermo in filiorum caliginis medio consistens eorum tenebras redarguit, ac veritatis filios illustrat! Animadverte enim quam multa in illa oratione commoda sint. Primum ab iis, quae corporis expertia sunt, manere sudor non potest. Quare hoc ipso, quod sudore diffluxit, veram esse carnem ostendit, non carnis speciem cum divinitate coniunctae. Ad haec sine anima ac mente angor et anxietas esse non potest. Quo cum ille sit affectus, declaravit anima se pariter et corpore ac mente fuisse praeditum, unde ille angor existit. Praeterea his ipsis verbis, *Non mea voluntas, sed tua* etc. humanam sibi mentem inesse comprobavit, sed a peccatis immunem. Siquidem ipsius divinitas perpetuo in patre, et pater in filio, et filius in spiritu sancto perfecte omnia complectitur; neque quidquam filii a patre sensus et voluntas dissidet, neque patris a filio, nec ab utroque spiritus sancti. Nam si filius ea velit quae non vult pater, nihil in eo praeter nudam hominis naturam inesse statuemus, eiusmodique illum voluntate patris, quod eo longe sit inferior, extitisse. Verum absit a nobis ut hoc ita se habere credamus. Nam quod ex humano quaedam affectu ab illo pronuntiata sunt, ad veritatem incarnationis et perfectam humanae naturae conditionem demonstrandam pertinent, suis ut omnibus numeris absolutam nobis salutem afferret, neve dum alia pro aliis animo concipimus, a veritate longius aberraremus.

Κεφ. ξβ'. *Περὶ δὲ τοῦ ὑπὸ ἀγγέλων αὐτὸν θεωρηθῆναι ἐνισχυόμενον, καὶ
τί τούτου κυριώτερον; τί δὲ τούτου ἀναγκαιότερον; ἰδοὺ γὰρ εὑρήκα-
μεν πληρούμενον τὸ ῥητὸν τῆς μεγάλης ᾠδῆς, τῆς παρὰ Μωϋσεῖ γε-
γραμμένης, ὅπου λέγει, Προσδοκάσθω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου.
Καὶ μετ' οὐ πολλὰ εἰπὼν πάλιν φησὶ, Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες
[1] υἱοὶ θεοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ [2] πάντες ἄγγελοι θεοῦ· οὐχ ἵνα
δῶσιν αὐτῷ ἰσχὺν οἱ ἄγγελοι (οὐ γὰρ ἐπεδέετο τῆς τῶν ἀγγέλων ἐνισχύ-
σεως), ἀλλ' ἐνισχύσωσιν αὐτῷ, τουτέστιν ἀποδόντες αὐτῷ τὸ ἴδιον τῆς
ἰσχύος αὐτοῦ ὁμολογήσαντες. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες πολ-
λάκις θεὸν ηὐλογήσαμεν, πολλάκις θεὸν ἐνισχύσαμεν, οὐχ ὅτι θεὸς
ἐπιδέεται τῆς ἡμῶν εὐλογίας, ἀλλ' ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὸ τῆς εὐλο-
γίας κράτος, καὶ διὰ λεπτολογίας ἐροῦμεν, Σή ἐστιν ἡ δύναμις, σὸν
τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ τιμὴ, σή ἐστιν ἡ δόξα, σή ἐστιν ἡ εὐλογία, σή
ἐστιν ἡ ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις. Μὴ ἡμεῖς ἰσχὺν παρέχομεν τῷ
θεῷ ἐὰν εἴπωμεν, Σή ἐστιν ἰσχὺς, σή ἐστιν ἡ δύναμις, σή ἐστιν ἡ εὐ-
λογία; μὴ ἡμεῖς δύναμιν αὐτῷ δεδώκαμεν; μὴ ἡμεῖς τὸν θεὸν εὐλο-
γήσαμεν; ἀλλ' ἐνισχύσαντες καὶ ἐνδυναμώσαντες θεοῦ τὴν δύναμιν
ὡμολογήσαμεν, καὶ θεῷ τὴν ἰσχὺν ἀποδεδώκαμεν. Οὕτω καὶ ὁ ἄγ-
γελος κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν θαυμάσας καὶ ἐκπληττόμενος τὴν ὑπερβο-
pag. 767. λὴν τῆς τοῦ ἰδίου δεσπότου φιλανθρωπίας, ὅτι θεὸς ὢν, καὶ σὺν πα-
τρὶ προσκυνούμενος ἐν οὐρανῷ, καὶ θεραπευόμενος ὑπὸ ἰδίων ἀγγέ-
λων αὐτοῦ, εἰς τοσοῦτον ὑπέμεινεν ἰδίᾳ βουλήσει ἑκουσίως ἐλθεῖν καὶ
ἐνδύσασθαι σάρκα. Καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄχρι τοῦ παθεῖν ὑπὲρ
τοῦ ἰδίου πλάσματος τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ὑπομένει, [3] καὶ ἄχρι
σταυροῦ παραδοθῆναι, γευσάμενός τε θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ,
ὅπως δι' αὐτοῦ τρόπαιον μὲν κατὰ τοῦ θανάτου ἡ ἀνθρωπότης λάβοι,
καταργήσῃ δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβο-
λον, καὶ θριαμβεύσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν. Διὸ καὶ θαυμάζων
καὶ ἐκπληττόμενος ὁ ἄγγελος ἔλεγεν αὐτῷ, δοξολογῶν καὶ εὐφημῶν
τὸν ἴδιον δεσπότην ἐπὶ τῷ τοιούτῳ σκάμματι καὶ παραδοξοποιίᾳ ἑστῶ-
τα, ὅτι, Σή ἐστιν ἡ προσκύνησις, σόν ἐστι τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ δύνα-
μις, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, ἵνα πληρώσῃ τὸ παρὰ Μωϋσεῖ γεγραμμένον, ὅτι,
Ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. Καὶ ὁρᾶτε, [4] Χριστοῦ θε-
ράποντες καὶ υἱοὶ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως,
ὅτι οὐδὲν ἐν τῇ θείᾳ [5] γραφῇ σκολιὸν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ τὰ
πάντα θαυμασίως εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γέγραπται, καὶ τετελείωται.
Οἱ δὲ προειρημένοι ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ,
καὶ πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα, πάντα ὡς ἐχθροὶ διανοοῦνταί τε καὶ σοφί-
ζονται. Ἡμῖν δὲ μὴ γένοιτο [6] ἀνθρωπίνοις σοφίσμασι προσανέχειν, ἀλλ'*

Cap. LXII. — 1. υἱοῦ *vitium est ed. Petav.* 2. πάντες *non habet cod. Rhedig.* 3. δὲ *cod. Rhedig.*

Quod autem ab angelis confirmatus visus est, quid maioris momenti, quidve necessarium magis illo ipso fieri potuit? Hoc enim modo illud ex magno Moysis cantico completum videmus, *Expectetur ut pluvia eloquium meum*. Tum interiectis plerisque, *Adorent*, inquit, *ipsum omnes filii dei, et confortent ipsum omnes angeli dei*. Non ut fortitudinem illi ac robur adiiciant. Neque enim illorum confirmatione opus habebat, sed confortent, inquit, ipsum, hoc est, reddant ei vim suam ac fortitudinem acceptam illi referant. Nam et nos infirmi et imbecilles deo saepe numero benedicimus, saepe illi robur tribuimus. Non quod benedictione nostra deus indigeat, sed ut expressam illa benedictione potestatem inesse in illo confiteamur. Hinc singillatim ita praedicamus: *Tua est virtus, tua potentia, tuus est honor, tua est gloria, tua est benedictio, tua est fortitudo, tua est vis*. Num igitur deo fortitudinem tribuimus, cum ita dicimus: *Tua est fortitudo, tua est virtus, tua est benedictio?* Num virtutem nos illi conferimus? num deo benedicimus? Sed nimirum commemorando illa robore ac fortitudine divinam vim praedicando confitemur, ac deo fortitudinem adscribimus. Eodem igitur modo angelus per illud tempus excellentem domini sui adversus homines benignitatem admirans, et obstupescens, quod cum deus esset, et cum patre adoraretur in coelo, atque ab angelis suis observaretur, eo usque abiicere se sua sponte voluisset, ut ad haec descenderet, ac carnem indueret; neque hoc tantum, sed vel opificii sui caussa, hoc est hominis, cruciatus perpeti et in cruce suffigi non dubitaret, ac mortem degustaret, *mortem autem crucis*, ut per ipsum homo trophaeum de morte statueret, *eumque qui mortis imperium obtinebat, diabolum videlicet, aboleret, ac principatum omnem et potestatem velut in triumpho traduceret*. Quare angelus ille admiratione ac stupore perculsus, et dominum suum collaudans ac praedicans, qui in tali scammate et ad tam inusitatum opus, velut in procinctu steterat, sic illum compellat: *Tua est adoratio, tuum imperium, tua virtus, tua fortitudo*, ut quod a Moyse scriptum est impleret, *Confortent ipsum omnes angeli dei*. Videte itaque Christi famuli, ac sanctae dei ecclesiae, et orthodoxae religionis filii, quam nihil in scriptura perplexum ac flexuosum sit: sed omnia ad nostram salutem scripta sint admirabiliter et perfecte. At isti unici dei filii et sancti spiritus inimici nihil non hostili animo cogitant, callideque moliuntur. Absit vero ut nos animum commentis hominum adhibeamus; quin potius dominum nostrum firmata corro-

Cap. LXII. — Deut. 32, 2. — Ibid. 43. — 1. Par. 29, 11. — Philipp. 2, 8. — Hebr. 2, 14. — Col. 2, 15. — 1. Paral. 29, 11.

4. Ͽεοῦ cod. Rhedig.
5. στραφῇ cod. Rhedig. Et in cod. Ien. legere ita aliquis possit.
6. τὸ ἀνθρωπίνοις cod. Rhedig.

ἔχειν τὸν ἑαυτῶν νοῦν ἐρρωμένον, ὅπως τὸν μὲν ἡμῶν δεσπότην δοξάσωμεν, μηδὲν δέ τι ἠλαττωμένον ἐν αὐτῷ διανοηθῶμεν. Εἰ γὰρ ὁ τὰ πάντα ἐλθὼν σῶσαι ἔχει ἐλαττώματός τι ἐν [7] αὐτῷ, πῶς σωθήσεται ἡ κτίσις ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐλαττωμάτων;

Κεφ. ξγ΄. Πάλιν δὲ ἐπιλαμβάνονται ὥςπερ ἀντίδικοι (καὶ γάρ εἰσι Ἰουδαϊκῷ φρονήματι ἐγκείμενοι, καὶ μηδὲν ἐκείνων διαλλάττοντες, πλὴν τοῦ ὀνόματος μόνον), οἵ πάλιν ἡμῖν ἐπιφύοντες νέοι Ἰουδαῖοι, ζητοῦντες κατὰ τοῦ σωτῆρος λέξεις τινὰς, ὅπως παγιδεύσωσιν αὐτὸν ἐν λόγῳ, καθὼς ἔφη τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καί φασι, Ἔλεγεν ἐν τῷ σταυρῷ, Ἠλὶ, ἠλὶ, [1] λημᾶ σαβαχθανὶ, τουτέστι Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ ὁρᾷς, φασὶν, οἰκτρῶς αὐτὸν παρακαλοῦντα καὶ ἀποδυρόμενον, καὶ λέγοντα, Ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ ἀπὸ
pag. 768. τοῦ δηλητηρίου τούτου τῆς τοῦ Ἀρείου [2] μανίας καρηβαροῦντες, καὶ τῇ διανοίᾳ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως λειπόμενοι, ὅτι δεῖ τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα ἐν τῷ κυρίῳ ὁμολογεῖσθαι ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ ἀληθινῇ παρουσίᾳ. Καὶ πρῶτον μὲν τὰ περὶ αὐτοῦ ὡς φρονοῦσιν, ἀπὸ ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταπηδῶντες ἐπιλανθάνονται, μίαν μὴ ἔχοντες κατάστασιν. Πῶς γὰρ δύνανται οἱ τῇ διανοίᾳ μὴ σωφρονοῦντες; ποτὲ μὲν γὰρ λέγειν σωτῆρα βούλονται αὐτὸν καὶ κύριον καὶ Χριστὸν, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, καὶ δεσπότην ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων, δι' οὗ τὰ ὅλα γεγένηται, Ἀρχαί τε καὶ Ἐξουσίαι, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, οὐρανοὶ, καὶ τὰ πάντα, γῆ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς, θάλασσά τε καὶ τὰ ἐν αὐτῇ· καὶ ὢ πολλῆς ἠλιθιότητος τῶν τὰ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ δοξαζόντων, καὶ ἐνταῦθα μὴ νοούντων ὅτι οὐ δύναται ὁ πρὸ τῶν αἰώνων κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα, δι' οὗ ὁ οὐρανὸς καὶ γῆ γεγένηται, ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ ἁπαξαπλῶς τὰ σύμπαντα, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, ταύτην τὴν φωνὴν ἐκ προςώπου τῆς αὐτοῦ θεότητος λέγειν, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; πότε γὰρ ἐγκατελείφθη υἱὸς ἀπὸ πατρὸς, πότε δὲ οὐχ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν υἱῷ; ἐπὶ γῆς μὲν γὰρ ὁ υἱὸς καὶ ὁ θεὸς λόγος βεβήκει, οὐρανοῦ δὲ ἥπτετο, καὶ πάντες ἐχθροὶ ἐπληροῦντο τῆς αὐτοῦ δόξης. Καὶ ἐν Μαρίᾳ ἐτύγχανε, καὶ ἄνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ τῇ δυνάμει αὐτοῦ ἐπλήρου τὰ σύμπαντα. Πῶς οὖν ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα οἰκτρῶς ἔλεγεν, Ἠλὶ, ἠλὶ [3] λημᾶ σαβαχθανὶ, τουτέστι Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; καί τοι αὐτοῦ λέγοντος, Πάλιν ἀπέρχομαι, καὶ οὐκ ἀφίω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἀλλ' ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Καὶ πάλιν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πάντες

7. αὐτῷ codd. mss. ἑαυτῷ edidi.
Cap. LXIII. — 1. λημᾶς ἀβαχθανὶ (ἀναχθανὶ cod. Rhedig.) codd. mss. λημᾶ σαβαχθάνι ed. Petav.
2. μανείας codd. mss. et ed. prima.
3. λημᾶς ἀβαχθανὶ (ἀναχθανὶ cod. Rhedig.) codd. mss.

boratque mente celebremus, nec in eo mancum aliquid esse suspicemur. Nam si is, qui ad repraesentandum omnium salutem advenit, vel minimum in se defectum habet, quinam a suis defectibus vindicari creatura poterit?

Sed instant adversariorum more (nam revera Iudaicis opinionibus imbuti sunt, nec ab illis praeterquam appellatione dissident); novi, inquam, isti Iudaei contra catholicos insurgentes, et adversus salvatorem quaedam verba meditantes, *ut ipsum sermonum suorum laqueis irretiant*, ut in evangelio scriptum est, illud ipsum nobis obiiciunt: Dixit pendens in cruce Christus, *Eli eli, lemma sabacthani*, hoc est, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Vides, inquiunt, ut miserabiliter imploret ac lugeat, et dicat, *Quare me dereliquisti?* Neque hoc animo percipiunt, homines virulenta hac Arii insania, velut quadam crapula, gravati, ac dei cognitionis expertes, humanos omnes affectus in Christo domino agnoscendos in vera illius incarnatione ac confitendos esse. Atque inprimis ab uno in aliud desultorio more transeuntes, quid de eo sentiendum decreverint obliviscuntur, nec in uno statu consistunt. Neque enim aliter facere possunt qui mente desipiunt. Igitur nonnunquam salvatorem hunc asserunt, et dominum, ac Christum, omnibusque superiorem seculis, et angelorum atque archangelorum dominum, per quem omnia condita sunt, principatus scilicet et Potestates, angeli et archangeli, coeli, et quae in iis sunt universa, necnon et terra, cum omnibus hominibus, iisque quae in terra sunt, ac denique mare, et quae mari continentur. O incredibilem eorum stultitiam! qui cum ita de illo sentiant, in altero non vident fieri non posse ut qui divinitate sua secula antecedat omnia, qui coelum, terramque fabricarit, et angelos atque archangelos, et ut uno verbo dicam, omnia tam quae aspectabilia sunt quam quae aspectum fugiunt, is ut, inquam, eiusmodi vocem ex persona suae divinitatis ediderit, *Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me?* Quandonam enim a patre derelictus est filius? aut quando non in patre filius extitit, et pater in filio? Etenim cum ille ipse filius ac deus verbum in terra consisteret, coelum interim attingebat, et inimicos omnes gloriae suae splendore complebat. Et in Mariae quidam utero conclusus erat, ac naturam hominis induebat, sed virtute sua replebat universa. Potuitne talis ac tantus haec ex divinitatis persona tam lugubria dicere? *Eli, eli, lemma sabacthani.* Hoc est, *Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me?* Praesertim cum ille ipse dixisset, *Iterum vado, et non relinquam vos orphanos, sed venio ad vos.* Tum alio loco, *Amen dico vobis, omnes vos scandalum*

Cap. LXIII.

Matth. 22, 15.

Matth. 27, 47.

Ioann. 14, 18.

Matth. 26, 31. et Ioann. 16, 32.

ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐν ἐμοὶ, καὶ καταλείψετέ με πάντες μόνον, ἀλλ' οὐκ εἰμὶ μόνος, ἀλλ' ἔστι μετ' ἐμοῦ ὁ γεννήσας με πατήρ. [4] Καὶ πάλιν Ἀπέρχομαι, καὶ ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τὸ ἐμοῦ λαμβάνον. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ, Ἐγὼ κρούω, καὶ ἐάν τίς μοι ἀνοίξῃ, εἰςελευσόμεθα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου, καὶ μονὴν ποιήσομεν παρ'
pag. 789. αὐτῷ, ὡς αὐτοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς μὴ ἐγκαταλιμπανομένου, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ἀεὶ σὺν τῷ υἱῷ, ὡς τοῦ ἁγίου πνεύματος σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ.

Κεφ. ξδ'. Τί οὖν, φασὶν, ἔστιν ὁ λόγος οὗτος ὃν εἶπεν ὅτι, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; τίνι δὲ οὐ σαφὲς εἴη ὅτι ἀπὸ προςώπου τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως ἀνθρωποπαθῶς προβάλλεται τὸ ῥῆμα; Ἡ γὰρ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις οὐ κατ' ἰδίαν τις οὖσα· οὐ γὰρ ἀποκεχωρισμένης τῆς θεότητος, καὶ χωρὶς οὔσης τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἔλεγεν, ὡς ἄλλου καὶ ἄλλου, ἀλλὰ συνηνωμένης τῆς ἐνανθρωπήσεως τῇ θεότητι, μιᾶς οὔσης ἁγιαστίας, καὶ ἤδη ἐν αὐτῇ τὰ τελειότατα ἐπισταμένης, οἷα δὴ ἐν θεῷ [1] συνηνωμένη καὶ εἰς μίαν θεότητα συνημμένη, [2] ὁρῶσα ἤδη τὴν θεότητα σὺν τῇ ψυχῇ κινουμένην ἐπὶ τὸ καταλεῖψαι τὸ ἅγιον σῶμα ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ κυριακοῦ ἀνθρώπου, τουτέστι τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως. Ἤμελλε γὰρ ἡ θεότης τελειοῦν τὰ πάντα, τὰ κατὰ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους, καὶ σὺν τῇ ψυχῇ κατελθεῖν ἐπὶ τὰ καταχθόνια ἐπὶ τὸ ἐργάσασθαι τὴν ἐκεῖ τῶν προκεκοιμημένων σωτηρίαν, φημὶ δὲ ἁγίων πατριαρχῶν. Ὡς οὖν ἡ κίνησις οὕτως ἐγένετο, ἀπὸ προσώπου τῆς ἐνανθρωπήσεως ἡ φωνὴ ἔλεγεν αὐτῇ τῇ ἰδίᾳ θεότητι, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Ἀλλ' ἔδει τοῦτο γενέσθαι ἵνα πληρωθῶσι δι' αὐτοῦ αἱ θεῖαι γραφαὶ διὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ προφητῶν περὶ αὐτοῦ [3] προκεκηρυγμέναι· ἵνα πληρώσῃ καὶ τὰ κατὰ τοῦ ᾅδου ἐν τῇ ἰδέᾳ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸν ᾅδην· ἵνα ὁ ἄρχων ὁ ᾅδης, καὶ ὁ θάνατος, χειρώσασθαι ἄνθρωπον θελήσας κατὰ ἄγνοιαν, [4] ἀναγνῷεν τῇ ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ θεότητι καὶ μᾶλλον αὐτὸν τὸν ᾅδην χειρωθῆναι, καὶ τὸν θάνατον καταλυθῆναι, καὶ πληρωθῆναι τὸ εἰρημένον, Οὐκ ἐάσεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Οὔτε γὰρ κατέλιπεν ὁ ἅγιος θεὸς λόγος τὴν ψυχὴν, οὔτε [5] ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ᾅδῃ. Πάντα γὰρ οἰκονομεῖ τὰ τῆς τοιαύτης μεγάλης μυσταγωγίας ἡ τριὰς ἀπαραλείπτως, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ μὲν υἱοῦ ἐνσάρκου, τοῦ δὲ πατρὸς ἀσωμάτου ὑπάρχοντος, [6] εὐδοκίᾳ δὲ ἰδίᾳ καὶ

4. *Verba* καὶ πάλιν - - - λαμβάνον *bis leguntur in cod. Rhedig.*

Cap. LXIV. — 1. συνηνωμένη *ed. pr.* „*Leg.* συνηνωμένου *et* συνημμένη". *Petav.*

2. ὁρῶσα δὲ ἤδη *coniec. Petav.*

3. προκεκηρυγμένα *ed. Petav.*

4. *Ita correxi hunc locum, qui, ut vulgo legebatur et distinguebatur, nullam plane praebebat sententiam. Habent enim libri omnes* θελήσας, κατὰ ἄγνοιαν ἀγνοῶν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ θεότητι, καὶ

patemini hac nocte in me, et relinquetis me solum: ego autem non sum solus, sed est mecum qui genuit me pater. Item, *Vado, et mittam vobis spiritum sanctum, qui a patre procedit, et de meo accipit.* Item alibi, *Ego pulso et si quis aperuerit mihi, ingrediemur ad ipsum ego, et pater meus, et mansionem apud illum faciemus,* ut hoc intelligamus, nusquam illum a patre deseri, quemadmodum et pater cum filio, et cum utroque perpetuo spiritus sanctus est. Ioann. 15, 26. Apoc. 3, 20. et Ioann. 14, 23.

Quid igitur, inquiunt, tandem sibi vult vox illius ista, *Deus meus, deus meus, quare me derelequisti?* Et quis pon videt ex hominis persona atque humano more et affectu usurpatum hunc esse sermonem? Humana quippe Christi natura minime separata per sese est. Neque enim velut ex persona seorsim existentis divinitatis aut humanitatis ista dicebat, quasi aliud et aliud quiddam ambo forent, sed sic tanquam cum divinitate coniuncta esset hominis natura, adeo ut una utriusque sanctitudo foret, ipsaque hominis natura in divinitate perfectissima quaeque cognosceret, utpote cum deo copulata, et in unam consociata divinitatem. Quae cum hanc ipsam divinitatem cum anima velut in procinctu quodam esse videret, ut sanctissimum corpus relinqueret, ex dominici hominis persona, hoc est humanae naturae a verbo susceptae; quippe divinitas omnia quae ad passionis mysterium attinebant perficere decreverat, et ad inferos cum anima descendere, ut eos qui antea mortui erant, hoc est sanctos patriarchas in salutem assereret: cum igitur ista iam agitarentur, ex humanae naturae persona vox ad coniunctam divinitatem illa est edita, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Hoc autem idcirco fieri debuit, ut divinarum ab illo scripturarum implerentur oracula, quae ab eius prophetis de ipso pronuntiata fuerant, quo sub hominis specie ad inferos descendens quae illic erant obeunda praestaret, atque ut dum inferorum princeps et mors captivum hominem detinere volunt, et coniunctam cum anima divinitatem ignorant, tum ipsi potius inferi caperentur, ac mortis dominatus everteretur, et impleretur quod scriptum est, *Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Nam neque dei verbum animam destituit, nec illius anima apud inferos est relicta. Ceterum haec omnia, quae ad ingens illud mysterium spectant, sacrosancta trinitas universa molita est, pater et filius et spiritus sanctus. Ex quibus filius carne praeditus, pater corporis

Cap. LXIV. Matth. 27, 46. Psalm. 15, 10.

μᾶλλον cett. *Petavius* ϑεότητα *pro* ϑεό[illegible]τητι *reponendum, sed mancam esse orationem suspicatus est*

5. ἐνεκαταλείφϑη *codd. mss. uterque, et ed. princ.*

6. *Cornarius haec ita transtulit:* quum

βουλήσει πνεύματος ἁγίου τοῦ ἀσωμάτου, υἱοῦ δὲ ἐνσωμάτου γενομέ-
pag. 790. νου, ἀλλὰ ἀτρέπτου. Τὰ δὲ ὅλα ἀπὸ τῆς τριάδος ᾠκονομεῖτο σωτήρια τοῖς ἀνθρώποις.

Κεφ. ξε'. Διὰ τοῦτο πάλιν ἐν ἑτέρῳ φησὶ, ἐπειδὴ εἶπεν, Ἵνα τί ἐγκατέλιπές με, [1] ὧδε. Λέγει, Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπω. Ἔδει γὰρ γενέσθαι τὸ τριήμερον σῶμα ἐν τῷ μνήματι, ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον, Καὶ ἐγενόμην ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος· καὶ, Ἀπέρριψάν με τὸν ἀγαπητὸν, ὡςεὶ νεκρὸν ἐβδελυγμένον· καὶ ἵνα πληρωθῇ, Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· ἵνα δείξῃ τὸ ὅσιον διὰ τοῦ σώματος, καὶ ἵνα δείξῃ μήτε ψυχὴν ἐγκαταλειφθεῖσαν ἐν ᾅδῃ. Ἐν αὐτῇ γὰρ διὰ τῆς κατακωχῆς ἐν τῷ ᾅδῃ ἦν ὁ θεὸς λόγος, ἵνα πληρώσῃ τὸ εἰρημένον παρὰ τῶν ἀποστόλων, Ἀδύνατον γὰρ ἦν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ᾅδου. Καὶ τίνος ἕνεκα τὸ ἀδύνατον λέγει, ἀλλ' ὅτι ἔσπευδε μὲν ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης κατασχεῖν ψυχὴν, ἀδύνατον δὲ ἦν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κατασχεθῆναι διὰ τὴν θεότητα; εἰ δὲ ἀδύνατον ἦν κατασχεθῆναι διὰ τὴν θεότητα, πῶς ἄρα ἐκ προσώπου τῆς αὐτοῦ θεότητος ἠδύνατο ῥηθῆναι τὸ, Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; Ἀλλ' οὗτος ἐκ προσώπου τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως ἀνθρωποπαθῶς ἐδείκνυτο ὁ λόγος, ἵνα μάθωμεν ἀληθινῶς εἶναι τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν, καὶ οὐ δοκήσει ἢ φαντασίᾳ παρ' αὐτοῦ οἰκονομηθεῖσαν. Ἀνέστη δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ποῖον, ἀλλ' ἢ τὸ κοιμηθέν; Ἀνέστη γὰρ, φησὶ, οὐκ ἔστιν ὧδε. Τί δὲ τὸ ἀναστὰν, ἀλλ' ἢ τὸ σῶμα; σῶμα δὲ ἄρα τὸ ἐν τῷ μνήματι, καὶ ἡ ψυχὴ δὲ συνανῆλθε τῷ θεῷ λόγῳ. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπλήρου τὴν τελείαν ἀνάστασιν ἐν τῇ αὐτοῦ θεότητι, ἐν τῇ αὐτῇ ψυχῇ, ἐν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ σώματι, συνενώσας λοιπὸν τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν εἰς μίαν ἕνωσιν πνευματικὴν, εἰς μίαν ἕνωσιν θεότητος, εἰς μίαν οἰκονομίαν, εἰς μίαν τελειότητα. Ὡς λέγει ἐν τῷ ϙβ' ψαλμῷ, Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἵνα δείξῃ τὴν εἴςοδον τοῦ θεοῦ λόγου, ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων εἰς τὸν κόσμον ἐνδυομένην εὐπρέπειαν, τουτέστι τὴν σάρκα, τὴν ἀπὸ παρθένου γεγεννημένην. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκει εὐτελής τις τοῖς ὁρῶσιν ἀπίστοις, αὐτῷ [2] δὲ εὐπρέπεια λογιζομένη, ἵνα δείξῃ τὸ αὐτοῦ ἰσχυρὸν διὰ τῆς δοκούσης ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, καταργοῦν τὸν τὸ
pag. 791. κράτος ἔχοντα, τῆς ἁμαρτίας [3] λύσας, τουτέστι τὸν θάνατον, τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τῆς σωτηρίας [4] ἡμῶν εὐπρεπῶς ποιήσας, καὶ τὴν φθο-

filius quidem sit in carne, pater vero incorporeus, et spiritus sanctus incorporeus, filius autem corporeus factus sit, sed immutabilis, per bonam et propriam suam voluntatem.

Cap. LXV. — 1. ὁ δὲ *codd. mss.*

2. τὲ *est vitiose exaratum in ed. Petav. Colon. repet.*

3. *Vocem* λύσας *uncinis inclusit Petavius, sed deesse aliquid suspicatus, ut adnotavit in marg. Mihi haec verba loco suo mota ac turbata potius esse videntur*

expers; filius vero sponte sua, ac de sancti spiritus carentis cor-
pore voluntate corpus induit, ita tamen ut immutabile permaneret.
Atque haec omnia sancta trinitas ad humani salutem generis admi-
nistravit.

Quocirca cum dixisset, *Quare me dereliquisti?* sic in alio loco Cap. LXV.
dixit, *Non te deseram, neque te derelinquam.* Etenim triduo cor- Hebr. 13, 5.
pus in sepulchro iacere debuit, ut illud vaticinium impleretur, *Et* Psalm. 87, 6.
factus sum inter mortuos liber, et, *Proiecerunt me dilectum tanquam* Psalm. 15, 10.
cadaver abominandum, tum illud, *Non dabis sanctum tuum videre cor-* et Act. 2, 27.
ruptionem, ut sub sancti nomine corpus exprimat, animamque do-
ceat ne apud inferos quidem destitutam, in qua, cum in illo loco
detineretur, dei verbum inerat, ut quod ab apostolis dictum est re-
ipsa perficeretur: *Impossibile enim erat detinere illum ab inferis.* Act. 2, 24.
Quid est quod impossibile fuisse narrat, nisi quod et mors et inferi
illius animam detinere studerent, fieri tamen ob divinitatem non po-
tuit ut ab illis coerceretur? Iam vero si ob divinitatem ipsam con-
tineri anima non potuit, quinam ex persona divinitatis usurpatum
illud est, *Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* Restat igi- Matth. 27, 46.
tur ut ex humanae naturae persona et affectu quodam humano dictum
illud videatur, ut incarnationem non specie duntaxat adumbratam,
sed reipsa vereque administratam fuisse discamus. Ecquid porro,
praeter id quod somno mortis sopitum fuerat, e terra surrexit? *Sur-* Marc. 16, 6.
rexit enim, inquit, *non est hic.* Quidnam illud surrexisse dicitur
nisi corpus, et quidem illud ipsum corpus quod in sepulchro iacuit?
Anima porro cum divino verbo pariter ab inferis emersit. Secun-
dum quae consociatis in unum omnibus perfectam numeris omnibus
resurrectionem implevit, eadem divinitate, eadem anima, eodem-
que sanctissimo corpore constantem, et totum illud incarnationis
mysterium in unam spiritalem coniunctionem, et in unam divinita-
tis copulationem, atque in unam administrationem perfectionemque
conflavit. Quo illud e psalmo XCII. pertinet, *Dominus regnavit,* Psalm. 92, 1.
decorem indutus est; ut divini verbi in terras ingressum e coelo quo-
dam ornatum decore significaret, hoc est carnem de Maria virgine
susceptam. Quae quidem cum infidelium oculis vilis atque abiecta
videretur, divinum tamen verbum pro decore et ornamento illam
habuit, ut ea re vim suam ac potestatem ostenderet, quae per ex-
ternam illam carnis imbecillitatem mortem aboleret, quae peccati
dominatum atque imperium obtinebat, ac quicquid ad salutem no-

quam manca aut corrupta. Corrigo igitur ἔχοντα, τουτέστι τὸν θάνατον, τῆς ἁμαρτίας λύσας, τὴν πᾶσαν *cett.*

4. ὑμῶν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*

ῥὰν ἀφανίσας, καὶ τὴν κατάραν ἐξαλείψας, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ τὴν πρὸς τὸν ᾅδην διαθήκην λύσας, καὶ πάντα οἰκονομήσας ἀνθρώποις εἰς σωτηρίαν. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, προςτίθησι πάλιν καὶ δευτεροῖ λέγων, Ἐνεδύσατο κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο· ἵνα δείξῃ τὸ πρῶτον ἔνδυμα ἀπὸ Μαρίας, τὴν δὲ ἐπιδευτερουμένην πάλιν ἔνδυσιν ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Καὶ γὰρ πρωτότοκός ἐστιν ἐκ τῶν νεκρῶν, ὡς εἶπεν ἡ θεία γραφή. Διὰ τοῦτο προςτίθησι ταύτῃ τῇ δευτέρᾳ ἐνδύσει περισσοτέραν τινὰ ἀσφάλειαν, λέγων, Ἐνεδύσατο κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο.

Κεφ. ξϛ'. Ὥςπερ γὰρ ὁ ἐπὶ τῇ ὀσφύϊ διαζωννύμενος ἐπισφίγγει τὸ ἔνδυμα ἐπὶ τὴν ὀσφὺν, περισσότερον στερεῶν τὸ εἶδος, καὶ συνενῶν τῷ χρωτὶ τῷ ἰδίῳ, οὕτω τὸ πρῶτον εὐπρέπειαν διὰ τὴν ἔνσαρκον ἐνταῦθα ἐνδημίαν, τὸ δὲ δεύτερον, φησὶ, δύναμιν ἐνεδύσατο, ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν· οὐκέτι εἰς πάθος ἡ ἐνανθρώπησις αὐτοῦ ἔρχεται, οὐκέτι εἰς μάστιγας, οὐκέτι σταυροῦται, ὡς εἶπε περὶ αὐτοῦ ὁ ἀπόστολος, Ἀνέστη, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Διὰ τοῦτο φησὶ τὸ, Διεζώσατο, συνενώσας τὴν αὐτοῦ σάρκα εἰς μίαν θεότητα, εἰς μίαν ἑνότητα, εἰς πνεῦμα τὸ θεϊκὸν καὶ σωματικὸν, εἰς ἓν πνευματικὸν τελούμενον καὶ μὴ [1] ἔχον διάλυσιν, ὡς εἰςῆλθε λοιπὸν θυρῶν κεκλεισμένων, τὸ παχυμερὲς, λεπτομερὲς, τὸ παθητὸν, ἀπαθὲς, ἐν σαρκὶ πεπονθὼς, μένων δὲ ἐν ἀπαθείᾳ, καίπερ μετὰ τὸ εἰςελθεῖν δεικνύων ὀστέα καὶ σάρκα, τύπον λόγχης, καὶ τύπον ἥλων, ψηλαφώμενος ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, ὁρώμενος ὑπὸ τῶν μαθητῶν· εἰςερχόμενος δὲ θυρῶν κεκλεισμένων, ἵνα δείξῃ ὅτι εἰς μίαν ἕνωσιν πνευματικὴν τὸ πᾶν ᾠκονόμησε τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους σωτηρίας. Καὶ τί μοι περὶ τὸν τοσοῦτον λόγον κατατρίβεσθαι; πολλάκις γὰρ τὰ αὐτὰ λέγειν ἡμῖν μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, τοῖς δὲ ἐντυγχάνουσιν ἀσφαλείας χάριν φροντίσαντες πολλάκις διηγησάμεθα, ἵν' ὅπως διαπεράσαντες τὴν τοῦ Ἀρείου θηριοβολίαν τῶν φρονημάτων τε καὶ λόγων καὶ [2] διανοημάτων, pag. 792. ἱκανῶς δὲ περὶ ταύτης τῆς λέξεως ὡςαύτως διαλαβόντες, ἐπὶ τὰς ἑξῆς ἴωμεν· ἵνα πανταχόθεν τὰ πλεῖστα τὰ τῇ διανοίᾳ ἡμῶν ὑπὸ τῆς ἐκείνων ἐρεσχελίας ὑποπίπτοντα σαφηνίσαντες δείξωμεν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, ἢ καὶ πλειόνων, ὅτι [3] πάντα ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τῷ κεκτημένῳ πνεῦμα ἅγιον καὶ νοῦν ἐγρήγορον παρὰ κυρίου εἰληφότι οὐδὲν ἔστι σκολιὸν ὑπονοῆσαι, ἢ πάθους εἶδος εἰς τὸν πατέρα, ἢ εἰς τὸν υἱὸν, οὐδὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ πάντα τελειότατα, οἰκονομικῶς δὲ εἰς ἑκάστην χρείαν καὶ ἐν ἑκάστῳ τόπῳ πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐν ἀληθείᾳ ἐν ταῖς

Cap. LXVI. — 1. ἔχον codd. mss. uterque. Editi habent ἔχων.

2. Post voc. διανοημάτων, perquam inepte, utpote in media enuntiatione, caput clusit Petavius.

3. Repone πάντη.

stram spectabat, rite perficeret, et corruptelam extingueret, et execrationem una cum *scripto adversus nos chirographo deleret*, et initum foedus cum inferis dissolveret, omniaque ad hominum salutem idonee accommodateque gubernaret. Col. 2, 14. Etenim simulatque dixit, *Dominus regnavit, decorem indutus est*, subinde illud adiicit, *Induit dominus fortitudinem, et praecinxit se.* Ubi primum indumentum ex Maria sumptum, posterius, ubi a mortuis excitatus est, accepisse demonstrat. Est enim scriptura teste, *Primogenitus ex mortuis.* Col. 1, 18. et Apoc. 1, 5. Propterea secundum hunc vestitum accuratius firmiusque communit his verbis: *Induit dominus virtutem, et praecinxit se.*

Cap. LXVI. Quemadmodum enim qui lumbos suos praecingit, vestem ad illam corporis partem diligentius adstringit, ut ad corpus suum arctius adhaerescat. Ita Christus primum decorem induisse propter incarnationem dicitur, postea vero virtutem, cum videlicet a mortuis surrexit; ita ut non iam ad cruciatus ferendos, aut verbera, vel crucis supplicium humana illa natura descendat, ut de eo testatur apostolus: *Surrexit; iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Rom. 6, 9. Ob id, inquit, *praecinxit se*, cum nimirum carnem suam cum una divinitate sociavit, idque in unam singularemque personam, in spiritum divinum pariter et corporeum, in unum quiddam spiritale perfectum, quod dissolvi ultra nequeat. Ita deinceps occlusis foribus ingressum est idem illud concretum simul ac subtile, Ioann. 20, 19. passioni obnoxium expersque passionis, in carne passum, et extra omnem patiendi conditionem consistens, quamquam post ingressum ossa carnemque monstraret, et lanceae clavorumque vestigia, imo et a Thoma contrectaretur, et a discipulis cerneretur. Ioann. 20. Ceterum occlusis foribus ingressus est, ut in unam spiritalem coniunctionem utraque natura consociata omnem salutis humanae procurationem susceptam a se monstraret. Verum quid tamdiu in ea oratione conflictor? Eadem enim repetere saepius *nos quidem minime pigramur*, Phil. 3, 1. idque in lectorum gratiam ad eos praemuniendos faciendum duximus; quo illi virulentam ac pestiferam Arii doctrinam in omnibus illius sententiis orationibusque diffusam facilius evadant. Nunc cum de isto capite satis multa verba fecerimus, ad alia transeamus. Sic enim plerisque, quae memoriae meae occurrunt calumniose ab illis obiecta, declaratis, ex paucis illis pluribusve palam illud faciemus, quaecumque in scripturis leguntur, apud eum quidem qui spiritu sancto praeditus sit, quique vigilem et experrectam dei beneficio mentem adeptus fuerit, perplexam nullam continere sententiam, nec vel tenuissimum affectionis illius indicare vestigium quod patri, vel filio, vel spiritui sancto tribuatur; nam e contrario nihil non

θείαις γραφαῖς εἴρηται ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένων.

Κεφ. ξζ'. Καὶ γὰρ περὶ τούτου προεφήτευσε, φήσας κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον, Ἠλὶ, ἠλὶ [1] λημᾶ σαβαχθανί· ὃ κατὰ ἀκολουθίαν ἐπλήρου ὁ κύριος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὰ εἰς αὐτὸν πεπροφητευμένα λέγων, Ἠλὶ, ἠλὶ, Ἑβραϊκῇ τῇ λέξει, ὡς ἦν προγεγραμμένον. Καὶ οὐκέτι Ἑβραϊκῇ, ἀλλὰ Συριακῇ, διαλέκτῳ τὸ συζυγοῦν ῥῆμα ἀποτελῶν ἔλεγε, [2] Λημᾶ σαβαχθανὶ, ἵνα τῇ ἀρχῇ μὲν χρήσηται ὡς ἦν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον, εἰς ἑτέραν δὲ γλῶσσαν τὸ [3] λεῖπον τῷ ῥητῷ τὴν διήγησιν [4] μεταβάλλοι, καὶ αὐτὸ ποιῶν δι' ἀγαθὴν οἰκονομίαν, εἰς τὸ ὁμολογεῖν τὸ ῥητὸν περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ προφήτου διὰ τοῦ Ἠλὶ, ἠλὶ, λέγειν, τὸ δὲ ὑπόλοιπον οὐκέτι Ἑβραϊκῇ λέξει, ἀλλὰ [5] Συριακῇ, ὅπως καθέλοι τῶν αὐχούντων τὴν Ἑβραΐδα, καὶ καταξιώσῃ καὶ ἑτέρας γλώσσας εἰς πλήρωσιν τῶν περὶ αὐτοῦ ῥητῶν. Ἔμελλε γὰρ ἤδη ἁπλοῦν τὴν [6] αὐτοῦ γνῶσιν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἑβραίους μόνον· ὡς ἔχει ἡ πᾶσα αὕτη ἀκολουθία ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ Ψαλμῷ, ἀπὸ προσώπου τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας τὰ ἀνθρωποπαθῆ πάντα αὐτοῦ δηλοῦσα. Αὐτὸς δὲ ἐλθὼν ἐπλήρου, ὡς καὶ ἔστιν ἀκόλουθα ἐν ὅλῳ τῷ Ψαλμῷ εἰς τὴν τῆς ὑφηγήσεως ταύτης ἔνσαρκον παρουσίαν Χριστοῦ, τελειότατα τὸ διήγημα, ὥς φησι καὶ, Ἐμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου, καὶ, Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν
pag. 793. καὶ [7] ἐπεῖδόν με, καὶ ὅσα ἔστι τοιαῦτα λεγόμενα, ἃ οὐκ ἐνδέχεται πληροῦσθαι εἰς τὴν θεότητα, ἀλλ' ἐν σαρκὶ τῆς θεότητος οἰκονομούσης τὰ πάντα ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἐν ἀληθείᾳ.

Κεφ. ξη'. Ἀναπηδῶσι δὲ πάλιν, ὡς οἱ ἐμμανεῖς κύνες λύσσῃ τινὶ κατεχόμενοι, τὸν αὐτῶν δεσπότην διὰ τὴν λύσσαν ἀγνοοῦντες, καὶ αὐτῷ πρῶτον ἐπερχόμενοι. Καὶ λέγουσι πάλιν, ὅταν ἀκούσωσι παρ' ἡμῶν ὡς ἔστιν ἀληθὲς, ὡς τοῦ κυρίου λέγοντος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, Οὓς δέδωκάς μοι, πάτερ, ἐφύλαξα αὐτοὺς ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ πάλιν, Ποίησον αὐτοὺς ἵνα ὦσιν ἐν ἐμοὶ, ὡς κἀγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, καὶ λέγουσιν, Ὁρᾷς τὸ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον ὅτι, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ οἱ δύο ἕν ἐσμεν, ὅτι οὐ περὶ ἰσότητος λέγει, ἀλλὰ περὶ ὁμονοίας; πῶς γὰρ [1] ἠδύναντο οἱ μαθηταὶ

Cap. LXVII. — 1. λημᾶς (λεμᾶ *ed. princ.*) ἀβαχθανί *libri scripti et ed. princ.*
2. λημᾶ σαβαχθανί *habent h. l. tam editi quam scripti libri.*
3. λοιπὸν *ed. Petav. Colon. repet.*
4. μεταβάλλοι *codd. mss.* μεταβαλλόμενος *editi libri, hac verborum vulgo distinctione* γεγραμμένον. εἰς ἑτέραν — — τὸ λεῖπον, τῷ ῥητῷ τ. δ. μεταβαλλόμενος, καὶ αὐτὸ *cett.* τὴν διήγησιν *accu-*

illis perfectissime tam ab Christo domino quam ab apostolis ac prophetis ab eodem missis est dictum, sed ita tamen, ut pro cuiusque rei ac loci et argumenti opportunitate prudenter, atque ex veritate prolata sint universa.

Etenim de Christo vaticinans David Hebraica lingua dixerat, Cap. LXVII.
Eli, eli, lamma sabacthani. Quod deinceps, ut erat praedictum, Psalm. 21, 1.
in cruce dominus implevit, cum Hebraica lingua, *Eli, eli*, ex oraculi fide pronuntiavit. Cetera porro vocabula duo non Hebraice, sed Syriace subtexuit, *Lemma sabacthani.* Ita principio quidem eiusmodi usus est, quale de ipso fuerat scriptum; cetera aliena lingua subiecit, ac non nihil verba commutavit. Id quod singulari quadam est prudentia factum, ut cum *Eli, eli* diceret, prophetae illud vaticinium ad se pertinere profiteretur, cum vero quod reliquum est non Hebraice, sed Syriace conciperet, eorum fastum comprimeret qui se Hebraica lingua insolenter efferrent, et ad edita de se in sacris literis oracula complenda ceteras quoque linguas adhiberet. Instabat enim tempus illud quo sui notitiam per omnes nationes diffunderet, non cum Hebraeis modo communicaret, ut in toto fere vigesimi primi Psalmi contextu legitur. Ubi tanquam a suscepta hominis natura pronuntiata ad humanos affectus accommodata sunt omnia, quae quidem adveniens ipse complevit. Sunt illa vero, quae in eo Psalmo loquitur, quaeque ad Christi incarnationem pertinere dicimus, ad institutam a nobis disputationem inprimis
opportuna; velut cum ait: *Diviserunt vestimenta mea*, et, *Foderunt* Psalm. 21, 17. 18.
manus meas, et pedes meos, item, *Ipsi vero consideraverunt, et in-* 19.
spexerunt me, ac cetera id genus, quae in ipsa divinitate perfici nequeunt, sed in carne duntaxat, in qua divinitas omnia, nulla affectione suscepta, sed ex rei tamen veritate, praestitit.

Rursus velut furiosi quidam canes, neque dominum prae rabie Cap.
amplius agnoscentes, et in ipsum primum impetum facientes, insi- XLVIII.
liunt. Cumque fatentibus nobis id quod res est audiunt, Christum
dominum in evangelio de discipulis suis ista dixisse: *Quos dedisti* Ioann.
mihi pater, servavi illos in mundo: deinde, *Fac ipsos, ut sint in* 17, 12.
me, sicut ego et tu unum sumus. Tum illi nobis obiiciunt: Ani-
madvertis cuiusmodi illa verba sint? *Ego*, inquit, *in patre, et pa-* Ioann.
ter in me, et ambo unum sumus. Quae non de aequalitate naturae, 14, 10.
sed de voluntatum concordia par est accipi. Quomodo enim disci-

sativus est quem dicunt relativus, quem refer ad proxima τὸ λεῖπον τῷ ῥητῷ.

5. συριχῇ *cod. Rhedig.*

6. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.* αὐτῶν *editi. Cornarii versio recte* Expassurus enim erat iam sui cognitionem *cett.*

7. ἐπεῖδόν με (ἐπεῖδον[μ]) *codd.* ἐπεῖδόν μου *editi.*

Cap. LXVIII. — 1. ἠδύναντο *codd. mss.* ἠδύνανται *ed. princ. Petav.* δύνανται.

ἐν αὐτῷ εἶναι κατὰ ἰσότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὁμόνοιαν; καὶ εὐθὺς πάντη ἐλέγχει αὐτοὺς ἡ τοῦ θεοῦ ἀλήθεια, ὡς οὔτε οἱ μαθηταὶ ἠδύναντο τοῦτο πληροῦν, οὔτε περὶ αὐτῶν τοῦτο ῥηθῆναι, εἰ μὴ ἐκοινώνησε τῆς αὐτῶν σαρκὸς ἐλθὼν ὁ λόγος, καὶ συνάψας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ εἰς υἱοθεσίαν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πάντη ἐν τῷ Ἄισματι τῶν ᾀσμάτων τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν πλησίον καλεῖ, προςφωνῶν αὐτῇ διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ φωνῆς, τῆς ἀνεγερτικῆς καὶ προτρεπτικῆς λέγων τὸ, Ἀνάστα, ἐλθὲ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. Καὶ ὁρᾷς ὡς πλησίον αὐτὴν καλεῖ; οὐκ ἠδύνατο δὲ ἡ ἐκκλησία πλησίον Χριστοῦ καλεῖσθαι, εἰ μὴ ἄνωθεν ἦλθε, καὶ ἐπλησίασεν αὐτῇ δι' ἧς ἔλαβε σαρκὸς ὁμοιοπαθοῦς, ἵνα τὴν πλησιάσασαν αὐτῷ ἀνθρωπότητα, συναγαγὼν τοὺς ἐν ὑπακοῇ γενομένους πλησίον [2] ἑαυτῷ, καλέσῃ τὴν ἁγίαν καὶ ἄσπιλον νύμφην. Καὶ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸν πατέρα αἰτεῖ ὁ λόγος, ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ μονογενὴς, περὶ τῶν μαθητῶν ἵνα ὦσιν ἐν ἑαυτῷ, ἵνα τὴν συγγένειαν τὴν εἰς αὐτὸν διὰ τῆς σαρκὸς γενομένην, εὐδοκίᾳ πατρὸς ἁγιασθέντων τῶν μαθητῶν, εἰς ἑνότητα εὐδοκίας καὶ υἱοθεσίας συνάψῃ· ἵνα ἔχωσιν ἐν τῷ πρωτοτόκῳ τοῦ πατρὸς τὴν ἀπογραφὴν τῶν πρωτοτόκων ἐν οὐρανῷ, καὶ ἵνα μή τινες νομίσωσι τὸν υἱὸν [3] ἀπαλλοτριοῦσθαι τῆς τοῦ πατρὸς δόξης διὰ τὸ πεφορηκέναι σάρκα· ἐπασφαλιζόμενος τὴν πίστιν καὶ [4] τὴν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ γνῶσιν, μὴ ἐν ὑπονοίᾳ τινὶ [5] γενέσθαι τῶν αὐτοῦ δούλων, καὶ τῆς
pag. 791. ἐλπίδος ἐκπέσοι ὁ τοιοῦτος, φησὶ, Ἵνα ὦσιν, ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ οὗτοι ἓν ὦσιν· ἐγὼ γὰρ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, διὰ τὸ θεὸν ἐκ θεοῦ καὶ ὁμοούσιον ἐν θεότητι. Καὶ τὸ, Ἕν ἐσμεν, οὐχ ἑνικὸν σημαίνει. Οὐκ εἶπε γὰρ ὅτι, Ἐγὼ εἷς εἰμι, ἀλλ', Ἐγὼ καὶ σύ· καὶ τὸ, Ἕν ἐσμεν, ἵνα ἐλέγξῃ Σαβέλλιον, καὶ τὴν αὐτοῦ σχολὴν, τὸν νομίζοντα τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα συναλιφὴν εἶναι, καὶ τὸν πατέρα πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ὡςαύτως. Διὰ τοῦτο γὰρ λέγει, Ἕν ἐσμεν, καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς εἰμι. Δύο μὲν γὰρ τέλεια πατὴρ καὶ υἱὸς, ἓν δὲ διὰ τὴν ἰσότητα, διὰ τὴν θεότητα καὶ μίαν δύναμιν, καὶ μίαν ὁμοιότητα. Ἐν τῇ οὖν θεότητι πατὴρ καὶ υἱὸς ἓν, ἐν τῇ ἀνθρωπήσει υἱὸς καὶ οἱ μαθηταὶ ἓν, προςαγομένων τῶν διὰ τὴν καταξίωσιν τῆς κλήσεως τῶν μαθητῶν ἐπὶ τὸ ἀνεκδιήγητον τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας εἰς μίαν ἑνότητα υἱοθεσίας, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς [6] καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐδοκίαν. Καὶ πάλιν ἐλήλεκται ἡ πλάνη τῶν ματαίων περὶ τοῦ ἰδίου αὐτῶν δεσπότου κακῶς φρονούντων.

Κεφ. ξθ'. Παρελθὼν δὲ καὶ ταύτην τὴν λέξιν τὰς ἑξῆς διασκοπήσω. Προ-

2. αὐτῷ cod. Rhedig.
3. ἐπαλλοτριοῦσθαι codd. mss. uterque, et ed. princ.
4. τὴν om. cod. Rhedig.
5. Fortasse γένηται.

puli, si de aequalitate non de concordia sermo sit, in ipso esse potuerunt? Sed ab omni parte divinae illos veritatis auctoritas refellit; quod non aliter hoc impleri ab apostolis potuit, nec de illis istud ipsum pronuntiari, nisi carnis illorum particeps divinum verbum fuisset, eosdemque in sese adoptione iunxisset. Atque eadem caussa est cur in Cantico Canticorum sacrosanctam suam ecclesiam ubique proximam appellet, quam voce sua excitans et cohortans hunc in modum compellat: *Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba* Cant. 2, 10. *mea*. Videsne ut illam proximam nominet? Atqui proxima esse Christo ecclesia non poterat, nisi de coelo ille descendens ad eam accessisset; propter quam iisdem affectionibus obnoxiam sibi carnem imposuit, ut humanum genus ad sese propius accedens sanctam ac labis expertem sponsam vocaret, collectis omnibus iis qui obsequio propinquiores sibi esse coepissent. Hinc a patre suo postulat hoc loco verbum, hoc est dominus noster, unicus dei filius, ac pro discipulis supplicat, ut in seipso sint; quo illam carnis interventu cognationem de patris in se voluntate contractum sanctificatis discipulis unius voluntatis et adoptionis coniunctione copularet, atque ut per primogenitum patris, *Primogenitorum in coelo descriptionem* obtine- Hebr. 12, 23. rent, neve a paterna gloria alienum esse filium ex eo nonnulli sibi persuaderent quod carnem gestasset. Unde ut et fidem ac veritatis suae cognitionem muniret, et nihil eiusmodi servorum suorum mentibus occurreret quod ipsos omni spe immortalitatis excluderet, adiiciendum putavit, *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus: ego enim et tu unum* Ioann. 17, 22. *sumus*, eo quod deus ex deo, et consubstantialis in divinitate sit natus. Porro illae ipsae voces, *Unum sumus*, non singulare aliquid prae se ferunt. Neque enim dixit, *Ego unus sum*, sed, *Ego et tu*, et, *Unum sumus*. Qua ratione Sabellium cum omni sua schola condemnat, qui filium cum patre, et patrem cum spiritu sancto confundit. Idcirco enim, *Unum sumus*, dixit, non autem *Unus sum*. Quippe perfecta duo sunt, pater et filius, sed unum nihilominus aequalitate, divinitate, virtute, similitudine. Concludamus itaque, quod ad divinitatem pertinet, patrem et filium idem atque unum esse: si vero naturam hominis consideres, unum esse cum discipulis filium; quos vocationis suae gratificatione, pro infinita sua benignitate, ad unam adoptionis singularitatem de communi patris et filii et spiritus sancti sententia perduxit. Qua quidem ratione vanissimorum hominum, ac male de domino suo sentientium, falsa confutatur opinio.

Sed iam ab hoc capite ad alia deinceps tractanda progrediar. Cap. LXIX.

6. καὶ τοῦ υἱοῦ *codd. mss. et ed. princ.* καὶ υἱοῦ *ed. Petav.*

πηδῶσι δέ τινας λέξεις ἑαυτοῖς ἐφευρίσκοντες οἱ σοφισταὶ, περὶ συλλογισμοὺς ἐσχολακότες, καὶ λογισμοὺς ματαιοφροσύνης, ἄνθρωποι ὄντες τὸν θεὸν συλλογίσασθαι πειρώμενοι, ὡς καὶ ὁ προφήτης αὐτοὺς ἐλέγχει φάσκων, Εἰ πτερνιεῖ τις θεὸν, ὅτι ὑμεῖς πτερνίζετέ με; Τί γὰρ πάλιν φασὶν οἱ γεννάδαι; ὡς καὶ τὴν ἄλλην λέξιν ἄνω ἑρμηνευθεῖσαν ἐτάξαμεν, ὑπ' αὐτῶν δὲ ἡμῖν πρὸς [1] πεῦσιν ἐκτεινομένην, τὸ, Θέλων ἐγέννησε τὸν υἱὸν, ἢ μὴ θέλων; ὡς ἐν θεῷ ἐδείξαμεν ὅτι οὐδέν τι μελλητικὸν τυγχάνει αὐτῷ, [2] ἀλλ' ἅμα πάντα ἐν αὐτῷ ἐστι τέλεια, καὶ οὐ πρῶτον βούλεται πρινὴ ποιῆσαι, οὐδὲ ποιεῖ ἄνευ βουλεύματος, καὶ οὐ βουλεύεται, ἵνα τι ἑτοιμάσῃ, οὐδὲ ἡ ἑτοιμασία αὐτοῦ βουλῆς ἐπιδέεται· ὥςτε παρ' αὐτῷ τὸ γέννημα ἀεὶ γεγέννηται, καὶ μὴ ἐν χρόνῳ ἀρξάμενον, [3] ἀλλ' ἀεὶ σὺν πατρὶ γεγεννημένον ὑπάρχει, καὶ οὐδέποτε διαλείπει· ὡς καὶ ἐνταῦθα πάλιν δευτερώσας τὴν λέξιν πάλιν τίθημι ὅτι οὔτε θέλων ἐγέννησεν, οὔτε μὴ θέλων, ἀλλὰ
pag. 795. *ἐν τῇ ὑπὲρ βουλὴν φύσει (φύσεως γάρ ἐστιν ὁ θεὸς ὑπὲρ βουλὴν καὶ πᾶσαν ἔννοιαν καὶ [4] ὑπόνοιαν)· [5] ὁμοίαν δὲ ταύτῃ λέξει, ὡς ἔφην, ἄλλην ἡμῖν ἐφευρίσκουσιν οἱ νέοι Ἀριστοτελικοί. Ἐκείνου γὰρ ἀπεμάξαντο τὴν ἰοβολίαν, καὶ κατέλιπον τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ ἄκακον, καὶ τὸ πρᾷον, ὡς λέγει ὁ κύριος, Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἀνάπαυσιν. Οὗτοι δὲ τὴν πρᾳότητα καταλελοιπότες δεινότητι μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν, ἐνδυσάμενοι Ἀριστοτέλην τε καὶ τοὺς ἄλλους τοῦ κόσμου διαλεκτικοὺς, ὧν καὶ τοὺς καρποὺς μετίασι, μηδένα καρπὸν δικαιοσύνης εἰδότες, μηδὲ πνεύματος καταξιωθέντες δωρεὰν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς οἱ φιλόνεικοι. Λέγουσι γοῦν πρὸς ἡμᾶς, ὅταν εἴπωμεν αὐτοῖς ὅτι ὁ ὢν υἱὸς πρὸς τὸν ὄντα πατέρα ἦν (ἐπειδὴ γὰρ τῷ Μωϋσῇ εἶπεν ὁ πατὴρ ὅτι, Ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με· καὶ πάλιν τὸ εὐαγγέλιον περὶ τοῦ υἱοῦ φάσκει ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος)· ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ὁ ὢν ἦν πρὸς τὸν ὄντα, λέγουσι πρὸς ἡμᾶς, Τὸ ὂν τοίνυν ἐγεννήθη, ἢ τὸ μὴ ὂν ἐγεννήθη; εἰ γὰρ ἦν, πῶς ἐγεννήθη; εἰ δὲ ἐγεννήθη, πῶς ἦν; καὶ ἔστι τῆς αὐτῆς ματαιοφροσύνης τῆς περὶ ζητήσεις ἀσχολουμένης καὶ τὰ μετέωρα ἐμβατευούσης, καὶ τὰ ἄνω περιεργαζομένης, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἐργαζομένης. Ἐροῦμεν γὰρ πρὸς αὐτοὺς, Πόθεν ὑμῖν ἡ ὑπόνοια αὕτη τοῦ ταῦτα δια-*

Cap. LXIX. — 1. πνεῦσιν *mendose est exaratum in ed. Petav. Colon. repet.*
2. ἀλλὰ *cod. Rhedig.*
3. ἀλλὰ *cod. Rhedig.*
4. *Post voc.* ὑπόνοιαν *in Petavii editione incipit novum caput, ordine orationis plane turbato atque interrupto.*
5. ὁμοίαν *codd. mss. uterque (etiam Cornarius vertit similem).* ὁμοίως *edit.*

Rursus enim magno in nos impetu sophistae feruntur, excogitatis quibusdam a se rationibus freti, quorum studium omne in syllogismis et argumentorum cavillationibus occupatur. In quo ridiculi omnino sunt, qui cum homunciones sint, deum ratiocinationibus suis comprehendere conantur. Quorum insaniam his verbis propheta redarguit: *Num supplantabit aliquis deum; quoniam vos supplantatis* Maleach. 3, 8.
me? Quid igitur audaces illi ac confidentes homines afferunt? Nos aliam hanc illorum obiectionem antea proposuimus atque explicavimus, quam interrogando eiusmodi nobis solent opponere: Aut volens, inquiunt, filium suum genuit deus, aut nolens. Sed ibidem deo opitulante monstravimus nihil in ipso quod tarditatem aut moram haberet inesse posse, sed omnia simul in eo esse perfecta. Quare neque prius vult quam fecerit, neque sine consilio quicpiam molitur, neque ad praeparandum aliquid deliberat, nec illius praeparatio consultationem requirit. Quamobrem qui ab eo productus est filius, semper est genitus, nec ullo tempore coepit, sed a patre genitus cum eodem nulla interruptione temporis existit. Itaque idem quod antea dixeram hoc loco repetam, neque volentem genuisse neque nolentem: sed in ea natura, quae omni est deliberatione superior. Eiusmodi quippe natura dei est ut omne consilium et omnem intelligentiam cognitionemque transcendat. Huic argumento non dissimile est aliud ab novis illis Aristotelicis inventum. Nam huius philosophi virus omne in seipsis expresserunt, et innocentem spiritus sancti simplicitatem benignitatemque reliquerunt. De quibus ita dominus loquitur: *Discite a me quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis* Matth. 11, 29.
requiem animabus vestris. At illi mansuetudine relicta calliditatem potius amplexi sunt, seque et ad Aristotelem ac ceteros mundi huius dialecticos accommodare maluerunt, quorum fructus ita consectantur nullam ut iustitiae frugem proferant, nec ullum spiritus sancti beneficium, utpote contentionis plus aequo cupidi, impetrare meruerint. Ergo ita nos aggredi solent, cum dicimus existentem filium apud existentem patrem fuisse, quandoquidem ita pater Moysi mandavit: *Haec dices ad ipsos: Qui est misit me;* deinde sic evange- Exod. 3, 14.
lium de filio testatur: *In principio erat verbum, et verbum erat apud* Ioann. 1, 1.
deum, et deus erat verbum. Ex quibus colligentibus nobis existentem filium apud existentem patrem fuisse ita ratiocinantur: Utrumnam quod iam erat, an quod nondum erat est genitum? Nam si iam erat, quomodo genitum est? Si vero genitum est, quomodo iam erat? Atque hoc ab eadem vanitate profectum est quae in quaestiunculis volutatur et sublimia consectans ac coelestia curiose perscrutans boni efficit nihil. Nos autem sic eos alloquemur: Undenam

νοηθῆναι; Ἐὰν δὲ εἴπωσιν ὅτι, Οὕτως ἀπαιτεῖ τὸ φρόνημα ἐξετάζειν, λέγομεν καὶ αὐτοὶ, Οὐκοῦν λέγετε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, τὰ ἑαυτῶν λογίζεσθε, ἢ τὰ τοῦ θεοῦ; εἶτά φασιν ἀφ' ἑαυτῶν, ὡς λογικοὶ, τὰ τοῦ θεοῦ λογιζόμεθα. Οὐδὲν οὖν διαλλάττει θεὸς τῆς ὑμῶν ἕξεως, φύσεώς τε καὶ οὐσίας; Ναὶ, φασίν. Εἰ τοίνυν διαλλάττει φύσις θεοῦ παρὰ τὴν ὑμῶν φύσιν, πρῶτα μὲν οὐ δύναται ἡ ὑμῶν φύσις περὶ θεοῦ καταλαμβάνειν τὰ ἀκατάληπτα, δεύτερον δὲ, ὅτι ἀσεβές ἐστι θεὸν ἀφ' ὑμῶν ἀπεικάζεσθαι κατὰ τὴν ὑμῶν οὐσίαν. Ἐν ἡμῖν γὰρ τὸ μὴ ὂν γεννᾶται, ἐπειδὴ αὐτοὶ οὐκ ἦμέν ποτε, γεγεννήμεθα
pag. 786. δὲ ἀπὸ τῶν ἡμῶν πατέρων, τῶν καὶ αὐτῶν ποτε μὴ ὑπαρχόντων, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ἄχρι τοῦ Ἀδὰμ διαληπτέον. Ἀδὰμ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἐγένετο, οὐκ ὤν ποτε, ἡ δὲ γῆ ἐγένετο ἐξ οὐκ ὄντων, ὅτι οὐκ ἦν ἀεὶ, θεὸς δὲ πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ ὁποῖος ἦν τῇ φύσει, τοιοῦτον ἐγέννησε τὸν υἱόν. Ἐγέννησε δὲ αὐτὸν ἀεὶ ὄντα, οὐ συνάδελφον, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, ὅμοιον αὐτῷ κατὰ φύσιν, κύριον ἐκ κυρίου, θεὸν ἐκ θεοῦ, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. Καὶ ὁποῖα λογίζεταί τις περὶ πατρὸς, οὕτω καὶ περὶ υἱοῦ λογιστέον· ὁποῖα πιστεύει περὶ τοῦ υἱοῦ, οὕτω εἰς τὸν πατέρα ἡγητέον. Οὕτω γάρ φησι, Ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ὡς πιστεύει εἰς τὸν πατέρα, καὶ τιμᾷ τὸν υἱὸν ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν· ὡς ἔχει τὸ θεῖον εὐαγγέλιον. Καὶ διέπεσε πάλιν ἡ αὐτῶν συλλογιστικὴ διάνοια. Θεὸς γὰρ ἀκατάληπτος ὢν θεὸν ἀκατάληπτον ἐγέννησε πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρὸ χρόνων, καὶ οὐκ ἔστι διάστημα ἀναμέσον υἱοῦ καὶ πατρός· ἀλλ' ἅμα νοεῖς πατέρα, ἅμα νοεῖς υἱὸν, ἅμα ὀνομάζεις υἱὸν, ἅμα δεικνύεις πατέρα. Ἀπὸ γὰρ τοῦ πατρὸς υἱὸς νοεῖται, καὶ ἀπὸ υἱοῦ πατὴρ γινώσκεται. Πόθεν γὰρ υἱὸς, εἰ μὴ πατέρα ἔχει; καὶ πόθεν πατὴρ, εἰ μὴ ἐγέννησε τὸν μονογενῆ; Πότε γὰρ δύναται μὴ καλεῖσθαι πατὴρ πατὴρ, ἢ υἱὸς υἱὸς, ἵνα τινὲς νοήσωσι πατέρα ἄνευ υἱοῦ, καὶ ὕστερον ὡς εἰς προκοπὴν ἐληλυθότα, καὶ γεγεννηκότα τὸν υἱὸν, ἵνα μετὰ τὸ γέννημα κληθῇ πατὴρ υἱοῦ ὁ πατὴρ, προκόπτων ἐν τῇ θεότητι, ὁ τέλειος καὶ μηδέ ποτε ἐπιδεόμενος τελειώσεως;

Κεφ. ό. Πάλιν δὲ προφασίζονται, τὸ ἰατικὸν τοῦτο φάρμακον καὶ σωτηριῶδες ἀντίδοτον ἀφ' ἑαυτῶν ἀποβάλλεσθαι βουλόμενοι, τὸ στερέμνιον τῆς πίστεως τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, λέγοντες, Πόθεν τὸ τῆς

haec animis vestris iniecta cogitatio est? Si dixerint hanc inquirendi viam cum recta ratione consentaneam videri, tum nos contra sic urgebimus: Audire ex vobis cupimus num de rebus vestris, an de his quae ad deum pertinent ita cogitetis. Respondebunt utpote ratione praediti de divinis ea se cogitatione concipere. Nihilne vero, subiiciemus, deus ab vestra conditione, natura et essentia discrepat? Non negamus, inquiunt. Si igitur inter dei naturam ac nostram interest, primum natura vestra non potest in deo comprehendere, quae omni comprehensione maiora sunt. Deinde impium est ex vobis atque ex natura vestra de deo coniecturam capere. Nam in nobis quidem quod nondum erat gignitur, quoniam et ipsimet aliquando non fuimus, et a parentibus nostris, qui et ipsi aliquando non erant, propagati procreatique sumus, eademque omnium hominum ad Adamum usque conditio est. Adamus porro cum aliquando non esset, e terra productus est. Terra vero de nihilo creata; neque enim semper extitit. At deus pater perpetuo fuit, talemque qualis erat ipse natura filium genuit. Ergo et semper existentem genuit, non tanquam fratrem aliquem, sed a sese, uti dixi, genitum, ac natura sui similem, dominum ex domino, deum de deo, deum verum de deo vero. Ac quaecumque de patre cogitarit aliquis, eadem de filio cogitanda sunt, et quaecumque de filio credideris, eodem modo de patre sentienda sunt. Sic enim Christus dominus ea de re testatur: *Qui non credit in filium, sicut credit in patrem, nec honorat filium, ut honorat patrem, ira dei manet super ipsum*; id quod in evangelio legitur. Ex quo inanis illorum cavillatio et ratiocinatio concidit; si quidem deus incomprehensibilis incomprehensibilem perinde deum ante secula omnia temporaque genuit. Ita nullum patrem inter ac filium intervallum concipi debet, sed simul et patrem intelligis, et simul filium; simul nominas filium, simul ostendis et patrem. Nimirum et ex patre filius intelligitur, et ex filio cognoscitur pater. Qui potest enim filius esse, si patrem non habet? aut pater, si filium non genuit. Quandonam vero pater non appellari pater potest, aut filius non vocari filius, ut sine filio pater utcumque possit intelligi, aut istiusmodi fingi, ut progressione quadam facta filium postea genuerit, ac deinde cum genuerit, filii pater appellari debeat; quasi divinitatis progressum, uti dixi, quempiam adeptus, cum tamen ita perfectus sit ut amplius perfici nequeat? Ioann.3,36.

Cap. LXX.

Sed rursum ad aliud argumentum confugiunt, et saluberrimum illud remedium atque antidotum, hoc est fidei, quam sancta dei ecclesia praedicat, soliditatem ac firmitatem a seipsis excutere conantur, atque hunc in modum instare solent. Unde nobis, inquiunt,

οὐσίας ὄνομα ἡμῖν φέρεται; διὰ τί ὁμοούσιος ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ λέγεται; ποία γραφὴ εἶπε περὶ ὁμοουσιότητος; ποῖος τῶν ἀποστόλων οὐσίαν εἶπε θεοῦ; οὐκ ἴσασι δὲ ὅτι καὶ ὑπόστασις καὶ οὐσία ταὐτόν ἐστι τῷ λόγῳ. [1]Ἔστι γὰρ κύριος ἐν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀπαύ-
pag. 797. γασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Οὐσία οὖν ἐστιν οὐχὶ περιουσία, ἀλλὰ αὐτὸ τοῦτο ὄν, ὥς φησι Μωϋσῆς, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, [2]εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Ὁ ὢν οὖν ἐστι τὸ ὄν, τὸ δὲ ὂν ἡ οὖσα οὐσία τυγχάνει. Τὸ δὲ Ὁμοῦ οὐχ ἕνα πάλιν σημαίνει, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὁμοουσίου δύο σημαίνει τέλεια· ἀλλ᾽ οὐκ ἀλλοῖα ἀλλήλων ἐστὶ, οὐδὲ ἀλλότρια τῆς αὐτῶν ἑνότητος. [3]Εἰ δὲ ἐχρησάμεθα εὐσεβείας χάριν τινὶ λέξει διὰ τὸν σύνδεσμον τῆς ἀληθείας (ἄνευ γὰρ τοῦ ὁμολογεῖν ὁμοούσιον [4]πάντως αἱρέσεων οὐ δύναται εἶναι ἔλεγχος· ὥςπερ γὰρ μισεῖ ὁ ὄφις τὴν ὀσμὴν τῆς ἀσφάλτου, καὶ τὴν πνοὴν τῆς ἐλάφου, καὶ τὸ θυμίαμα τοῦ γαγάτου λίθου, καὶ τὸ κάπνισμα τοῦ στύρακος, οὕτω καὶ Ἄρειος καὶ Σαβέλλιος μισεῖ τὸν λόγον τῆς ἐν ἀληθείᾳ ὁμολογίας τοῦ ὁμοουσίου), ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἐροῦμεν, Εἰ καὶ μὴ ἦν ἡ λέξις ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς (ἔστι δὲ, καὶ σαφῶς ἔγκειται ἐν νόμῳ καὶ παρὰ ἀποστόλοις καὶ τοῖς προφήταις· Ἐκ γὰρ δύο μαρτύρων, [5]ἢ τριῶν, σταθήσεται πᾶν ῥῆμα), ὅμως ἐξὸν ἦν ἡμῖν δι᾽ εὐσέβειαν χρήσασθαι λέξει χρησίμῃ, ἐπασφαλιζομένους τὴν ἁγίαν πίστιν. Ὑμεῖς δὲ τί φατε; λέγετε γὰρ ἡμῖν, Ὦ οὗτοι, τί λέγετε περὶ τοῦ πατρός; ἄκτιστος ὁ πατήρ; Πάντως ὅτι ναί. Τίς γὰρ ἠλίθιος ἵνα ἀμφιβάλλοι περὶ τούτου; ποῖος δὲ ἐμβρόντητος λογίσασθαι μὴ εἶναι ἄκτιστον τὸν θεὸν, καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; πάντως γὰρ καὶ αὐτοὶ ὁμολογεῖτε ὅτι ἀγέννητος καὶ ἄκτιστος καὶ ἀγέννητος. Οὐ γὰρ ἔχει πρὸ αὐτοῦ πατέρα, οὐδὲ ὁρισμὸν ἐτῶν, οὐδὲ ἀρχὴν ἡμερῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἰ τοίνυν οὔτε [6]ἀρχὴ χρόνου αὐτῷ, οὔτε τέλος, ὁμολογεῖται ὅτι [7]ἄκτιστος, καὶ ἀναμφίβολόν ἐστιν, οὐδαμοῦ δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦτο γέγραπται. Εὐσεβείας δὲ χάριν ἀναγκαζόμεθα ταῦτα εὐσεβῶς περὶ αὐτοῦ φρονεῖν τε καὶ λέγειν, κἄν τε μὴ ᾖ γεγραμμένον. Οὕτως τὸ περὶ τοῦ ὁμοουσίου ἀναγκαζόμεθα λέγειν, εἰ καὶ μὴ ἦν γεγραμμένον κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶσσαν, μετὰ στενοπῆς τῶν λόγων, εἰ καὶ δόξειεν τοῦτο εἶναι ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμῶν φύσιν τὸ [8]περὶ θεοῦ διαλέγεσθαι. Ἀλλ᾽

Cap. LXX. — 1. ἔστι cod. Rhedig. ἔστη cod. Ien. et editi.

2. εἰπὼν correxi Cornarium (qui loquens vertit) et Petavium secutus. εἶπον libri.

3. In libris vulgo haec sunt ita distincta: εἰ δὲ - - ἀληθείας. ἄνευ — ἔλεγχος. ὥςπερ γὰρ - - στύρακος· οὕτω - - τοῦ ὁμοουσίου. ἀλλὰ cett.

4. Ita coniecit Petavius. Libri habent πάντων.

5. καὶ cod. Rhedig.

6. ἀρχὴν cod. Rhedig.

7. ἄκτιστος ἀμφίβολόν ἐστιν cod. Rhedig.

8. ἐπὶ ed. Petav. Colon. repet., vitio typographi, uti videtur.

nomen illud substantiae? Aut cur consubstantialis patri filius dicitur? Quonam in scripturae loco consubstantialitatis est facta mentio? Quis unquam ex apostolis dei substantiam nominavit? hoc enim videlicet ignorant, idem esse hypostasim aut substantiam dicere. Est enim dominus in hypostasi sua, et *splendor gloriae, ac figura substantia eius.* Hebr. 1, 3. Est igitur substantia non quicpiam facultatum instar suppeteus, sed illud ipsum quod est, sicut Moyses dixit, *Qui est misit me,* Exod. 3, 14. inquit ad filios Israël. Itaque qui est, eus est, ut ita dicam; hoc autem nihil aliud est quam substantia. Iam particula illa ὁμοῦ non unum aliquem et singularem exprimit, sed in ὁμοουσίου voce duo quaedam in eadem essentia perfecta significat, quae nec a se invicem diversa, nec ab unitate sua sint aliena. Quid si pietatis gratia, atque ad consociandam veritatis professionem novum aliquod vocabulum usurpare voluimus? Nisi enim consubstantiale illud retinuerimus, ex omnibus haeresibus refutari nulla potest. Nam ut serpens bituminis odorem refugit, aut cervae halitum, aut gagatae lapidis suffitum, aut styracis fumum, sic Arius et Sabellius consubstantialis vocem illam ac professionem vehementer oderunt. Sed ita adversus illos agemus: Quamvis nusquam in sacris literis ea vox extaret (quae revera tamen extat, atque in lege et apostolorum ac prophetarum scriptis manifeste reperitur; *duobus* porro *vel tribus testibus stat omne verbum*), Matth. 18, 16. sed ut nulla eius mentio fieret, liceret, opinor, ad fidem corroborandam opportunam aliquam atque utilem vocem studio pietatis usurpare. Vos autem quid tandem dicitis? Velim illud mihi respondeatis, quae sit vestra de patre sententia. Estne ut increatum illum existimemus? Omnino ita esse fatendum est. Quis enim adeo stultus est ut ea de re dubitet? Quis, inquam, sic animo perculsus ac vesanus est, ut deum et patrem domini nostri Iesu Christi increatum esse non iudicet? Vos enim utique non negatis ingenitum ipsum esse et increatum, atque a nullo productum. Neque enim patrem habet, qui sit ipso prior, neque *definitum annorum spatium, aut ullum dierum initium,* Hebr. 7, 3. ut scriptura loquitur. Si igitur neque principium habet temporis ullum, neque finem, in confesso est, atque extra omnem controversiam, eundem a nullo creatum fuisse. Atqui nusquam de eo est scriptis illud expressum. Verum pietatis, ut dixi, studio religiose haec de ipso et sentire et praedicare cogimur, licet nihil sit eiusmodi scriptum. Eodem modo tametsi nullo in scripturae loco vox illa *consubstantialis* diserte atque expressis literis contineretur, nos uti tamen illa necesse putaremus, quantumvis de deo disputare supra nos ac naturae nostrae conditionem esse videretur. Nihilominus tamen facile nobis benignissimus

pag. 798. ὅμως αὐτὸς ὁ κύριος συγγνωμονήσειεν ἡμῖν, βουλομένοις οὐχ ὑπὲρ θεότητος ἀπολογεῖσθαι, τῆς ἀνενδεοῦς οὔσης τῆς ἡμῶν συστάσεως. Ἀλλὰ δεῖ εὐσεβῶς λέγειν, καὶ εὐσεβῶς νοεῖν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα.

Κεφ. οα'. Τοίνυν ἀποκρίθητε ἡμῖν οἱ τοῦ Ἀρείου μαθηταί. Ἀγέννητον λέγομεν πάντες ὁμοῦ τὸν πατέρα, καὶ ἄκτιστον, καὶ θαυμαστὴ ἡ λέξις δηλονότι. Ποῦ τοίνυν γέγραπται τοῦτο; δείξατε τὸν τόπον· οὔτε γὰρ νόμος εἴρηκεν, οὔτε προφῆται, οὔτε εὐαγγέλιον, οὔτε ἀπόστολοι. Εἰ τοίνυν εὐσεβῶς λέγομεν λέξιν μὴ γεγραμμένην, καὶ ἔστιν ἀποδεκτὴ ὑπὲρ δόξης θεοῦ λεγομένη, τίς ἡμῖν ἐγκαλέσειεν, [1] εἰ μὴν καὶ μὴ ἦν τὸ Ὁμοούσιον γεγραμμένον, εὑρόντων ἡμῶν λόγον δι' οὗ λόγου δυνησόμεθα τὸ ἀσφαλὲς ὁμολογῆσαι τῆς ἡμῶν σωτηρίας; Ἀλλ' εἰσὶ μαρτυρίαι μετὰ καὶ τοῦ εὐσεβοῦς λογισμοῦ, αἵ τε προτεταγμέναι, καὶ ἄλλαι πλείους. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτην τὴν λέξιν, καὶ τὰς ἄλλας [2] αὐτῶν τοῦ δελεασμοῦ κατὰ τῶν ἀκεραίων λεγομένας ἐν θεῷ ἀναξανῶ ῥήσεις τε καὶ ἐπινοίας.

Κεφ. οβ'. Λέγουσι γὰρ πάλιν οἱ αὐτοὶ μετὰ πασῶν ὧν ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου καὶ τῶν εὐαγγελίων κατὰ τὸν νοῦν αὐτῶν παραφθείρουσι κακῶς ὑπονοοῦντες λέξεις, καὶ ταύτην εἰς μέσον φέροντες ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, ὡς εἴρηται ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, ἐν τῷ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως κεφαλαίῳ, ὡς καθεξῆς φησι, Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν· δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα· ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἐπιλαμβάνονται τοίνυν τοῦ ῥητοῦ, καὶ τῷ ἔθει τῆς αὐτῶν ἔχθρας πρὸς τὸν μονογενῆ [1] ἀνασκευάζοντες τὴν αὐτοῦ ἄφραστον καὶ ἔνδοξον θεότητα, ὡς καὶ πολλάκις εἶπον, ἀνοίᾳ φερόμενοι. Καί
pag. 799. φασιν, Ὁρᾷς ὅτι λέγει, ὅταν τὸ τέλος παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ [2] δύναμιν· δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς

Cap. LXXI. — 1. *Scripsi* εἰ μὴν καὶ μὴ ἦν, *cum libri haberent* εἰ μὴ καὶ μὴ ἦν. *In ed. Petav. Coloniae iterata legitur* εἰ καὶ μὴ ἦν. 2. *Cornarius vertit* ipsius.
Cap. LXXII. — 1. ἀνασκευάζοντες

dominus veniam concederet, qui non id affectaremus, ut divinitatis, quae praesidio nostro ac confirmatione non eget, patrocinium susciperemus. Sed nimirum de divinis rebus pie loqui ac sentire nos oportet, ne pessime pereamus.

Quamobrem respondete quaeso nobis, Arii fautores ac discipuli, cum ingenitum ex aequo patrem omnes increatumque fateamur, sitque admirabilis illa profecto dictio, ubinam est scripto nominatim expressa? Proferte locum, si potestis. Neque enim aut in lege commemoratur, aut apud prophetas, aut in evangelio, aut in apostolorum denique monimentis. Quod si vocabulum aliquod nusquam scriptis expressum usurpare licet, idque propter divinam gloriam usurpatum amplectuntur omnes et approbant, quis nos accusare merito possit, si cum vox illa consubstantialis nullibi diserte scripta videretur, nos eiusmodi vocabulum excogitasse diceremus, per quod salutarem doctrinam, ab omni periculo erroris immunem profiteri possemus? Verum ad pium illum religiosumque sensum scripturae insuper auctoritates accedunt, cum a me commemoratae hactenus, tum complures aliae. Sed iam ab huius loci tractatione discedam, ut ad alias scripturae sententias et argumenta discutienda me conferam, quas velut illecebras rudibus ac simplicibus obiiciunt. Cap. LXXI.

Etenim inter alia sacrarum literarum testimonia, quae ex apostolo et evangeliis ad suum sensum depravata ac perperam intellecta proferunt, hoc insuper ex apostolo nobis obiiciunt, quod in epistola ad Corinthios legitur, ubi de mortuorum resurrectione disputat; sic enim loquitur: *Deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri, cum destruxerit omnem principatum, et omnem potestatem, ac virtutem; oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: novissimus inimicus destruetur mors.* Cum autem dicit, subiicienda illa omnia, manifestum est eum excipi qui subiecerit ipsi omnia. *Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc et ipse filius subiicietur ei qui sibi subiicit omnia, ut sit deus omnia in omnibus.* Hunc ergo locum arripiunt, et pro eo ac consueverunt propter insitum in dei filium odium adversus inexplicabilem ac magnificam illius divinitatem comparant, incredibili, ut saepe dictum est, insania perciti. Sic igitur obiiciunt: Videsne quam diserte dicat, *Cum postremo tradiderit regnum deo patri, cum destruxerit omnem potestatem et virtutem: oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos sub* Cap. LXXII. 1. Cor. 15, 24.

scripsi Cornarium (*qui vertit* destruunt) *et Petavium secutus. Libri habent* κατασκευάζοντες.

2. Δ[illegible] *cod. Ien.* δόξαν *cod. Rhedig.*

πόδας αὐτοῦ. Τὸ δὲ, Δεῖ, καὶ, Ἄχρι, καὶ, Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν, χρόνου ἐστὶν ὁρισμός. Καὶ βλασφημοῦντές φασι, Παύσεως καὶ καταλύσεως τοῦ βασιλεύοντός ἐστι [3] ταῦτα δηλωτικὰ, Ἕως οὗ παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί. Καὶ οὐκ ἴσασιν ἐξ ὑπαρχῆς τὸν νοῦν τῆς ἀληθείας, ὅτι διὰ τὸ μετεσχηκέναι τὸν μονογενῆ σαρκὸς καὶ αἵματος τὰ ἀνθρωποπαθῆ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας προςληπτικὰ τῆς δόξης ᾄδεται καὶ λέγεται· ἀλλ' οὐκ ἐκτὸς τῆς τελείας ἀεὶ καὶ ἐνδόξου αὐτοῦ θεότητος, τῆς μηδὲν ἐνδεομένης [4] προςλαβέσθαι δόξης, ἐχούσης δὲ τὸ αὐτοδεδοξασμένον καὶ τὸ αὐτοτέλειον. [5] Ὡςαύτως περὶ τῶν δύο ἀπολογεῖται μερῶν, φάσκων περὶ μὲν τοῦ προσφάτου, Δόξασόν με, πάτερ, ἐν τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι, ὁ δὲ πατὴρ, τῶν [6] δύο σχέσεων ἀπαγγέλλων τὴν δόξαν, περὶ μὲν τῆς πρώτης κατὰ τὸ πνεῦμα ὅτι, Ἐδόξασα, ἵνα δείξῃ τὸ ἀόριστον, περὶ δὲ τοῦ προσφάτου διὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ὅτι, Καὶ πάλιν [7] δοξάσω· ἵνα καὶ ἐνταῦθα τὸ σαφὲς ἀποδειχθείη περὶ ὧν καὶ [8] ὁ ἀπόστολος εἴρηκε, περὶ αὐτοῦ διττῶς τὴν ἀλήθειαν ὑποτιθέμενος.

Κεφ. ογ'. Καὶ τὸ, Ἄχρις οὗ παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, διὰ τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχὴν γενομένην ἐνσάρκου παρουσίας. Ἡ γὰρ θεότης τοῦ μονογενοῦς ἦν ἀεὶ σὺν πατρὶ, ὅπερ ἐστὶ μονογενὴς θεὸς λόγος ἐκ πατρὸς προελθὼν ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως. Ἐπεὶ πῶς πληρωθήσεται τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, τὸ, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι; ἐπειδήπερ ἔλεγεν αὐτῇ, Τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· ἵνα δείξῃ ἄνωθεν τὸν θεὸν λόγον κατεληλυθότα, καὶ ἐν μήτρᾳ τῆς αὐτῆς παρθένου σαρκωθέντα καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντα· ἵνα μὴ διορίσῃ τὴν ἔνσαρκον τελείωσιν ἀπὸ τῆς ἐνθέου τελειώσεως, μετὰ προςθήκης τοῦ, Καὶ ἔλεγεν αὐτῇ, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς θεοῦ· εἶτα, pag. 900. Δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἀντιδιαστελλομένων τοίνυν τούτων [1] θατέρου πρὸς θάτερον, [2] τὸ, Δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ, καὶ, Βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας (καὶ οὐκ εἶπεν, Εἰς τὸν αἰῶνα μό-

3. δηλωτικὰ ταῦτα cod. *Rhedig.*

4. προςλαβέσθαι *emendatio est Cornarii* (*qui interpretatus est* quae nihil opus habet ut gloriam assumat). *Libri vulgo* προλαβέσθαι.

5. ὡς αὐτὸς *suspicatus est Petavius.*

6. „Deesse nonnihil suspicor.“ *Petavius.*

pedibus ipsius? Ubi haec verba, *Oportet*, et, *Donec*, et, *Cum tradiderit regnum*, definitum temporis spatium significant. Atque haec ipsa verba, *Donec tradiderit regnum deo et patri*, exitum aliquem finemque regni ei qui regnat accidere demonstrat. Haec illi per summam in deum contumeliam iactitant; neque quid veritas ipsa significet ullo modo percipiunt; nimirum quod unicus dei filius carnis ac sanguinis particeps fuerit, humanas eidem affectiones, eaque, quae gloriae quandam accessionem indicant, humanae illius naturae tribui, vulgoque praedicari; quod tamen a perfecta gloriaeque plenissima divinitate minime putandum est. Quae quidem divinitas cum ipsa per sese gloria praedita, ac perfecta sit, nequaquam externam atque adscititiam gloriam requirit. Nam et Christus ipse ea verbis expressit quae ad ambas illas partes propugnandas pertinere possunt. Itaque de ea quae recentior est accipi ista possunt: *Glorifica me, pater, ea gloria, quam habui apud te, antequam mundus fieret.* Pater autem duarum perinde conditionum et habitudinum gloriam demonstrans, de priore secundum spiritum sic loquitur: *Ego glorificavi;* ut infinitum quiddam declaret. De recentiore vero et hominis suscepta natura, *Et iterum glorificabo.* Ex quibus illustrari ac declarari potest hic apostoli locus de quo nunc agimus; in quo duplicem perinde sensum veritatis proposuit.

Nam haec verba, *Donec tradiderit regnum deo et patri*, ad humanae naturae, quae certo tempore coepit, initium revocanda sunt. Cap. LXXIII.
Divinitas porro filii cum patre semper extitit, quae nihil aliud est quam unigenitus deus, verbum a patre sine ullo initio, vel tempore procedens. Alioqui quomodo angeli dictum illud reipsa perfici posset: *Spiritus domini superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit* Luc. 1, 35.
te? Dixerat enim Mariae virgini, *Paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.* Quibus divinum verbum e coelo delapsum esse, atque in utero virginis carnem factum, perfectamque hominis naturam suscepisse, monstraret; ut ne perfectam corporis naturam a perfecta divinitate secerneret. Quare subinde illud adiecit eidemque dixit, *Ideoque et quod nascetur sanctum vocabitur Filius dei;* deinde, *Dabit ei deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.* Quamobrem cum haec ambo sibi invicem opposita esse videantur, videlicet, *Oportet ipsum regnare donec* etc., et, *Regnabit in domo Iacob in secula* (ubi obser-

7. *Post voc.* δοξάσω *Petav. incepit novum caput, distinguens* Ἵνα καὶ ἐντ. τ. σ. ἀποδειχθείη, περὶ ὧν *cett.*
8. ὅ *om. ed. Petav.*

Cap. LXXIII. — 1. θατέρων *codd. mss. uterque.*
2. *Scribendum* τῶν.

νον, ἀλλ', Εἰς τοὺς αἰῶνας), καὶ πάλιν [3] τὸ, Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἀντιπαρατιθέμενον τὸ, Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, ἀμφοτέρων δὲ τὰ τοιαῦτα περὶ κυρίου καὶ Χριστοῦ φησάντων, ἀξιοπίστων ἁπάντων ὄντων, τοῦ μὲν ἀγγέλου Γαβριὴλ ἁγίου ὄντος, τοῦ δὲ ἁγίου ἀποστόλου πνευματοφόρου ὄντος, τί ἂν φαίησαν οἱ τῆς ζωτικῆς πραγματείας ἄγνωστοι; μὴ [4] ἄρα ἀντίθετος εἴη ἡ γραφὴ πρὸς ἑαυτὴν τὰ πάντα ἀεὶ ἀληθεύουσα; Μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ὡς ἀπαρχῆς εἴπομεν, διὰ τὸ προςληπτικὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὰ πάντα ἔχει τῆς εὐλόγου ἀκολουθίας. Εἰ γὰρ παραδίδωσι τὸ βασίλειον χρόνῳ, ἄρα νῦν οὐδὲ βασιλεύει. Εἰ δὲ οὔπω βασιλεύει, πῶς εὑρίσκεται προςκυνούμενος ἀεὶ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας καὶ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ; ὡς ἡ γραφὴ λέγει περὶ αὐτοῦ ὅτι, Ὅταν εἰςαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγουσα καὶ, Προςκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ, καὶ πάλιν, Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ, φησὶ, Αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. Ἄρα οὖν βασιλεύει ἀεὶ ὁ [5] πάντων προςκυνούμενος. Τί οὖν εἴπομεν, τοῦ υἱοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος, ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν καὶ νῦν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, ἐπεὶ μηδέπω παρέδωκε τὴν βασιλείαν τῷ πατρί; ἄρα ἐκτός ἐστι τοῦ βασιλεύειν ὁ πατήρ; Μὴ γένοιτο. Ἔστι γὰρ ἅμα πατρὶ βασιλεύων, καὶ πατὴρ ἅμα υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. Ἀλλὰ τί λέγουσιν, ὅταν παραδῷ τὸ βασίλειον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, παύεται αὐτὸς τοῦ βασιλεύειν; Μὴ γένοιτο. Ἐπεὶ πῶς πληροῦται τὸ, Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδὲν ἐν τῷ υἱῷ πεπλήρωται, οὔτε πληροῦται, ἀφη-
pag. 601. νιάζον καὶ ἰδιάζον τῆς τοῦ πατρὸς ἑνώσεως καὶ ἑνὸς θελήματος πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Ὁρῶμεν γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὡς περὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ [6] εἰρημένον ὅτι, Ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, ὡς αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ παραδιδόντος τὴν βασιλείαν, καὶ καταργοῦντος πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τὸ, Δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὡς τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα ποιοῦντος καὶ αὐθεντοῦντος καὶ ἐξουσιάζοντος, καὶ τῷ πατρὶ παραδιδόντος σὺν τῇ βασιλείᾳ τοὺς ὑποτασσομένους.

Κεφ. οδ'. Εἶτα λοιπὸν μεταβαίνει εἰς πρόςωπον ἕτερον πάλιν, τοῦ πατρὸς ὑποτάσσοντος πάντα τῷ υἱῷ, καί φησι, Πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Οὐκέτι δὲ ἀπὸ

3. *Scribendum* καὶ πάλιν τοῦ, Ὅταν - - ἀντιπαρατιθεμένου τῷ, Καὶ τῆς βασιλείας *cett.*

4. ἄρα *cod. Rhedig.*

5. ὁ πάντων *codd. mss. et ed. princ. Cf. Winer Grammat. d. neutestam. Sprach-*

vandum est, *In secula*, non, In seculum, dixisse), item cum illud, *Cum tradiderit regnum deo et patri*, huic contrarium sit, *Et regni eius non erit finis*, cumque haec ambo de Christo domino idonei ac fide digni auctores asserant (nam et angelus Gabriel sanctus est, et apostolus divino spiritu afflatus), quid nostri illi vitalis ac salutaris illius mysterii plane imperiti dixerint? Utrumne scriptura secum ipsa pugnat, quae nunquam a veritate deflectit? Minime vero. Sed, ut antea dicebamus, propter illam humanae naturae conditionem, quae accessionis capax est, consentanee omnia aptissimeque cohaerent. Etenim si regnum certo aliquo tempore traditurus est, consequens est ut nondum regnet. Quod si ita est, cur angelis et archangelis tam ante quam post incarnationem adoratus esse perpetuo dicitur? De eo quippe scriptura testatur, *Cum inducerel primogenitum in orbem terrarum dictum esse*, et, *Adorent eum omnes angeli dei*, item, *Sedet ad dexteram patris*, deinde, *Coram illo flectetur omne genu coelestium, terrestrium et infernorum.* Necesse est igitur ut qui ab omnibus adoretur, perpetuo regnum obtineat. Iam vero cum perpetuo penes filium iam olim fuerit, et modo sit, et deinceps regia sit futura potestas (quandoquidem regnum patri nondum tradidit), quid tandem existimabimus? Patremne ab regno interim exclusum? Minime vero. Regnat enim cum patre filius, et cum filio ac spiritu sancto pater. Sed quid asserunt isti? *Cum tradiderit regnum deo et patri*, num regnare desinet? Nequaquam certe. Quomodo enim verum illud esset angeli responsum, *Et regni eius non erit finis?* Hoc igitur significare voluit apostolus, nihil impletum in filio implerive quod a paterna coniunctione atque una eademque patris et filii et spiritus sancti voluntate discrepans sit aut seiunctum. Siquidem et hoc loco de filio ipso dictum animadvertimus, *Cum tradiderit regnum deo et patri: cum destruxerit omnem principatum, et potestatem, et virtutem;* tanquam filius ipse regnum tradat, ac principatum omnem destruat etc. Ad haec, *Oportet*, inquit, *ipsum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus suis;* quasi filius omnia perficiat, ac pro auctoritate sua et potestate moderetur, et patri denique una cum regno subiectos offerat.

Hebr. 1, 6.

Philipp. 2, 10.

Post haec aliam ad personam transit: *Patre filio subiiciente omnia;* et, *Omnia subiecit*, inquit, *sub pedibus eius; novissimus inimicus destruetur mors.* Ubi non amplius ex persona patris dunta- Cap. LXXIV.

idioms §. 30, 4. *p.* 178 *sq.* ὁ ὑπὸ πάντων *ed. Petav.*

6. εἰρημένον *emendavit Petavius. Libri habent* εἰρημένου.

προςώπου πατρὸς μόνον, οὐδὲ ἀπὸ προςώπου υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ [1] μεσαίτατα τῶν προςώπων πατρὸς καὶ υἱοῦ φησι, Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι, Πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, ἤθελον ἐρωτῆσαι τοὺς αὐτοὺς, ἀπὸ προςώπου τίνος τὸ Εἴπῃ λέγει; τὸ γὰρ βάθος τῶν μυστηρίων τοῦ θεοῦ πνευματικῶς τοὺς σαρκικοὺς κρίνει· ὁ γὰρ σαρκικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν. Ἐνταῦθα γὰρ, Ὅταν εἴπῃ ὅτι πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, εἰ μὲν ὁ πατὴρ λέγει πρὸς τὸν υἱὸν, ἐλλιπὴς ἡ πραγματεία· ὑπέταξε γὰρ ὁ υἱὸς [2] τὰ πάντα τῷ πατρί· εἰ δὲ ἀπὸ προςώπου υἱοῦ τὸ, Ὅταν εἴπῃ τὰ πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, λέγεται, ἐλλιπὲς τὸ φρόνημα, ὅτι μελλητικά τινα ἐν θεῷ, ἢ ἐν πατρὶ, ἢ ἐν υἱῷ, λογίζεται. Τίς δέ ἐστιν ὁ λέγων ὅτι, Πάντα ὑποτέτακται; οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅταν εἴπωσιν. Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο τοῦ υἱοῦ τὸ, Ὅταν εἴπωσι, λεγόμενον, ἠδύνατο πληροῦσθαι ἢ ἐπὶ τοὺς ἀγγέλους, ἢ ἐπὶ τοὺς ὑποταγέντας. Ἐπειδὴ δὲ ἄνω ἐσήμανε τὸν υἱὸν ὑποτάσσοντα τῷ πατρὶ καὶ παραδιδόντα, καὶ τὸν πατέρα ὑποτάσσοντα τῷ υἱῷ τὰ πάντα, περιελείπετο δὲ τοῖς [3] λεξιθήρεσι τὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου πρόςωπον, τούτου ἕνεκα ἀπαρεμφάτως μετὰ τὸ πρόσωπον τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πρόςωπον τοῦ πατρὸς τὸ πρόςωπον ὑπέφαινε τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἀναγγέλλοντος ἀεὶ τὰ πα-
pag. 802. τρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ διδάσκοντος ἵνα μὴ ἐλλιπῆ ποιήσῃ τὴν τελείαν γνῶσιν [4] τῆς τριάδος καὶ τῆς ἐνσάρκου προςληπτικῆς δόξης παρουσίας. Εἶτα, φησὶ, Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Ὁ δὲ καταργηθεὶς πεπέδηται, οὐκέτι ἐνεργῶν ὃ ἐνεργεῖ, οὐδὲ ἔτι ὑπάρχων· καὶ γὰρ κατήργηται.

Κεφ. οε΄. Τί οὖν οἱ τὸ συνιέναι τὰς γραφὰς ἀγνοοῦντες ἔχουσι περὶ τούτου λέγειν; δεῖ ἡμᾶς ἄρα λογίσασθαι περὶ τοῦ υἱοῦ ὅτι ἀργήσει τοῦ βασιλεύειν; εἰ οὕτως ἄρα εἶχεν ἡ λέξις. Ἀλλὰ ἀσεβήσομεν καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν ὑποτασσομένων ἐναριθμῆσαι μάλιστα, μετὰ τὸ ἐνεργεῖν οὐ ἐνήργει παυομένου· ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Οὐδεὶς γὰρ τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων, καὶ ἐλπιζόντων ἐν ἀληθείᾳ, διανοηθήσεται ἀπρεπῶς τῇ αὐτοῦ δόξῃ λέγειν, ἢ ἀκούειν, ὡς οὗτοι ματαίως φρονοῦσι. Πάντα δὲ ἡ θεία γραφὴ διδάσκει, Ὅταν εἴπῃ, Πάντα αὐτῷ ὑποτέτακται, δηλονότι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος [1] αὐτῷ τὰ πάντα. Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ὅπως τὸ ἀπαρχῆς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου σημανθὲν, καὶ

Cap. LXXIV. — 1. μεσώτατα *lego in cod. Rhedig., et cod. Ien. quoque in syllaba* αι *voc.* μεσαίτατα *rasurae habet vestigia.* 2. τὰ *non habet cod. Rhedig.* 3. *Suspicor* λεξιθῆρσι. *Cf. supra op.* 61. 4. *Libri vulgo* τῆς περὶ τριάδος. *Petavius suspicabatur* περὶ τῆς τριάδος. *Equi-*

xat, neque ex solius persona filii, sed tanquam ab alia inter utramque interiecta subiicitur: *Novissimus inimicus destruitur mors.* Cum autem dicit, omnia huic esse subiecta, libet illos interrogare, cuius ex persona vox illa, *Dicit,* pronuntiata sit. Siquidem divinorum mysteriorum altitudo carnales homines spiritaliter diiudicat: *Nam carnalis non percipit ea quae dei sunt; stultitia enim est ipsi.* 1.Cor.2,14.
Haec enim, *Cum dicit omnia ei esse subiecta,* si ita accipiantur, quasi filio pater dixerit, manca est ac defecta narratio. Quippe filius omnia patri subiecit. Sin ex filii persona usurpatum putetur istud ipsum, *Cum dicit huic omnia subiecta,* non minus sensus ipse deficit, eo quod mora quaedam ac tarditas deo, sive patri, sive filio tribuitur. Quis igitur est qui *subiecta esse dicit omnia?* Non enim scriptum est, *Cum dicunt.* Nam si ad filium referri deberet istud, *Cum dicunt,* vel ad angelos, vel ad eos qui subiecti sunt, pertinere posset. Iam vero cum antea patri filium omnia subiecisse ac tradidisse docuisset, ac vicissim filio patrem omnia subiecisse, vocum porro captatoribus una spiritus sancti persona restaret, ob id filii ac patris personis spiritus sancti personam non expresse, sed infinite subtexuit, eius videlicet spiritus qui patris et filii arcana nuntiat ac perdocet. Quod ideo factum est ne ad perfectam trinitatis, et humanae naturae, ad quam gloriae fieri potest accessio, cognitionem quicpiam deesset. *Deinde novissimus,* inquit, *inimicus destruitur mors.* Porro qui destruitur quodammodo detineri vinctus intelligitur; ut quod facere solebat non moliatur amplius, adeoque cum destructus sit, non amplius existat.

Quid igitur sacrarum literarum imperiti ea de re dicere possunt? An de filio cogitandum nobis illud est, regnandi finem unquam esse facturum? Si quidem ita sese illa vox haberet. Atqui impium quiddam a nobis admittetur, si illum in subditorum sibi ordinem redigere voluerimus, ut cum opus suum praestiterit, ab agendo desistat. Sed absit a nobis tam impia de Christo sententia. Nemo enim, qui quidem in ipsum credat aut speret ex animo, indignum quicquam de illius gloria praedicare aut audire sustinebit, cuiusmodi perperam isti et absurde sentiunt. Ceterum omnia sacris in literis docentur, *cum dicit, Omnia illi subiecta sunt,* haud dubium quin praeter illum qui subiecit illi omnia: *Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc et filius ipse subiicietur ei qui sibi subiecit omnia.* Ut quod initio declaravit angelus, estque a nobis huic loco propter af- Cap. LXXV.

dem delevi praepositionem περὶ *quam accrevisse persuasum mihi est ex syllaba* τρι *vocabuli quod sequitur* τριάδος.

Cap. LXXV. — 1. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.*

ἐνταῦθα διὰ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ λόγου συζευχθὲν, τὴν φράσιν πᾶσαν τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου ἀποφάνοι, ἀκολούθως τε καὶ τηλαυγῶς. Ὡς καὶ ὁ ἄγγελος τὸ ὅμοιον ἔλεγεν, ἄνωθεν μὲν σημάνας τὸν υἱὸν, εἶτα μετὰ προςθήκης περὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τὴν συνένωσιν δηλῶν, ὅτι, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ, μετὰ προςθήκης τοῦ καὶ Ἁγίου, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴ [2] καὶ τὸ, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον κληθήσεται Υἱὸς θεοῦ, τούτου ἕνεκα αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα μηκέτι τὸ σαρκικὸν σαρκικὸν εἴη τῇ δυνάμει, ἀλλὰ συνηνωμένον τῇ θεότητι, τὸ σαρκικὸν εἰς μίαν ἕνωσιν συνηνωμένον, σὺν πατρὶ βασιλεῦον, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ ἐξότε μὲν ἀνέστη, ἀρχὴν [3] λαβὸν τὸ, Ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι· συνήνωται γὰρ ὁμοῦ εἰς μίαν τὴν αὐτοῦ θεότητα πνευματικῶς τὸ σαρκικόν. Ἐπειδὴ [4] δὲ λέγει, Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ, Οὕτως ὄψεσθε αὐτὸν, ὃν τρόπον
pag. 803. [5] εἴδετε αὐτὸν ἀναλαμβανόμενον, τότε λοιπὸν πάντων τελειωθέντων, καὶ μηδενὸς τῶν πρὸς πλήρωσιν ὑπολειπομένων [6] τὸ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα ἀναφέρειν τὸ, Ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν, ἔστι σημαινόμενον, ἵνα μὴ εἴη διαίρεσις, οὐ γάρ ἐστιν, ἵνα μὴ νομισθῇ πολυθεΐα, μία γάρ ἐστιν ἡ δοξολογία. Οὔτε γὰρ νῦν ὡς τυραννῶν ὁ υἱὸς οὐχ ὑποτέτακται τῷ πατρὶ, οὔτε ὑποτέτακται ὡς δοῦλος καὶ ἐξουσίαν μὴ ἔχων, ἐκ πατρὸς γεγεννημένος τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ τῆς αὐτῆς θεότητος, οὔτε τότε κατὰ ἔλλειψιν, οὔτε κατὰ ὑπόβασιν, οὔτε κατὰ ἀνάγκην, ἢ κατὰ [7] λῆξιν ὑποτάσσεται τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὡς υἱὸς γνήσιος μονογενὴς, σὺν πατρὶ βασιλεύων ἀεὶ εἰς μίαν ἑνότητα, καὶ εἰς ἓν γέρας τιμῆς ἀνάγων τὴν πᾶσαν κτίσιν, καὶ διδάσκων αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ θεότης, μία ἡ κυριότης, μία δοξολογία πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, πρεπόντως τιμωμένου τοῦ πατρὸς ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, ὡς γνησίου υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος πατρὸς καὶ υἱοῦ. Καὶ ἀποκλειέσθωσαν τῶν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος βλασφημούντων αὐτοὶ οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἐπινοήματα τῆς πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἔχθρας. Καὶ ἔτι πάλιν τὰ κακῶς ὑπ' αὐτῶν ἐπινοούμενα φωράσαντες ἀνατρέψομεν.

Κεφ. ος'. Πάλιν λέγουσι τῶν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου λέξεις τινὰς, καί φασιν, Διὰ τί οὐ δύναται ποιεῖν οὐδὲν ὁ υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ ἴδῃ τὸν

2. καὶ τὸ cod. Rhedig. τὸ καὶ reliqui libri. 3. λαβὼν codd. mss. uterque et ed. princ. Quod certe habet unde defendi possit. 4. δὲ non habet ed. Petav.

finitatem ac similitudinem adiunctum vim omnem divini verbi consentanee ac perspicue declaret. Nam et angelus idem propemodum dixit, cum significato dei filio, subinde quibusdam additis, assumptae hominis naturae et cum verbo coniunctae mentionem iniecit: *Propterea*, inquit, *et quod nascetur ex te* (ubi *sanctum* adiecit) *vocabitur Filius dei*. Quae cum ita sint ac voces illae, *Propterea*, et, *Quod nascetur vocabitur Filius dei*, usurpatae ab angelo fuerint, recte filius ei subiiciendus dicitur, *qui sibi universa subiecit;* ut ne quod carnale est amplius sit virtute carnale, sed cum divinitate coniunctum; illud, inquam, ipsum carnale in unum copulatum cum deo, et cum patre ac spiritu sancto regnum illud obtinens, *cuius non erit finis*. Cuius quidem, ex quo resurrexit, velut initium accepit: *Ut sit deus omnia in omnibus;* quod in unam divinitatem spiritaliter sit illud carnale coniunctum. Sed quod ita loquitur: *Hoc facite in meam commemorationem, donec veniat filius hominis*, item: *Sic illum videbitis, quemadmodum vidistis ascendentem in coelum;* tum demum perfectis omnibus, nec ulla re praetermissa, ad ipsius divinitatem revocatum iri omnia eadem illa verba demonstrant: *Ut si deus omnia in omnibus;* ne qua sit divisionis suspicio; quae nulla est, ut non deorum multitudo fingatur. Nam una est personarum omnium, ac singularis gloria. Et vero non, quasi tyrannidem usurparit filius, patri modo non subiicitur, neque tanquam servus ac propria potestate carens eidem subiicitur, cum sit a patre genitus, eademque cum ipso natura ac divinitate praeditus. Neque tunc propter ullum defectum, aut velut imminutionem capitis, ac necessitatem, sive potestatis abrogationem patri subiiciendus est, sed perinde ac germanus et unicus filius, qui cum patre perpetuo regnat, et ad unam singularitatem atque unum decus et honorem creatas res omnes revocat, et ecclesiam suam instituit: *Ut si deus omnia in omnibus*. Quoniam una est patris et filii et spiritus sancti divinitas, dominatus unus, singularisque gloria, a filio porro, tanquam ab germano filio, patri, ut par est, honor tribuitur, nec non et a spiritu sancto, cum a patre et filio minime sit alienus. Facessant itaque contumeliosorum in dei filium ac spiritum sanctum impiae voces, ac sacrilegae, argumentaque omni in eosdem hostilitate referta. Nos autem cetera male ab illis excogitata, et hoc loco patefacta, diluemus.

Luc. 1, 35. — Luc. 22, 19. et 1. Cor. 11, 24. Act. 1, 11. — 1. Cor. 15, 28.

Cap. LXXVI.

Aliis igitur ex evangelio prolatis auctoritatibus ita disputant: Quid est quod *nihil a seipso facere filius potest, nisi patrem facien-* Ioann. 5, 19.

5. *Libri vulgo* ἴδετε.

6. τὸ *reposui pro* τῶν *quod in libris vulgo extat. Petavio locus videbatur mutilus esse.*

7. λῆξιν *emendarunt Cornarius (vertit enim* iuxta cessationem) *et Petavius.* λέξιν *in libris est.*

πατέρα ποιοῦντα; καὶ [1]οὐ νοοῦσιν ἀπαρχῆς τὰ λεγόμενα, ὅτι καί τοί γε ὁ πατὴρ οὐ πρότερον ἐποίησε, καὶ ὕστερον ὁ υἱὸς ἐτεχνάσατο. Ποῖον γὰρ οὐρανὸν ἐποίησε καθ' ἑαυτὸν ὁ πατὴρ, ἵνα ἀπὸ τοῦ τύπου τοῦ πρώτου οὐρανοῦ λαβὼν τὸ ὁμοίωμα ὁ υἱὸς οὕτως ἐργάσηται; ἀλλ' οὐδεὶς τοῦτο δύναται δεῖξαι τῶν τὴν κακίαν ἐπινοούντων. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἀλλ' ἅμα ἐν ἀρχῇ ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ φάσκει, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ οὐκ εἶπε, Δεῦρο, ποιήσω, καὶ ὑποδείξω πῶς ἐργάσῃ. Ἔπειτα δὲ, Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐποίησε, καὶ ἔδειξε τῷ υἱῷ πῶς δεῖ ποιεῖν τὸν ἄνθρωπον. Οὔτε γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ ἦν ὁ υἱὸς, ἵνα μετὰ τὸ μαθεῖν τέχνην τότε τὰ ἐξ
pag. 804. αὐτῆς ἐργάσηται. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἐλθὼν ὁ κύριος ἡμῶν τὴν σάρκα ἐνεδύσατο, καὶ ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ ἐν ἡμῖν συνανεστράφη, εἶχε δὲ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τὸν λόγον, οἵτινες ἐνόμιζον αὐτὸν τὰ τοῦ πατρὸς καταλύειν, βουλόμενος ἀναγαγεῖν τὴν διάνοιαν, τοῦ μὴ προςέχειν τῇ αὐτοῦ ἐνανθρωπήσει μόνον, ἔλεγεν, Οὐδὲν ποιεῖ ὁ υἱὸς, ἐὰν μὴ ἴδῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἵνα δείξῃ τὸ ἔργον τοῦ υἱοῦ εἶναι ἔργον τοῦ πατρὸς, καὶ τὸν πατέρα εὐδοκοῦντα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ τῆς πάσης ἐργασίας οἰκονομίᾳ. Οὕτω καὶ κατὰ ἀκολουθίαν καὶ τὰς ἄλλας λέξεις προςκόπτοντες, ὡς θῆρες, καὶ ἐλεγχόμενοι ἀπὸ προςώπου τῆς τοῦ λόγου ἀστραπῆς, τῆς ἀληθείας, διωχθήσονται. Ἄστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτούς· ἐξαπόστειλον τὰ βέλη σου, καὶ συνταράξεις αὐτούς.

Κεφ. οζ'. Πρόςκειται γὰρ ταύτῃ τῇ λέξει [1]ἃ ἀναλέγουσι καθ' εἱρμὸν, καὶ λέγουσιν ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, Ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ μείζονα τούτων [2]δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε· καὶ πάλιν, Ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ· ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ· καὶ πάλιν, Οὐδένα γὰρ ὁ πατὴρ κρινεῖ, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. Ὅρα δέ μοι λοιπὸν, Ἄρειε, τὸ πέρας τῆς πρὸς σὲ διαλογῆς, ποῦ ἀπετέλεσεν ὁ λόγος; οὐκ εἶπέ τινας ναὶ, καί τινας οὒ, ἀλλ' ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, ὡς τιμῶσι τὸν πατέρα. Μὴ ἀτίμαζε τοίνυν τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ ἀτιμάσῃς τὸν πατέρα· εἰ γάρ τι εἰς τὸν υἱὸν λογίζῃ [3]ὑποβεβηκὸς ἢ ἐλάττωμα διανοεῖσθαι, οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὸν πατέρα ἀναβαίνει σου ἡ διάνοια. Τῆς γὰρ αὐτῆς σοι τολμηρίας ἐστὶ τὸ εἰς τὸν υἱὸν διανοεῖσθαι, καὶ μὴ τιμᾶν αὐτὸν καθάπερ τιμᾷς τὸν πατέρα. Ἵνα γὰρ καὶ δῷ αὐτῷ ὁ πατὴρ, λέγε μοι, ὦ γεννάδα, τί λέγει; Ἵνα ὃν θέλῃ ὁ υἱὸς ζωογονήσῃ. Οὐκ εἶπεν, Ὃν κελεύεται. Ἔδει δὲ ταῦτα [4]πάντα τὸν υἱὸν

Cap. LXXVI. — 1. οὐ *vitium est ed. Petav.*

Cap. LXXVII. — 1. ἣν *volebat Petavius.*

tem viderit? Sed nullo modo horum verborum sententiam assequuntur; neque vident nihil esse quod a patre antea factum et a filio deinde fabricatum fuerit. Quod enim coelum solus per sese pater molitus est, ut ad prioris huius exemplar simile alterum filius expresserit? Nihil eiusmodi ab iis impietatis architectis demonstrari potest. *In principio enim fecit deus coelum et terram.* Imo iam tum Gen. 1, 1.
ipso fabricandi mundi principio dixit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem.* Non dixit, Age faciam prius, et quemadmodum moliri debeas ostendam. Deinde, *Fecit deus hominem.* Non dixit, Fecit, et ostendit filio quemadmodum fabricandus homo sit. Siquidem nulla in filio inerat ignorantia, ut posteaquam artem condidicisset ex illius praescripto moliretur. Verum ubi ad nos delapsus Christus dominus humana carne vestitus est, et homo factus est et nobiscum versatus, cum Iudaeos alloqueretur, qui ab ipso opera patris everti sibi persuaserant, quo eorum animos a solius humanae naturae contemplatione revocaret, *Nihil,* inquit, *filius facit, nisi facientem patrem viderit;* ut opus filii esse patris opus ostenderet, eidemque patri suam omnem administrationem ac functionem placere. Sic igitur deinceps infelices isti, qui alias scripturae sententias, tanquam immanes ferae, concidunt ac lacerant, convicti divini verbi ac veritatis splendorem, velut fulgure quodam consternati, fugient. *Fulgura,* inquit, *coruscationem, et dissipabis eos: emitte sagittas tuas, et conturbabis eos.* Psalm. 143, 6.

Etenim illi scripturae loco quem ex evangelio proferunt statim illud ordine subtexitur, *Pater enim diligit filium, et omnia demonstrat ei quae ipse facit, et iis maiora opera demonstrabit, ut vos miremini:* item, *Pater suscitat mortuos et vivificat similiter, et filius quos vult vivificat:* item, *Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorant patrem.* Animadverte nunc, Ari, hunc ipsum institutae contra te a nobis disputationis exitum. Non dixit a quibusdam honorari debere, ab aliis non debere, *sed ut omnes,* inquit, *honorent filium, sicut honorant patrem.* Cave igitur dehonestes filium, ne dehonestes et patrem. Nam si quid in filio suspiceris inferius aut defectum reperiri, in patris ignominiam tua illa cogitatio redundabit. Est enim eiusdem in te temeritatis et audaciae sive eiusmodi aliquid adversus filium conceperis, sive non honores ipsum, *ut honoras patrem.* Nam ut ipsi det aliquid pater, dic, amabo te, hominum confidentissime, quid dicit? *Ut quem vult filius vivificet.* Non dixit, Quem iubetur; haec enim omnia a pa- Cap. LXXVII. Ioann. 5, 20.

2. δείξῃ *codd. mss. et ed. princ.* 4. πάντα *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
3. ὑποβεβηκῶς *codd. mss. et ed. princ.*

δέξασθαι παρὰ πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐλάττονα εἶναι παρὰ τὸν πατέρα, μάλιστα κατὰ δύο τρόπους· πρῶτον μὲν διὰ τὸ ἀναγαγεῖν ἡμῶν τὴν διάνοιαν εἰς μίαν ἕνωσιν θεότητος, πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ μὴ εἰς μερισμοὺς καὶ πολυθεΐαν καταγαγεῖν τὸν τῶν
pag. 805. ἀνθρώπων λογισμὸν, ἀλλὰ ἀναφέρειν εἰς μίαν ἑνότητα· δεύτερον δὲ καὶ εἰς τὴν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας μεταβολὴν δόξης καὶ συνένωσιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εὐφρᾶναι διὰ τῆς ὑποσχέσεως ἧς εἶπεν ὅτι, Εἰσὶ τῶν [5] αὐτοῦ ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. Καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ὡς λέγει τὸ εὐαγγέλιον, ἢ ὡς τὸ ἕτερον λέγει, μετὰ ἓξ ἡμέρας (οὐ τῶν εὐαγγελιστῶν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων λεγόντων, ἀλλὰ μιᾶς οὔσης τῆς ἀκριβείας, ἀεί ποτε δὲ ἀσφαλιζομένης, ἵνα μὴ πρόφασις γένηται [6] τὸ τοὺς ἀνθρώπους [7] προςκόπτειν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις, ἐπειδήπερ ἔγκειται ἡ ἔννοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος ἐπιμελῶς. Διὰ τοῦτο εἷς εὐαγγελιστὴς Τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ εἶπεν. Ἦν γὰρ μέρος τι τῆς ἡμέρας ὑπολειπόμενον, ὅτε τὸν λόγον ἔφη, καὶ συνηρίθμησεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας, εἰ ἦν [8] ἡ ἡμέρα [9] κεκλικυῖα περὶ ἐνάτην ὥραν ἢ δεκάτην. Καὶ πάλιν ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περὶ τὴν τρίτην ἢ τετάρτην ὥραν τοῦ πράγματος γεγονότος, ὀγδόη αὕτη ἐκαλεῖτο. Ὁ δὲ ἄλλος εὐαγγελιστὴς ἀσφαλίζεται, καὶ λέγει, Μετὰ ἓξ ἡμέρας. Οὐκ ἠρίθμησε γὰρ ἐν ᾗ τὸν λόγον [10] ἔφη τοῖς μαθηταῖς, οὐδὲ ἐν ᾗ τὸ ἔργον ἐπετέλεσεν, ἀλλὰ τὰς μέσον ἓξ πληρεστάτας ἡμέρας.

Κεφ. οη'. Ὧδε δὲ περὶ τὸν λόγον γενόμενος τὴν φράσιν ὑπέδειξεν, [1] ὅπως παραλαβὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον ἀνήνεγκεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος, καὶ μετεμορφώθη, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὸ ἐν σαρκὶ πρόσωπον συνὸν ἐν τῇ θεότητι. Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ ὡς χιὼν, δηλονότι ἡ σὰρξ ἡ ἀπὸ Μαρίας οὖσα, καὶ ἐκ τοῦ ἡμετέρου γένους τυγχάνουσα. Καὶ μετεμορφοῦτο εἰς δόξαν, δόξαν ἐπικτωμένη τῆς θεότητος, τὴν τιμήν τε καὶ τελειότητα, καὶ δόξαν τὴν ἐπουράνιον, ἣν μὴ εἶχεν ἡ σὰρξ ἀπαρχῆς, ἐνταῦθα δὲ λαβοῦσα ἐν τῇ συνενώσει τοῦ θεοῦ λόγου. Οὕτως τὰ προειρημένα νόει, ὅτι τὴν πᾶσαν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν, ἵνα ὃν θέ-
pag. 806. λει ζωογονήσῃ· ἵνα τὴν μὲν πρώτην ἀρχὴν δείξῃ τὴν ἕνωσιν τῆς μιᾶς θεότητος, καὶ τὸ ἓν θέλημα ἐπὶ τὸν πατέρα φέρειν τὰ ὅλα τῆς ἀγα-

5. αὐτοῦ *om. ed. Petav.*
6. *Fortasse* τοῦ.
7. προκόπτειν *codd. mss.*
8. ἡ *om. cod. Rhedig.*
9. κεκληκυῖα *codd. mss. et ed. princ.*
10. εἶπε *cod. Rhedig.*
Cap. LXXVIII. — 1. ὅπως *emendavit Petavius.* ὅμως *habent libri.*

tre filius accipere debuit, sed non ut ipso esset inferior. Quod quidem duobus modis intelligere possumus. Primum ut mentem nostram ad unam et singularem patris, filii, et spiritus sancti divinitatem eveheret, neve ad quaedam deorum velut divortia hominum cogitationes demitti pateretur, sed ad unum et singulare quiddam attolleret. Secundo ut ad assumptam hominis naturam, quae gloriae vicissitudinem mutationemque caperet, atque ad divinitatis suae coniunctionem intelligendam perduceret; cum enim ad discipulos suos pollicitationis huiusmodi spe exhilarandos venisset, quam ostenderat: *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec viderint* Matth. 16, 27.
filium hominis venientem in gloria sua. Deinde octava die, ut in et Marc. 9, 1.
evangelio scriptum est, vel ut aliud evangelium narrat, post sex Luc. 9, 27.
dies (non quod evangelii scriptores hallucinati sint, sed quod licet eadem sit omnium certitudo, eadem tamen munienda videatur, ne hominibus ad ea quae praecipua ac necessaria sunt offendendi ulla praebeatur occasio; quandoquidem *prona est impensius in malum ab* Gen. 8, 21.
adolescentia hominis cogitatio: propterea octava die scripsit evangelistarum alter, quod, cum a Christo illa pronuntiata sunt, nonnulla pars diei superesset, a qua die et hora numerandi initium fecit, ut puta cum iam in nonam aut decimam horam dies incumberet): deinde octavo die hora circiter tertia, vel quarta res ipsa contigit, quae dies octava numerata, cum alius evangelista, maioris cautionis gratia, post sex dies id contigisse narret; quoniam neque diem illum comprehendit quo dominus apostolis ista locutus est, nec illam in qua opus illud absolvit, sed interiectos ac plenos tantummodo sex.

Ergo evangelista cum ad eiusmodi narrationem venisset, ita Cap. LXXVIII.
rem omnem exponit: Quemadmodum *Petrum et Ioannem et Iacobum adhibens eduxit illos in montem, et transfiguratus est, et resplenduit facies eius sicut sol;* ea facies, inquam, quae erat cum divinitate coniuncta: *vestimenta autem eius candida facta sunt sicut nix.* Quamobrem illa caro quae et ex Maria virgine sumpta, et ex nostro genere suscepta fuerat, in gloriam splendoremque commutata est, et quidem divinitatis gloriam, cuius ad illam est accessio facta, nec non et honoris ac perfectionis dignitatisque coelestis, quam cum hactenus caro non habuisset, hic, posteaquam cum divino verbo copulata est, obtinuit. Ad eum itaque modum quae antea dicta sunt accipies, *Omne iudicium dedit filio;* quoniam *dedit ei potestatem, ut quem vult vivificet.* Quare ut et primum principium declararet, et unam divinitatem ac singularem in trinitate voluntatem esse monstraret, quae ad bonitatem pertinent, ad patrem ipsum, hoc est ad

θοσύνης, καὶ ἐπὶ τὴν μίαν ἀρχὴν καὶ θεότητα τῶν τριῶν οὐσῶν τελείων ὑποστάσεων, μιᾶς δὲ θεότητος, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῆς ἐνσάρκου πάλιν παρουσίας προςλαμβανούσης μετὰ τῆς θεότητος τὴν ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ κεχαρισμένην αὐτῇ τοῦ ἀξιώματος δωρεάν τε καὶ ἐξουσίαν καὶ τελειότητα, καὶ εἰς μίαν [2] θεότητος [3] πνευματικὴν συνένωσιν.

Κεφ. οϛ'. Καὶ μάλα μόλις διεδράσαμεν τὸ δυσθαλάττιον τοῦτο χωρίον, καὶ τὴν πᾶσαν ταύτην θηριοβολίαν, ἄγριά τε κυμάτων [1] κυρτώματα, ἀφρισμοὺς δὲ καὶ σάλους δεινοὺς, βέλη τε ἐναντίων καὶ θυρεοὺς κατακαύσαντες κατὰ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν ἐν διανοίᾳ, τόξα τε τῶν δι' ἐναντίας κατακλάσαντες, ἐπὶ τὸ ἑρπετὸν τοῦτο τὸ πολυκέφαλον, ὕδρας ἄμορφον κατάστημα, λαβόντες ἐκ θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν χάριν οἱ ἀνίκανοι, ὥςτε ἐν θεῷ ἰσχύσαντες τὴν ἐπινίκιον ᾄδειν φωνὴν, λέγουσαν, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν· καὶ συντρίψαντες τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐπάνω τοῦ ὕδατος, τοῦ ἡσύχως πορευομένου, οὗ οὐκ ἠθέλησαν τὴν μετοχὴν [2] ἔχειν οἱ νέοι μετὰ Ἰουδαίων κληρονομίαν κεκτημένοι, πρὸς οὓς ἀποτεινόμενος ὁ προφήτης ἔλεγε, Διὰ τὸ μὴ θέλειν [3] ὑμᾶς ὕδωρ τοῦ Σηλωὰμ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν ὑμᾶς τὸν [4] Ῥαασσὼν τὸν βασιλέα, καὶ τὸν Ταβεὴλ υἱὸν Ῥομελίου, ἰδοὺ, ἐπάγει κύριος ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ ἰσχυρὸν, τὸν βασιλέα τῶν [5] Ἀσσυρίων, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἡμεῖς δὲ λαβόντες ἐν κυρίῳ τὴν βοήθειαν, καὶ τὸ ἀπὸ ἀληθινῆς σαρκὸς πτύσμα ἐπὶ τῆς γῆς βεβλημένον, καὶ [6] τὸ μετὰ πτύσματος φύραμα τοῦ πηλοῦ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν κεχαραγμένον, ἵνα οἵ ποτε ἐν ἀγνοίᾳ, νῦν τὴν ἀλήθειαν γνῶμεν, ἀπελθόντες καὶ νιψάμενοι ἐν τῷ Σηλωὰμ, τῷ ἀπεσταλμένῳ ἑρμηνευομένῳ, τουτέστιν ἐν τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, καὶ ἐν θεότητι τελειότητος, καὶ λοιπὸν ἑωρακότες οὐκέτι ἀρνούμεθα τὸν κύριον, εἰ καὶ ἀποσυναγώγους ἡμᾶς ποιήσωσιν οἱ τῆς Ἀρείου φατρίας καὶ Ἰουδαίων διάδοχοι. Ἔθεντο γὰρ καὶ οὗτοι, καθάπερ κἀκεῖνοι, πάντα τὸν ὁμολογοῦντα
pag. 807. τὸν κύριον ἀποσυναγωγὸν αὐτῶν γενέσθαι, ἵνα δείξωσι τὸν ἀναβλέψαντα ἔλεγχον γεγονότα τῶν ἀβλεπτούντων. Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἡ συναγωγὴ αὐτῶν τυφλὴ ὅλη, οὐκ ἂν οὗ ἠνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ ἀποσύνακτον ἐποίουν. Εὐχαριστήσωμεν τοίνυν τῷ κυρίῳ ὅτι καὶ ἀνεβλέψαμεν, καὶ ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον, καὶ ἐθεραπεύσαμεν τὰ σίνη, ἐὰν καὶ τὸ ἔργον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ πράξωμεν, καὶ κατεπατήσαμεν τὸν

2. θεότητος codd. mss. uterque, et ed. princ. θεότητα ed. Pelav.
3. πνεύματι cod. Rhedig.
Cap. LXXIX. — 1. χυρώματα codd. mss. et ed. princ. Iam Cornarius emendavit κυρτώματα, vertens elevationes.
2. ἔχειν non comparet in ed. Pelav. Colon. repetita.
3. ἡμᾶς cod. Rhedig.
4. Ῥαασὶν correxit Pelavius. I cod.

unum principium unamque divinitatem retulit. Cum enim tres perfectae sint hypostases, una tamen divinitas est, patris et filii et spiritus sancti. Hominis porro a verbo suscepta natura una cum divinitate summae dignitatis a patre filioque beneficium, nec non et potestatem perfectionemque ac spiritalem in unam divinitatem coniunctionem accepit.

Sed iam locum hunc difficillimis maris tempestatibus infestum, Cap. LXXIX. atque omnem illam veneni vim, sive potius tumentes ac procellosos fluctus, et spumosos undarum vortices et iactationes horrendas, aegre admodum evasimus. Nam et hostium tela scutaque recta ratione ac mente freti combussimus, et illorum arcus infregimus, ac tantam divinitus vim et gratiam, licet immerentes, ad illud monstrum pluribus capitibus turpissimam ad hydrae similitudinem praeditum conficiendum hausimus, ut eodem divina ope victo ac profligato triumphale illud carmen accinere possimus, *Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem deiecit in mare.* Exod. 15, 1. Caput igitur draconis supra aquam illam contrivimus, *quae placide labitur,* cuiusque novi illi post Iudaeos haereditatis possessores participes esse noluerunt; contra quos propheta sic invehitur: *Quoniam noluistis aquam Siloe, quae leniter currit,* Isai. 8, 6. *sed maluistis Rase regem, et Tabeel filium Romeliae, ecce immittet dominus in vos aquam fluvii violentam, regem Assyriorum* etc. Nos autem opem a domino consecuti, hoc est *sputum illud* a vera carne Ioann. 5, 6. in terram emissum, et *lutum ex illo sputo factum,* atque oculis nostris illitum, ut qui in summa olim ignorantia versabamur, veritatem modo percipiamus, abeuntes, *et in Siloe quod interpretatur, missus,* hoc est in humana Christi natura ac divinitate perfecta loti, recuperato visu dominum nequaquam amplius abnegamus; quamvis ab Arii factione et Iudaeorum successoribus ab omnibus synagogis exterminemur. Siquidem et isti illorum instar *decreverunt ut* Ibid. 22. *qui dominum confiteretur ab ipsorum conventibus excluderetur;* ut ab eo cui visus restitutus fuerat nihil videntes se convinci ac redargui monstrarent. Etenim nisi totum illorum conventiculum excaecatum esset, nunquam illum cuius aperti fuerant oculi ab omni communione proscriberent. Agendae proinde domino gratiae sunt, quod et videndi sensum recuperaverimus, et hunc ipsum confitemur, atque incommodis omnibus remedium adhibuimus; si tamen praeceptis illius morem geramus, et serpentem proculcavimus, draconis caput

Rhedig. est ῥαασσῶν.
5. ἀσυρίων *cod. Ien.* συρίων *cod. Rhedig.*

6. τὸ τοῦ μετὰ *codd. mss. uterque. Fortasse* τοῦτο μετὰ.

ὄφιν, καὶ συνετρίψαμεν τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, πατρὶ ἐν υἱῷ, υἱῷ ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Καταλείψαντες δὲ τὴν νενεκρωμένην ταύτην ὕδραν, τὴν ἑπτακέφαλον καὶ πολύσχιδον, ἐπὶ τὰς ἑξῆς συνήθως προέλθωμεν, ἀγαπητοὶ, θεὸν τὸν ἀεὶ βοηθὸν ἐπικαλούμενοι τὴν [7] αὐτὴν ἡμῶν ποιήσασθαι ἐπιμέλειαν καὶ τῶν βουλομένων τούτῳ τῷ πονήματι ἐντυγχάνειν, εἰς ἴασιν [8] τῶν δεδηγμένων, καὶ εἰς διόρθωσιν τῶν μὴ ἐν κακοῖς ἤδη ἐξετασθέντων.

**ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.*

7. αὐτὸν *edit. Petav.*
8. τῶν δεδηγμένων *edidi ex emendat. Cornarii* (*qui vertit* quo commorsi iam sanentur, et qui nondum in malis examinati sunt corrigantur) *et Petavii.* τῶν δεδειγμένων *cod. Ien. et editi.* τῶνδε